

Smithsonian Institution Libraries









20.0.8.7

508.
P723

CAII PLINII SECUNDI
NATURALIS
HISTORIAE
CVM
INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS
IOHANNIS HARDVINI
ITEM QVE
CVM
COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS
HERMOLAI BARBARI PINTIANI
RHENANI GELENII
DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII
IS. VOSSII I. F. GRONOVII
ET VARIORVM
VOLUMEN SEXTVM
RECENSUIT
VARIETATEMQVE LECTIONIS
ADIECT
IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE
IMPENSIS GUILIELMI GOTTLLOB SOMMERI

A. C. MDCCCLXXXVI.

246458

National Museum.

САН ПЛІНІІ СЕКУНДІ
ІНДІЯТАІС
ІНДІЯТОГІН

САН

ІНДІЯТОГІНІС НІТІЕРІС

ІНДІЯНІС НІРДІНІ

ІНДІЯНІС

САН

ІНДІЯТОГІНІС АДІОТАІС ТІ СІММІНІЯНІС

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ ТІНІСІНІС

ІНДІЯНІС ГЕЛІНІ

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ САІВІАІС

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ СІВІІС

ІНДІЯНОІ ТІ ВАРІОЯМІ

ІНДІЯНОІ МОЛАІІІАІС

ІНДІЯНОІ РІСІНІСІ

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ СІВІІСІ

ІНДІЯНОІ ТІ СІРДІНІ

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ СІВІІСІ

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ СІВІІСІ

ІНДІЯНОІ СІРДІНІ



C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XVIII.

I. Sequitur natura frugum, hortorumque ac florum,
quaeque alia praeter arbores aut frutices benigna tellure ¹ proueniunt, vel per se ^{a.} tantum herbarum immensa contemplatione, si quis aestimet varietatem, numerum, flores, odores, coloresque, et succos, ² ac vires earum, quas salutis aut voluntatis hominum gratia gignit. Qua in parte pri-
mum omnium patrocinari terrae, et adesse cun-
ctorum parenti iuuat, quamquam inter ^{b.} initia
operis defensae. Quoniam ^{c.} tamen ipsa materia
intus

^{1.} proueniunt. Vel per se tan. her. im. contemplatio est,
si quis. M. ^{2.} aut. Ch.

^{a.} Vel per se) Et erat iam sola per se contemplatio herbarum immensa. H.

^{b.} Inter initia operis de-
fensae) Supra cap. 65. lib. II.
Dalec.

Vol. VI.

Inter initia operis) Lib. II.
63. H.

^{c.} Quoniam tamen ipsa,
etc.) Sensus est: Quoniam tamen vel ipsa materia no-
xia nos intus accedit ad
reputationem ipsius parien-
tis

¹ intus d. accedit ad reputationem eiusdem parentis ² et noxia, nostris eam criminibus urgemus, ³ culpamque nostram illi imputamus. Genuit e. venena: ⁴ ecquis inuenit illa praeter hominem? Cauere f. ac refugere alitibus ferisque satis est. Atque quum arbore exacuant limentque cornua elephanti, et vri: ⁵ saxo rhinocerotes, et utroque apri g. dentium sicas, sciantque ad nocendum se praeparare animalia: ⁶ quod tamen eorum tela sua, excepto homine, venenis tingit? Nos et h. sagit-

1. intus accidat. M. accedit intus. Ch. 2. et noxia,
in M. d. 3. nostramque culpam. Ch. 4. sic ex
MSS. em. Hard. sed quis Gr. et Al. 5. et duri
saxo, rbi. et vri, rhinoc. Turn. et saxo rb. Gr. et Al.
6. quodlibet tamen eorum nescit, excepto homine tela
sua venenis tingit. M.

tis', id est, naturae, nostro vitio contemplationis materia abutentes, naturae culpam nostri sceleris imputamus. Const. Ego vero, Quoniam ipsa materia (nempe illorum, quae terra gignuntur) intus nos accedit (animo conceptis odiis, et tacitis nos inflamat, et exagitat) ad reputationem eiusdem parentis, et noxia, (ad accusandam naturam, siue terram, quod venena genererit) etc. Fortassis et melius imputationem, quam reputationem legemus. Dalec.

d. Intus accedit) Etiam in ipso progressu, nec tantum initio operis, sed et in interiore libro, argumentum ipsum impellit ad con-

templationem eiusdem naturae, quum parit res noxiias. Rhenanus legit, vitiis accedit. H.

e. Genuit venena, sed quis inuenit illa praeter hominem?) Elegantius scripta lectio, ecquis inuenit illa praeter hominem? Pintian.

f. Cauere) Venena cauent alites ac ferae: non excogitant: homines soli inueniunt et communiscuntur. H.

g. Apri dentium sicas) Dentes acutissimos, gladiis similes, exsertos. Seneca c. I. lib. I. De ira: Spumant apris ora, et dentes acuuntur atritu. Dalec.

b. Sagittas vnginus) Is Scytharum mos est. Dalec.

Tin-



sagittas vngimus, ac ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos et flumina inficimus, et rerum naturae elementa. Ipsum quoque quo viuitur, aërem*i.* in perniciem vertimus. Neque est ut putemus ignorari ea ab animalibus, quae quidem quae praepararent contra k. serpentium dimications, quae post praelium ad medendum excogitarent, indicauimus. Nec ab ullo praeter hominem, veneno pugnaturo alieno. Fateamur ergo culpam, ne iis quidem, quae nascuntur contenti: etenim quando ² plura eorum genera humana manus fiunt. ³ Quid? non et ⁴ homines quidem ut venena nascuntur? Atra ⁵ seu serpentium lingua ⁶ vibrat, tabesque ^{l.} animi ⁷ contrectata adurit, cul-

A 2 pan-

1. animalibus. Quae praepararint, et mox, excogitarint. *Lego, praeparent, moxque, excogitent, etc.* E Veter. animalibus. Quae praep. conscr. dimications, quae post. Cb. 2. sic ex MSS. em. Hard. cons. Cb. etenim complura Gr. et Al. 3. Quid? et hominis. M. 4. homines quidam ad ven. Vet. 5. seu. Gr. 6. vibratur, tabumque. Vet. 7. contracta. Cb.

Tinguimus non vngimus
praefert vetus scripta lectio,
Pint.

Nos et sagittas) Sagittas tinxisse Gallos medicamento, quod venenum ceruarium appellabant, dicetur L. XXVII. 76. Elleboro quoque. L. XXV. 25. H.

i. Aerem in perniciem) Tum tetro halitu oris, tum emissio letali spiritu e scrobbibus, quos homines ipsi fodunt, tum alias ob causas, tum ut metalla eruant. H.

k. Contra serpentium) Vide Lib. VIII. 36. 41. etc. H.

l. Tabesque animi) Liuor, inuidia, malitia, maledicentia, et obtrectatio. Dal.

Tabesque animi) Et liuor animi adurit omnia quae contrectat: liuor, inquam, hominum, culpantium omnia, ac dirarum volucrum more, quae tenebris quoque suis, et ipsi noctium quieti obflrepunt, inuidientium ceterorum hominum laudi et quieti, vel solo gemitu, quae

pantium omnia, ac dirarum *m.* alitum modo, tenebris quoque ¹ suis, et ipsarum noctium quieti inuidentium, gemitu, quae sola vox eorum est: vt inauspicatarum *n.* animantium vice obuii quoque vetent agere, aut prodeesse vitae. Nec ullum aliud ² abominatio*n.* spiritus praemium nouere, quam odisse omnia. Verum et in hoc eadem naturae maiestas, tanto plures bonos genuit ³ ac frugi, quanto fertilior in iis quae iuuant aluntque; quorum aestimatione et gaudio ⁴ nos quoque, *p.* relictis ⁴ aestuationi suae istis hominum ⁵ turbis *q.*, pergemus excolere vi-

tam:

1. *suis*, in *M.* alt. *d.* 2. *abominandi*. *Quidam.*
 3. *vt fruges*. *M.* 4. *exustioni*. *M. et Ch.* 5.
verbis pergamus. *M. rubis pergemus*. *Vet.*

quae sola vox eorum hominum est: ita vt inauspicatarum auium ritu, vel occursu suo vetent agere, ac prodeesse hominibus. Itaque liuor animi, et inuidia, omnia quae contingit, veluti adurens; quando culpat omnia. *H.*

m. Dirarum alitum modo)
Virg. Ignauus bubo, dirum mortalibus omen. Noctiluges apud Festum vocat Lucilius. Dalec.

n. Vi inauspicatarum)
*Nam inauspicatarum auium animantiumque occursu dirimebantur auspicia, hoc est, irrita siebant, dissoluebantur, discutiebantur, ac disturbabantur Plin. II. *Soricum occeniu dirimi auspicia, annales refertos habemus. Et L. X. 16. Bubo funebris et**

maxime abominatus publicis praecipue auspiciis, deserta incolit, nec tantum desolata, sed dira etiam et inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu. Itaque in urbibus, aut omnino in luce visus, dirum ostentum est. *H.*

o. Abominati spiritus) Ingenia derestatione, execratione digna. Plin. X. 16. *Bubo abominatus publicis auspiciis*. Horat. Epod. od. 16. Parentibusque abominatus Hannibal. *H*

p. Relictis aestuationi suae) MSS. R. Colb., Chiff. *exustioni suae*, quod defendi quoque potest, vt respondeat ei, quod prius dixerat, contrectata adurit. *H.*

q. Hominum turbis) In MSS. *hominum urbis.*

tam: eoque constantius, quo operaे r. nobis maior, quam famae, gratia expetitur. Quippe sermo circa rura est, agrestesque vsus; sed quibus s. vita honosque apud priscos maximus fuerit.

II. (II.) Aruorum t. sacerdotes Romulus in primis instituit, seque duodecimum fratrem¹ appellauit inter illos, ab Acca Laurentia nutrice sua

A 3 geni-

1. sic ex MSS. em. Hard. adpellauit. Inter illos Acca Laurentia nutrice sua geniros. Turn. et Ch. nutrice sua, spicea Gr. et Al.

Quid si hominum umbris dicam scripsisse Plinium vide ri? sicut de iisdem paulo ante, tenebris quoque suis incidentium dixit? Vel hominum turbas appellat, qui in humano genere turbas carent, ceu feces generis humani. H.

r. Operaे) Operam utiliter collocaram, quam famem audius quaestam gratulari nobishomines malumus. Huc referenda Liuui castigatio, quae exstat in praefat. ad Tit. Profiteor mirari me T. Liuium . . . sic orsum: satis iam sibi gloriae quaesitum . . . Maius meritum esset, operis amore, non animi causa perseverasse, etc. H.

s. Sed quibus vita honosque) Quoniam frugibus tantum, non conquisitis epulatum deliciis, arentur. Dal.

t. Aruorum sacerdotes) Gellius c. 7. Vide et huius rei historiam apud Lilium Gyraldum. Aruales sacerdotes, inquit Cuiacius cap.

34. lib. X. et cap. 5. lib. XI. Obseruat. οἱ περὶ ὁγεων διασώζοντες terminorum sacrorum et finium iurgiis terminandis praeverant, et interueniebant. Dal.

Aruorum) Gell. VI. 7. p. 377. Sabinus Masurius in primo Memorialium, Accam Laurentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea, inquit, mulier, ex duodecim filiis mari bus unum morte amisi. In illius locum Romulus. Accam Laurentiae sese filium dedit, seque et ceteros eius filios. Fratres Aruale appellarunt. Ex eo tempore collegium man sit Fratrum Arualium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spica corona, et albae infulae. Varro de L. L. IV. p. 23. Fratres Aruale dicti sunt, qui sacra publica faciunt propterea, ut fruges ferant arua. Inde Festus: Ambaruale hostiae appellabantur, quae pro aruis a duobus fratribus sacrificabantur. H.

genitos, spicae corona, quae vitta alba *u.* colligatur, in sacerdotio *i.* eis pro religiosissimo insigni data, quae prima apud Romanos fuit corona: honosque is non nisi *x.* vita *z.* finitur: et exsules etiam captosque comitatur. Bina *y.* tunc iugera Populo Romano satis erant, nullique maiorem *z.* modum attribuit: quo seruos paulo *z.* ante principis Neronis, contemptis huius spatii viridariis, piscinas iuuat habere maiores: gratumque, si non aliquem et culinas. Numa *a.* instituit Deos fruge colere, et mola *b.* falsa supplicare: atque (vt auctor est Hemina) far torrere, quoniam *c.* tostum cibo salubrius esset. Id uno modo consequutum, statuendo non esse purum ad rem diuinam, nisi tostum. Is et Fornacalia *d.* instituit farris torrendi ferias, et

aeque

1. sic ex Turn. ei Gr.

mitatus. M.

u. Quae vitta alba colligatur) Vide quod notatum est infra ad cap. 3. lib. XXI. et Alex. ab Alex. cap. 26. lib. I. *Dal.*

x. Non nisi vita) Sic Auguratus, et Pontificale sacerdotium, perpetua fuere munera, nec nisi cum vita eripi potuerunt. Vide Suet. in Aug. 31. et Senec. de clem. I, 10. Sic in Galliae magistratibus summis, Cancellarii dignitas, et aliae quaedam ea donatae praerogatiua sunt. *H.*

y. Bina tunc iugera) Varro de R. R. I. 10. *Antiquus noster ager ante bellum Punicum pendebat bina iugera, quod a Romulo primum diui-*

2. Finitus, et ex. et capt. co-

mitatus. Dal.

sa dicebantur viritim, etc. *H.*

z. Maiorem modum) Maiorem mensuram: modus enim de agri dicitur mensura. Horat. II. Sat. 6. *Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus.* *H.*

a. Numa instituit Deos fruge colere) Graeci, hordei primitiis, liboque, et placentis ex hordeo sale consperso, vnde *κριθολόγος* dicti. *Dal.*

b. Mola falsa) Far sale mixtum id fuit, vt docet Ouid. Fast. I. 128. — *Quum Cereale sacerdos Imponit libum, mixtaque farra sali.* *H.*

c. Quoniam tostum) Ouid. Fast. II. 521. *Vsibus admoniti*

aeque religiosas e. terminis f. agrorum. Hos enim Deos tunc maxime nouerant: ¹ Seiamque g. a serendo,

A 4

i. Seriamque. M.

*niti flammis torrenda dedere,
etc. H.*

d. *Fornacalia*) Ad duodecimum Kal. Martias. De his Ouidius: *Curio legitimis tunc Fornacalia urbis Maximus indicit, nec stata sacra facit, etc.* Qui Fornacalibus non erant feriati, Quirinalibus expiabantur, quae id eo stultorum festa vocauerunt. Alex. ab Alex. c. 12. lib. III. Vide Festum in Populare. Dalec.

Fornacalia) Festus: *Fornacalia, feriae institutae sunt farris torrendi gratia: quod ad fornacem quae in pistinis erat, sacrificium fieri solebat. Fornacalia sacra erant, quum far in fornaculis torrebant.* Excogitata simul Fornace Dea; quod in fornacibus precarentur farra recte torri. Ouid. l. c. v. 527. *Facta Dea est Fornax: laeti Fornace coloni Orant, ut fruges temperet illa suas. Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit, etc.* Non erant hae feriae statae, sed indicitiae. H.

e. *Aeque religiosas*) Ferias alteras notat, Terminalia appellata, a Deo agrorum Termino. Ouid. l. c. v. 639. *Nox ubi transferit, so-*

lito celebretur honore Separat iudicio qui Deus arua suo. Termine, siue lapis, siue es defossus in agro Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes: Te duo diuersa domini de parte coronant: Binaque sarta tibi, binaque liba serunt, etc. Februario mense Terminalia peragebantur. H.

f. *Terminis agrorum*) Terminalia, mense Februario. Ara Deo Termino statuebatur a dominis vtrimque: ligna concisa foco imponebantur: igni fruges canistro inspergebantur: puerilla fauos porrigebat, alii et vinum. Numae lege nullum animal immolabatur ex Plutarcho et Halicar. Ouid. II. Fastorum agnam et porcam sacrificari tradit. Horat. *Vel agna festis caesa Terminalibus.* Prudentius, Terminus cingi fasciis solitum, et rogari pulmone gallinae scribit. Gyraldus. *Vetus lex, Qui Terminus exarassit, ipsius et boueis sacrei sunt.* De eius sacro, et quibus ex rebus fieret, prolixus Alex. ab Alex. cap. 22. lib. II.

g. *Seiamque a serendo*) Segetibus, quamdiu sub ter-

rendo, Segestam a segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo h. videmus. Tertiam i. ex his nomi-

i. Sic ex MSS. em. Hard. iis Gr.

ra sunt, Seia proposita est: enatis, Segesta: quamdiu super terram sunt, collectis et conditis Tutilina. In vetustis exemplaribus hic legitur Seriam. Macrobius votat Siam et Segestam Segetiam. Tertullianus Sessiam. Si quis Salurem, Semoniam, Satam, Segeriam, Tutilinam nominasset, inquit Macrobius, ei obseruanda feriae fuerunt. Tertullianus, Delphinas Neptuno vomunt columnae, Sessias a fementationibus, Messias a messibus, Tutilinas a rutilis fructuum sustinent. Infra cap. 22. lib. XXXVI. Fortunae, quam Seiam appellant, meminit Plinius. Dal.

g. Seiamque) Ita libri omnes, recte. August. de ciu. Dei IV. 8. Sata frumenta, quamdiu sub terra essent, praepositarum voluerunt babere deam Seiam: quum vero iam super terram essent et segetem facerent, Deam Segeriam: frumentis vero collectis atque reconditis, ut tuorum seruarentur, Deam Tutilinam praeposuerunt. At in numero Saloninae Augustae inscripto, DEAE SEGETIAE, caue hanc Deam Segestam pingi putas. Genius ciui-

tatis stat manibus expansis intra triumphalem arcum, sed absque lunae crescentis effigie, quam Tristanus addidit, Tom. III. p. 103. Sententia enim illius tituli haec est: *Decuriones Eduae Augustae Edicto Senatus Egnatio Gallieno Egregiis Triumphis insignem Arcum Erexere.* Nummus est argenteus in Museo nostro. H.

b. In Circo) In Circo Maximo, regione Vrbis undecima. H.

i. Tertiam ex iis, etc.) Quidam hic τὸν Δόγυαν intellegunt, quem, ut ait Plutarchus, ὑπὸ Σένην ἐν ὀμώνυμῳ, Pithoeus Tertium legit, et ad Terminum refert, nomineque ad sacra pertinere arbitrantur, ut apud Horat. male nominatis, Parcere verbis, id est, irreligiose contra fas et morum sacrorum pronuntiatis. Quidam legendum censem, Terminum ex XII. nominari sub recto religio est. Nam de Termino multa duodecim tabulis cauta fuisse cuius notum, in quas etiam fortassis credibile fuerit, translatam veterem Numae sationem, ut Termino non nisi sub diuo sacrificaretur, quod

quod nefas putaret Terminum intra teclum consistere. Haec ad me D. Reginaldus, vir singularis doctrinae. Eadem et religio fuit iurandi Dium Fidium, vt ex Catone tradit Nonius. Iuraturi enim in compluuium prodibant. Apud eumdem Varro De lib. educ. Itaque domi rituis nostri qui per Dium Fidium iurare vult, prodire solet in publicum. Fortunam Caluam quoque sub teclu nominare religiosum fuisse tradidit Alex. ab Alex. cap. 13. lib. I. Haec fortassis Plinius innuit. Tutilinam, cuius paulo ante ex Macrobio et Tertulliano meminimus, eam esse, quam sub teclu nominare religio fuit, vult Turneb. c. 36. L. XX. Aduersariorum. *Dal.*

Tertiam) Segestam, quae ex Diis proxime appellatis tertium locum obtinet, nempe post Deum agrorum Terminum, Seiamque. Vide N. et Em. N. I. (hic pos.) Tertiam) Turelinam, cuius Augustinus et alii meminere, eam esse Deam, quam nominare sub teclu religio fuit, existimant Turnebus Adun. XX. 36. et Coel. Rhodiginus, XXI. 29. p. 1005. quoniam fortassis, vt Macrobius admonet, Sat. I. 16. p. 264. apud veteres qui nominasset Salutem, Semioniam, Seiam, Segetiam, Tutilinam ferias obseruabat,

Verum ex eo ipso Macrobii testimonio plane efficitur, non aliam hac in parte Tutelinae Deae, quam Seiae, Segestaeque conditionem fuisse: quum tamen disparates eas fuisse hac silentii religione sub teclu, Plinius velit. Et cur autem non licet Tutelinam nominare, quam et in naui et in aedibus passim nominari et aduocari cernimus apud Petronium in Satyrico? Nam Tertull. L. de spectac. c. 8. Singula, inquit, ornamenta Circi, singula tempa sunt. Sessias a sementationibus, Messias a messibus, Tutelinas a tutela fructuum sustinent columnae. Ante has tres arae trinis Diis parent, magnis, potentibus. Eosdem Samothracas existimant. Ut igitur Sessia in Seiam, sic Messia Dea; quae altero nomine Segesta appellata fuit, forte in Meiam commutata. propterea quod ea vox putidum quid olet ac sonat, sub teclu eo nomine nominare religio fuit? Sed Segestam ipsam verius, vt arbitror, intellexit, quam nominari sub teclu id circa religio fuit, quod ad aliam vocem molliendam, quae turpicula foret, vel inauspicata, nempe Egesta, vel Egestas, conficta illa existimaretur. Sic enim et de Siciliae oppido Festus refert: Segesta, quae nunc appellatur.

nominare sub tecto religio est. Ac ne k. degustabant quidem nouas fruges, aut vina, antequam sacerdotes priuitias libassent.

III. (III.) *Iugum o. vocabatur, quod uno iugo boum*

i. Iugerum. Gr. et Al.

tur, oppidum in Sicilia est, quod videtur Aeneas condidisse, praeposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominavit. Sed praeposita ei S. littera est, ne obsceno nomine appellaretur, ut factum est in Malenuento, quod Beneuentum dicatum est. Sane si eam, quam nominari sub tecto religio est, non ipse iam appellasset, minime nunc ipse dicaret, Tertiam ex his: nam quid est aliud, ex his, quam ex proxime appellatis Diis? H.

k. Ac ne degustabant, etc.) Fuit et Ambaruale sacrum, quo maturis frugibus cum lacte, vino, fatio libarum fuisset, porca grauida, aut vitula immolabatur, velut et Cereri porca praecidanea, priusquam seges meteretur. Alex. ab Alex. cap. 12. lib. III. Vide Scalig. in Festum, voce An termini. Dal.

n. Ac ne degustabant) Sic etiam Censorinus in Praef. Tibull. L. I. el. 1. Et quodcumque mibi pomum nouus educat annus, Libatum agricultae ponitur ante Deo. H.

o. Iugerum vocabatur) Agros, et in agris iugera,

perticis olim metati sunt Itali. Propert. *Abstulerat miseras pertica tristes opes. Barbari vero apud Herod. funibus, quos Romani, Arupendia nominarunt, id est, ut Gloffarion vetus exponit, γεωμετρικὲς σχοῖνες: et inde Gallis Arpen, iugerum πλέθρον, quasi Arupennium, n pro d, vt apud Plautum in Milite, dispennite, pro dispennite. Cato in Diritis: Pertica, quae nostros metata est impia agellos. Scalig. Varro cap. 1. L. I. Columella cap. 1. L. V. Dal. Legendum hoc in loco, *Iugum*, rete monet ex Varr. de rust. L. I. cap. 10. vir restituendis bonis auctoribus singulari natus fato Fulu. Vrlin.*

*Iugum vocabatur) Haec etiam Varro prodidit. Vide N. et Em. N. II. (paulo post) Aliud iugum, aliud iugerum est. Iugum hodie Aruerni vocant, *Ioug de terre. Iugum) Prius legebatur iugerum: at iugum scribi oportere vel ex eo est perspicuum, quod de iugero postea agitur. Adde Varronem de R. R. 10, ita scripsisse**

boum¹ in die exarari posset. Actus, in quo boues agerentur² cum aratro, uno impetu iusto. Hic erat cxx. pedum: duplicatusque in longitudinem p. iugerum faciebat. Dona amplissima Imperatorum ac fortium ciuium, quam tum quis uno die plurimum circumarauiisset. Item quartarii q. farris, aut heminae, conferente populo. Cognomina etiam prima inde: Pilumni r., qui pilum pi-

strinis

1. uno die. et Var. 2. sic et M. Turn. et Ch. quum
aratur, Gr. et Al.

psisse: Modos, inquit, quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania vltiore metiuntur iugis: in Campania versibus: apud nos in agro Romano ac Latio, iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues uno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoquouersum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habet. Actus quadratus, qui et latus est pedes CXX. et longus totidem: is modus Aenua latine appellatur. Lege Agna, ex Columella, V. I. ubi et agna quid sit, et porca, definit. H.

p. In longitudinem) Ergo duo actus, inquit Colum. V. I. iugerum efficiunt longitudine pedum CCXL. latitudine pedum CXX. Galli semi iugerum arepennem vocant. Baetici quoque, teste Isidoro, XV. 15. Nunc vero quod Gallis iugerum dicitur, perticis centum constat: perti-

cae singulae pedibus octo et decem: iugerum igitur, pedum est MDCCC. Un arpent. Sed varia est in Galliis pro regionum diversitate arpentis mensura: qua de re Du-Cangium in Glossario, consule, verbo Arapennis. Notae, quae vulgo Tironis dicuntur, p. 163. Iugerum, Arapennis. Iuctus, forte pro Actus. H.

q. Quartarii farris) Haec vocabantur Adoreae dona, quorum paulo post meminit hoc ipso capite, et cap. 8. eiusdem libri. Dalec.

Item quartarii) fuit quartarius congii pars quarta: vti sexta, sextarius. De congio L. XIV. 19. De hemina, L. XXI. 109. H.

r. Pilumni) Pilumnus Deum Varro nominat, ac Pitumnum. Vide Politian. cap. 89. Miscellan. et Lilium Gyraldum. Vide et Singtonium lib. De nominibus Roman. Rhodig. cap. 6. L.

XXIV.

strinis inuenierat: Pisonis; a pisendo. Iam s. Fabiorum, ¹ Lentulorum, Ciceronum, vt ² quisque aliquod optime genus sereret. Iuniorum t. familiae Bubulcum ³ nominauerunt, qui bubus optime vtebatur. Quin et in sacris nihil religiosius ⁴ confarreationis u. vinculo erat: Nouaeque x. nuptae far-

¹. Lentinorum. Ch. ². quisquis. M. ³. nominarunt. Ch. ⁴. confarrectationis. sic et Ch. confarrationis. Gr. et Al.

XXIV. Alex. ab Alex. cap.

9. L. I. Dal.

Filiumni) De eo Seruius, initio L. IX. Aeneidos *Pilumnus*, inquit, *pinsendi frumenti usum inuenit: unde a pastoribus colitur. Ab ipso etiam pilum dicitur.* H.

s. Iam Fabiorum) Ergo a fabis serendis Fabiorum, a lentibus Lentulorum, seu *Lentinorum*, vt MSS. habent: Ciceronum, a cicere, non quidem quod in vultu gereret, vt vulgus existimat, sed quod in agro optime sereret gentis eius auctor, cognomen inuentum. At Fabatorum quoque nomen a fabis quia **FABATI** legitur in nummo vetere apud Patin. in Roscia gente, p. 240. deductum esse, vulgo, sed falso, creditur. H.

t. Iuniorum familiae Bubulcum nominauerunt qui bubus optime vtebatur) Scribendum arbitror, Iuniorum familia a bubulco nomen inuenit, qui bubus optime vtebatur. Pint.

Bubulcum) In Iunia gente familiae vnius cognomen Bubulcorum fuit: ex qua C. Iunius Bubulcus, bis Consul, post dictator et Magister Equitum apud Liuium IX. p. 159. et 162. Et inter Aediles anni 297. C. Iunius, L. F. C. N. Brutus Bubulcus, in Pighii Fastis. H.

u. Confarreationis) Usus ea voce Tacitus IV. *Patrios confarreatis parentibus genitos.* Et mox: *Omissa confarreandi assuetudine, aut inter paucos retenta.* Est autem confarreatio, nouorum coniugum, aut amicorum, adhibito libo farreo, coniunctio. Contra, diffarreatio, coniugii, amicitiaeue, auctore Festo, per idem libum farreum dissolutio. Vide Dion. Halic. A. R. II. p. 95. Festus: *Farreum, genus libi ex farre factum.* Isidori Glossae: *Confarreatio, Confacrorum communicatio. Confarreatus, consociatus.* Glossae Philoxeni: *Confarreatus; συμβιώσεως χαριν ζευχθείς.* Vide

farreum praeferebant. Agrum male colere, Censorium z. probrum iudicabatur. Atque (vt refert Cato a.) quem virum ^{z.} bonum colonum dixissent, amplif-

i. houunque col. Ch.

Vide Glossar. V. Cl. Du-
Cangii. H.

*x. Nouaeque nuptiae far-
reum, etc.) Festo et Boëthio
matrimonia contrahebantur
farreo libo adhibito, Plin.
praelato. Itaque farreum
hic libum plures eiusmodi
exponunt. Seruatür mos ille
praeferendi libum ante pro-
deuntes sponsas etiamnum
apud rusticos Eugdunenses.
Fortasse *farreum* hic fictilis
est sartago, in qua far
rebatur, τὸ Φεύγετον. Iu-
lius Pollux, Σέλων δὲ τὰς
νῦμφας ἵσσως ἐπὶ τὸν γά-
μον, ἐκέλευσε Φεύγετον Φέ-
γειν σημεῖον. Tiberius] mul-
ta de confarreatis parenti-
bus et confarreandi modo
differit. Dionysius sacras il-
las nuptias tradit, quod illis
tantum Flamines vterentur.
Idem et Boëthius in Topicis,
vxorem tribus modis habe-
ri solitam scribens, farre si-
ue confarreatione, quae pec-
uliaris erat pontificibus:
coemptione, quo solo mo-
do dicebatur materfamilias;
et vsu. Farre conueniebatur
in manū certis verbis, praes-
entibus decem testibus, sole-*

*mni sacrificio factō, et adhi-
bito pane farreo, inquit, Vi-
pianus. Vide Rhodig. cap.
27. L. XXVIII. Alex. cap.
5. L. II. Raeuardum cap. 12.
et 16. L. IV. Varior. et aperi-
tiū exp. 21. in L. XII. tabul.
Sigionum c. 9. L. I. De antiq.
jure ciu. Roman. Dal.*

*z. Censorium) Hoc est,
animaduersione, ignominia
et castigatione Censoria di-
gnum. Notationem Censo-
riam dixit Cicero pro Clu-
ent. n. 128. Castigationem
Censoriam Plinius hoc libro,
f. 7. Gellius IV. 12. p. 302.
Si quis agrum suum passus fue-
rat sordescere, eumque indi-
ligenter curabat, ac ne que e-
arauerat, neque purgauerat:
sive quis arborem suam vi-
neamque habuerat derelictui,
non id sine poena fuit: sed
erat opus Censorium, Censo-
resque aerarium faciebant,
etc. H.*

*a. Ut refert Cato) Cato
in praef. L. de R. R. p. 5.
Et virum bonum, inquit,
quum laudabant, ita lauda-
bant: Bonum agricolam, bo-
numque colonum: Amplissime
laudari existimabatur, qui ita
laudabatur. H.*

amplissime laudasse ¹ existimabant. Hinc et locupletes dicebant, loci, hoc est, agri plenos. Pecunia ^{b.} ipsa a pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis ² Censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus redditus habet, quia diu hoc solum vetigal fuerat. Multatio ^{c.} quoque non nisi ouium boumque impendio dicebatur: non omittenda priscarum legum benevolentia. Cautum quippe est, ³ ne bouem, priusquam ouem, nominaret, qui indiceret multam. Ludos boum causa celebrantes, Bubetios vocabant. Seruius rex, ouium boumque effigie ^{d.} primus aes signauit. Frugem quidem aratro

*1. existimabant. M. et Ch.
ne quis bouem. Ch.*

b. Pecunia ipsa) Vide quae dicturi sumus L. XXXIII. f. 13. H.

*c. Multatio quoque, etc.)
Maxima multa non plus
30. bobus, et duabus ouibus
fuit: minima, oue una. Bos
centum assibus aestimabatur:
ouis decem. Romani reges,
homicidii conuictos ariete
multabant, qui supplicando
diis immolaretur, unde
dicta *supplicia*. Alex. ab
Alex. c. 53 Vide quod no-
tatum est infra in cap. I. L.
XXXIII. Vide et Budaeum
5. de Asse. Dal.*

*Multatio) Gellius, XI. 1.
p. 577. Multa quae appella-
tur suprema, inquit, institu-
ta est in singulos duarum
ouium, boum triginta: pro
copia scilicet boum, proque
ouium penuria . . . Postea
lege Hateria, constituti sunt*

2. Censoris. Ch. 3.

*4. primum. Ch.
in oues singulas aeris deni, in
boves aeris centeni. Minima
multa est ouis unius, etc. Fe-
stus: Multam Osce dici pu-
tant poenam quamdam. M.
Varro ait poenam esse, sed
pecuniariam, de qua subtili-
ter in libro primo quaestionum
epistolicarum refert. Maxi-
mam muliam dixerunt trium
millium et viginti assuum:
(Monetae Gallicae librae
sunt 120. cum assibus se-
decim;) quia non licebat quon-
dam pluribus triginta bobus,
et duobus ouibus quemquam
multari: aestimabaturque bos
centussibus, ouis decussibus. Et
verbo Ouibus: Ouibus duabus
multabantur apud antiquos in
minoribus criminibus, etc. Iu-
diciorum multas in vaccis ex-
solui solitas apud Scotos, alias
que nationes, multis compro-
bat testimonii V. Cl. Du-Can-
gius*

aratro quaesitam furtim noctu pauiisse, ac secuisse, puberi XII. e. tabulis 2 capitale erat: suspensumque Cereri necari iubebant, grauius quam in homicidio conuictum: impubem Praetoris f. arbitratu verberari, noxiamque g. duplione decerni. Iam

distin-

1. capital erat sacratumque, etc. Lipsius. Legitur et, capital, in Ch. 2. sic ex MSS. em. Hard. M. noxiamue. Ch. noxiamue duplione decerni Raeuardus. noxaeue duplionem decerni. Lipsius. noxiamue duplionemue Gr. et Al.

gius in Glossario, verbo Vaccae. H.

d. Primus aes signauit) More Graecorum, ac praecipue Atheniensium, qui pecuniam suam boue signabant. Unde apud eos nata paroemia, Bouem habet in lingua, in eos iaci solita, qui accepto pretio libere id quod vere sentiunt, effari non audent. Hesych. p. 197. Βές ἐπὶ γλωσσῃ. Παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παρέησταιεσθαι . . . διὰ τὸ τῶν Αθηναίων νόμισμα ἔχει βέν εγκεχαραγμένον, etc. Quod et Scholiastes Aristophanis testatur in Auibus, p. 594. et Eustath. in Iliad. a. v. 449. p. 252. Vide quae dicenda sunt, L. XXXIII. 19. H.

e. XII. tabulis capitale erat) Verba XII. tabularum adscripta sunt infra c. 2. L. XXVIII. Dal.

XII tabulis) Ex tabula VII. c. 2. repetita lex est, Qui frugem aratro quaesitam fur-

tim nox pauit, secuitque, suspensus Cereri necator: impubes Praetoris arbitratu verberator; noxiamque duplione decernito. Hoc est, vt Gothofredus interpretatur: Qui frugem aratro partam furtim noctu pauerii immaturam, vel maturam secuerit, Cereri sacer et deuotus suspendio necator. Impubes tamen si id fecerit, arbitrio Praetoris verberator, damnumque datum in duplum sarcito. H.

f. Praetoris arbitratu verberari) Praetorem accipe Consulem, Decemuirorum seculo nomen id in Consulibus fuit, nondum creatis Praetoribus. Apud Nonium Varro Praetores inquit dicitos, quod populo praebeant, vt Consules, quod Senatum consulant. Dal.

Praetoris) Hoc est, Iudicis, siue Consulis. Nam regibus exactis iidem erant Praetores, qui Consules: iidem quoque a iudicando dicti iudices

distinctio h. honosque ciuitatis ipsius non aliunde erat. Rusticae i. tribus laudatissimae eorum, qui rura haberent. Urbanae vero, in quas transferri ignominia esset, desidiae probro. Itaque k. quatuor solae erant a partibus urbis, ² in queis habitabant, Suburana, Palatina, Collina, Exquolina.

Nundi-

e. Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. ignominiae.
Gr. et Al. ², in quibus. Ch.

dices. Ita vulgo statuunt eruditii, sed falso, opinor: quae multo tractata prolixius vide apud Vossium in Etymol. H.

g. Noxamue duplionemue decerni) Si verberum poemam effugeret, commissam noxiā duplo sarciret, quam quanti a bonis viris aestimatum fuisset damnum. Dal.

b. Iam distinctio, etc.) Luius l. I. in tribuum distinctione non nihil dissentit a Varrone, Festo, Asconio, Plutarcho. De earum cognomine et origine prolixe Alex. ab Alex. c. 17. lib. I. Vide et Turn. cap. 17. lib. XXX. Dalec.

i. Rusticae tribus, etc.) Columella in Praefatione. Dal.

Rusticae) Colum. in praef. At mehercule vera illa Romuli proles, . . . semper rusticanam plebem praeposuit urbanae. Ut enim qui in villis intra conserpta morarentur, quam

qui foris terram molirentur, ignauiores habiti: sic eos qui sub umbra ciuitatis intra moenia desides cunctarentur, quam qui rura colerent, . . . segniores visi. H.

k. Itaque quatuor) Tres modo fuisse, aliisque nominibus scribit Asconius Ped. in or. 3. contra Verrem, nempe Tatiensem vnam a Tatio rege: Ramnensem alteram a Romulo: Lucerem aliam a Lucumone: post de nominibus Sibinarum plures fuisse: ad postremum XXX. et quinque factas. Sed Varro de L. L. IV. Ab hoc quoque quatuor partes Urbis, tribus dictae, ab locis: Suburana, Collina, Pallatina. Et Festus: Urbanas tribus appellabant, in quas urbs erat dispartita a Seruio Tullio rege: id est, Suburana, Pallatina, Esquilina, Collina. H.

l. Suburana) Et tribus et

Nundinis *m.* urbem ¹ reuisitabant, et ideo *n.* comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs *o.* rustica auocaretur. Quies *p.* somnusque in stramentis erat. Gloriam *q.* denique ipsam a farris honore adorabat. reuisebant, et ideo comitia non nisi nund. *Ver.*

et regio Vrbis sic est appellata auctore Festo, quasi Succurana, a statu opra praefidio quod solitum esset succurrere Exquidiis, infestantibus eam partem Vrbis Gabinis. Fuisse in regione Vrbis tertia, auctor est P. Victor. Palatum, a qua Palatina, in regione decima fuit: Exquilliae, cum porta Collina, in quinta. *H.*

m. Nundinis urbem, etc.) Seculis prioribus nundinae frequentiores, ac tertio quoque die mercatus frequens. Alex. ab Alexand. c. II. L. III. *Dal.*

n. Et ideo Comitia nundinis) Vide N. et Em. N. III. (hic pos.) *Et ideo* Qui nisi nundinis reponi volunt, et omnium exemplarium auctoritati refragantur, et Festo in Fragn. p. 21. *Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui*, ut rustici conuenirent mercandi vendendique causa: cumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Qui suam emendationem Varronis, Columellae et Dionysii Halicarnassei testimonio corroboratam putant,

recentiorem Vrbis morem cum prisco maiorum instituto commutant. *H.*

o. Ne plebs rustica auocaretur) Ne a legibus accipiens, quae trinundino dabantur, plebs auocaretur: ne interpellarentur nundinatores, ut rusticis in urbem euntibus componere transfigereque lites commode liceret. De Comitiis Centuriatis, Curiatis, Calatis, Tributis, longam narrationem vide apud Alex. ab Alexand. cap. 3. 4. *Dal.*

p. Quies) Ouid. Fast. I. 205. de Saturni aeuo: Nec pudor in stipula placidam ceppisse quietem, Et fenum capit, supposuisse suo. Et Fast. III. 183, de Romulo: Aspice de canna, straminibusque domum. In stipula placidi capiebant munera somni: Et ramen ex illo venit in astrarioro. *H.*

Quies, somnusque in stramentis erat) Lucretius: Et frutices inter condebant squalida membra, Circum se foliis, et frondibus inuoluentes. *Dal.*

q. Gloriam) Festus: Adorem laudem, sive gloriam dice-

adoream *r.* appellabant. Evidem ⁱ ipsa etiam verba priscae significationis admiror. Ita enim est in commentariis Pontificum: Augurio *s.* canario agendo dies constituantur, priusquam frumenta vaginis *t.* exeant, et antequam in vaginas perueniant.

IV. Ergo *u.* iis moribus non modo sufficiebant fruges, nulla prouinciarum pascente Italiam, verum etiam annonae vilitas incredibilis erat, Manius *x.* Marcius Aedilis plebis primum frumentum popu-

i. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Evidem etiam verba Gr. et Al.

dicebant: quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret. Vel potius, qui farre a populo donatus esset: nam, ut Plinius paulo ante, dona populi amplissima fuere quartarii aut heminae farris. Horat. Carm. IV. 4. *Et pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris Qui primus alma risit adorea.* H.

r. Adoream appellabant) Ador, far: vel ab adurendo, vel ab edendo. In Gloss. veteri, ἄδοξ, νινη: adoriosus ἔνδοξος. Sic laus vocata est, postquam victoria parta, militi praemium frumentum fuit. Plaut. in Amphitr. *Qui multa praeda, atque adrea affecit populares suos.* Dal.

s. Augurio canario) Augurium canarium, sacrum, quod *τε* iusa cane fiebat, placendo caniculae sideri, quod frugibus inimicissimum est περισυλλαγισμὸν Graeci et κυνοφόρτιν vocant.

Plur. Vide Lilium Gyraldum L. 17. *Pro cane sidereo canis hic imponitur arae;* Et, quare siat, nil nisi nomen habet. Dal.

Augurio canario) Sacrum id erat, quod ex rufa cane fiebat, ut fusi docebimus, f. 69. H.

t. Vaginis exeant) Primus spica quum oritur, in vagina est, inquit Varro de R. R. I. 48. Idem c. 32. Frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarcere, quum sit maturum. H.

u. Ergo iis moribus) Egregie haec amplificat Colum. in praef. p. 7. H.

x. Manius Marcius) Contigisse id Pighio videtur A. V. CCXCVIII. h. e. M. Val. Maximo, Sp. Virginio Tricosto CoSS. Exstat huius M. Marcii nummus æex re ap. Patinum p. 166. quem Marcum

populo ¹ in modios assibus ^{y.} donauit. Minucius ^{z.}
Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat, farris pre-
mium in trinis nundinis ad assem rededit vndeclimus
plebei Tribunus: qua de causa statua ^{a.} ei extra

B 2

por-

^{i.} in medio passibus donauit. Cb.

cum Marcium, pro Manio
Marcio falso appellat. H.

^{y.} *Assibus donauit*) Vetus
Romanorum as, Gallicae mo-
netae facit denarios aereos
oestnos. Vide quae dixi-
mus L. IV. I. H.

^{z.} *Minucius Augurinus*)
In denarii vetusti altera par-
te columna sculpta est, cum
duabus spicis ad basim, sta-
tua in fastigio, imagine hinc
prope columnam Augurini
lituum in manu tenentis, illi-
nec Spur. Melii pedem im-
ponentis orbi, cum his lite-
ris: T. M I N U C I . C. F.
A V G V R I N I . In aliis
denarii auersa parte expres-
sa est eadem columna, cum
dimidiato corpore leonum
duorum, et spicis duabus ad
basim, statua in summo,
imagine prope columnam
hinc tenentis lituum, illinc
panes utraque manu tegen-
tis. Liuius L. IV. scribit,
Minucium extra portam Tri-
geminam aurato boue dona-
tum fuisse. *Dal.*

Minucius) Lucius ei praenomen est in codd. R. Colb.
Thuan. In aliis MSS. et in
libris editis nullum habet
praenomen. Vide L. XXXIV.

^{ii.} vbi *Publius* est. A. V.
CCCXVII. praefectus anno-
nae Sp. Melii consilia rete-
xit, qui tum regnum largi-
tionibus affectabat. Liuius
IV. p. 72. *L. Minucius bo-*
ue aurato extra portam Tri-
geminam est donatus, ne ple-
be quidem inuita, quia fru-
mentum Melianum assibus in
modios aestimarum plebi diui-
fit. Hunc Minucium apud
quosdam auctores transisse a
Patribus ad plebem, vndecl-
mumque Tribunum piebis co-
optatum, seditionem motam ex
Meliana caede sedasse, inuenio.
Quum Minucium Plinius
tradit vndeclimum fuisse Tri-
bunum plebeii, caue pro-
pterea credas unicum um-
quam fuisse, ac sua ipsius
aestate, Tribunum plebis,
non plures simul. H.

^{a.} *Statua ei*) Exstat insi-
gne huius rei monumentum
in vetere nummo familiae
Minuciae, ap. Patin. p. 179
expresa ei columna, cui
imposita viri statua est, ad-
iecto annonae symbolo, spi-
cis duabus, etc. Dicitur de
eo iterum L. XXXIV. II.
Aurato praeterea boue dona-
tum, ut diximus, prodidit Li-
uius

portam Trigeminam^{b.}, a populo stipe collata statuta est. ¹ Trebius ^{c.} in Aedilitate assibus populo ² frumentum praesiit: quam ob causam et ei statuae in Capitolio ac Palatio dicatae sunt: ipse supremo die populi humeris portatus in roguum est. ³ Verum ^{d.} quo anno Mater Deum aduecta Romam est, ^{e.} maiorem ea ^{f.} aestate messem, quam antecedentibus annis decem, ^{g.} factam esse tradunt. M. Varro auctor est, quum L. Metellus ^{f.} in triumpho pluri-

^{1.} Treius. Ch. ^{2.} frum. in medios praest. Ver. ^{3.}
Quo verum Ch. ^{4.} sic quoque, Turn. maiorem ea
 aestate, quam Gr. et Al. ^{5.} facta esset. M.

uius l. l. Simile grati animi monumentum in simili beneficio Neruae nummus exhibet cum hac epigraphe:
P L E B E I V R B A N A E F R V M E N T O C O N S T I T U T O. H.

^{b.} *Trigeminam*) Qua ter gemini fratres Horatii exierunt. Inde ei portae nomen. Eadem Ostiensis ab Ammiano, Procopio, certisque eius aevi scriptoribus appellatur. Hodie Porta S. Pauli, ab aede vicina. H.

^{c.} *Trebius*) A. V. CCCXLV. Trebii apud Gru ter. frequens mentio: Treii nulla, quem hoc loco substituere quidam volunt. H.

^{d.} *Verum quo anno*) M. Corn. Cethego, P. Sempronio Tuditano CoSS. anno DL. qui belli Punici secundi quintus decimus fuit, in-

quit Liuius, XXIX. p. 342. H.

^{e.} *Maiorem ea gestate messem*) Aberat haec vox postrema messem, a libris omnibus ad hunc diem editis, mutila idcirco obscuraque sententia. Adiecimus eam ductu admonituque codd. MSS. R. etc. in quibus maiorem ea aestatem esse legimus: quod et ante nos Turnebus vidit, Aduu. L. I. 20. p. 21. H.

^{f.} *L. Metellus*) Diximus L. VIII. 6. contigisse id A. V. DCIV. bello Punico primo. Quia et Catonis aeuo, scribens de fertilitate et copia Galliae Cisalpinae Polybius, L. II. *Suis etiam temporibus*, ait, *medinum frumenti Siculum quatuor obolis veniisse: bordei, duobus: metretam autem vini, tantidem quanti bordeum. Lipsum*

plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse: g. item vini congios, ficique siccas pondo xxx. olei pondō x. carnis pondo xii. Nec e latifundiis h. singulorum contingebat arcentium vicinos: quippe i. etiam lege Stolonis Licinii inclusō k. modo quingentorum iugerum, et ipso sua lege damnato, quum substituta filii persona amplius possideret. Luxuriantis iam Reipublicae fuit ista mensura. Manii l. quidem Curii, post trium-

B 3 phos

psium vide de Magnit. Rom.
IV. 9. H.

g. Item vini) Assibus fuisse subintellige, quod et subsequentium mercium tum pretium fuit. De hac annonae vilitate dictum L. XV. I. H.

b. Nec e latifundiis) Nec tanta vilitas annonae contingebat e latis amplisque fundis, quales nunc singuli possident, qui et vicinos suos arcent, immodica possidendi cupiditate. H.

i. Quippe etiam lege Stoloniis) Columella cap. 3. L. I. Liuius L. VII. Decad. I. Varro c. 2. L. I. Valer. c. 6. L. VIII. Dal.

k. Incluso modo) Definita agri mensura quingentibus iugeribus. Varro de R. R.

1. Nam Stolonis illa lex quae verat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, et qui propter diligentiam culturae Stoloniū confirmauit cognomen, etc. Val. Max. VIII. 6. n. 3. p. 381. C. Licinius Stolo ... quum

lege sanxisset, ne quis amplius quam quingenta agri iugera possideret, ipse mille comparauit: dissimilando criminis causa, dimidiam partem filio emancipauit. Quam ob causam a M. Popilio Laenate accusatus, primus sua lege cecidit: ac docuit, nihil aliud praecipi debere, nisi quod quisque sibi imperauerit. Decem millibus aeris damnatum a Popilio, hoc est, monetae Gallicae libris quadringentis, Liuius prodidit, L. VII. p. 126. quod emancipando filium legi fraudem fecisset. Vide et Colum. L. I. 3. p. 18. et Plutarch. in Camillo, p. 150. H.

l. Manii quidem Curii) Valer. Max. cap. 3. L. IV. Dal.

Manii quidem) Vide Plutarch. in Apophth. p. 194. Μάριος Κέριος, etc. Valer. Max. IV. 3. p. 209. de Manio Curio: *Decretis a Senatu decem iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popu-*

phos immensumque terrarum' adiectum imperio, nota concio est: perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura plebei post exactos *m.* reges assignata est. Quae-nam ergo tantae vbertatis causa erat? Ipsorum *n.* tunc manibus Imperatorum colebantur agri: ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato et triumphali aratore: siue illi eadem cura semina tractabant; qua bella; eademque diligentia arua disponebant, qua castra: siue honestis manibus omnia laetius proueniunt, quoniam et curiosius fiunt. Serentem inuenierunt dati *o.* honores ¹ Seranum *p.*, ² vnde cognomen. Aranti *q.* quatuor sua

z. Sic et Val. Max. Serratum. Gr. 2. vnde ei et cogn. Cb.

popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum reipubl. ciuem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset. Idem etiam refert Colum. L. I. 3. p. 18. De eo iam diximus L. VII. 15. H.

m. Post exactos reges) Varro. l. c. Eiusdem gentis Stolonum C. Licinius Tribunus plebis quem esset post reges exactos annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiendas in septem iugera fo-rensia e Comitio eduxit. H.

n. Ipsorum tunc manibus, etc.) Seneca Epist. 87. de Scipione Africano: In hoc agello ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluebat corpus laboribus rusticis fessum. Exercebat enim opere se ter-

ramque, vt mos fuit priscis, subigebat. Dal.

o. Dati honores) Nempe Consulatus, quem geslit is cum Cn. Corn. Blasio, A. V. CCCCXCIVII. (Fuit ei M. Attilius Regulus nomen: cognomen Seranus, a serendo, vt volunt: quo Maro allusit Aeneid. VI. v. 844. Et te fulco, Serane, serentem. Tamen in nummis veteribus quam plurimis Atiliae gentis, Saranum scribi, non Seranum vidimus. Vide et apud Patin. in fam. Atilia p. 42. Vide Val. Max. IV. 4. p. 217. H.

p. Serratum) C. Attilius is fuit ab aratro accersitus ad consulatum, qui collega Cn. Cornelio pugnauit cum Poenis, et de iis triumphauit. Cicero pro Roscio, in Cato-

sua iugera in Vaticano, quae Prata r. Quintia ap.
B 4 pellant-

Catone, Valer. Max. L. IV.
c. 4. Apuleius in apologia.
Seruius nulla historiae fide
Dictatorem fuisse tradit. Vir-
gil. *... et te fulco Serrane
serentem. Sertor dietus qui
per sationem natus, aucto-
re Probo. Dal.*

*q. Aranti) Non minus ele-
ganter Liuius III. p. 51. Spes
vnica imperii Populi Roma-
ni L. Quinctius trans Tiberim
quatuor iugera colebat
agrum, quae Prata Quinctia
vocabantur. Ibi ab legatis, seu
fossam fodiens bipalio innixus,
seu quum arget: operi certe,
id quod constat, agresti inten-
sus, salute data inuicem, red-
ditaque: rogatus ut . . . ro-
gatus mandata senatus audi-
ret, admiratus, rogitansque,
Satn' salua essent omnia, ro-
ganus propere e tugurio praefen-
re vxorem Reciliam iubet:
qua simul abterso puluere ac
sudore velatus processit, etc.
Vide etiam Colum. in praef.
p. 6. Gessit is Dictaturam an-
no Vrbis Vt CCXCVI Fasti
quidem prodidere. H.*

*r. Prata Quinctia) Festus:
Quinctia prata dicta sunt a
Quinctio Cincinnato, quod sibi
damnato filio venditis omnibus
quatuor iugera agrum trans
Tiberim parauerat. Fuere
haec prata inter vineam Me-
diceam et molem Hadriani,*

sive Castellum S. Angeli
hodieque campo ei nomen,
i Prati. In nummis fami-
liae, Quinctiae ap. Pat. p. 236.
n. 3. ex aere mediocri, legitur
in ambitu: t. QVINCTIUS
CRISPINVS III VIR A. A.
A. F. F. In medio, sc. In
altera parte, intra coronam
querceam, ob cives serua-
tos, AVGUSTVS TRIBVN-
IC. POTEST. Verum
per pulcrum et singularem
alterum ex auro vidimus nu-
per in hac vrbe, apud D.
De Clesues, qui nummus
fuit haec tenus Antiquariis in-
exploratus. Prior superfici-
es vultum exhibit huius
Quinctii Cincinnati, quem
Plinius nunc celebrat: im-
pexa caesarie, barba veluti
haud dudum rasa: sic ut an-
nos praferat vix quadragin-
ta. In altera pagina stat
Victoria alata, laeuapalmam
gestans, dextra coronam:
qualis omnino pingitur in
nummis Alexandri Magni.
Latere dextro, QVINCTI
Quinctius: sine praenomine,
vel cognomine: quae nota
vtraque caput hunc fuisse
Quinctiae gentis indicat:
ut et Victoria, hostium Rei-
publicae domitorem in Di-
ctatura: et capilli sponte
flexi, Cincinnatum: quod ei
cognomen primo datum ex
100,

pellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam, et quidem, ut traditur s., ⁱ nudo, plenoque pulueris etiamnum ore. Cui Viator t., Vela corpus, inquit;

i. nodo manus pleno, quae nuntia morum. Turn.

ioco, postea laudi et gloriae fuit. Quum esset igitur T. Quintius sub Augusto Triumuir Auro Argento Aere flando feriundo, in honorem illius ex atauris suis, qui esset celebratissimus, et ex quo se genus trahere gloriatore, nummum eudit aureum istum eximium: fecit que eiusdem ponderis, cuius sunt Alexandri M. aurea numismata. Vultum virorum insignium in nummis ferire Romae non licuit ante Pompeii tempora: anteriores, quorum vultus in nummis cernimus, ab eorum posteris, siquidem Triumviri monetales essent, aut eorumdem iussu vel permisso, si Consules; hunc sub Caesaribus honorem obtinuere, in auro, vel argento; vt in nummis Syllae Felicis obseruauimus. H.

s. Traditur, nudo, etc.) Traditur nodo manus pleno, quae nuntia morum. Turneb.
c. 18. XXX. *nodo manus, manus comprehensione, quoniam is manu stiuam aratum tenebat. Arantem enim viator inuenit, Persis, fulcoque terens dentalia Quin-*

ti, Quem trepida ante boves dictaturam induit vox, Et tua aratra domum licitor tulit. Cicer. et Valer. locis citatis. Dal.

t. Viator, Vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populi mandata) In optimo Chislet. est perferam. Nec dubito, quin rectius. Neque enim perlata sunt, priusquam audita et pronuntiata: et pronuntiando traduntur, quod quid aliud, quam perferuntur. Similiter apud Iuuenalem Sat. 6. vers. 390. dictataque verba Pertulit, genere loquendi Satyram admodum decenti in precibus praesertim parum probatis a sacerdote praeente ad deos scilicet secundum consuetudinem, vt habet Vetus Scholia. Non ergo proferam. Gronouius.

Cui viator) Vn Huissier. Colum. in praef. p. 7. Illis, ait, temporibus proceres ciuitatis in agris morabaniur: et quum consilium publicum desiderabatur, a villis arcessebantur in Senatum. Ex quo, qui eos euocabant, Viatores nominati sunt. Vide etiam Festum, verbo Viatores. H.

quit, ut proferam Senatus populi Romani mandata. Tales tum etiam viatores uerantur: quod ipsum nomen inditum est subinde et ex agris Senatum ducesque arcessentibus. At nunc ea- dem illa vinclis pedes, damnatae manus,

B 5. inscri-

1. perferam. Ch. 2. arcessentibus. Ch.

u. Viatores erant) De illo-
rum officio et ministerio
Alex. ab Alexand. c. 27.
L. I. Dal.

x. At nunc) Eadem Colum-
mellae conquestio oratione
per eleganti, praefatione ope-
ris: Nec posthaec reor intem-
perantia caeli nobis ista; sed
nostro potius accidere vitio,
qui rem rusticam pessimo cui-
que seruorum, velut carnifici
noxiae dedimus, quam maio-
rum nostrorum optimus quis-
que tractauerit. Cetera con-
sule. H.

y. Vincti pedes) Vinctos
olim compedites, alligatos,
deligatos vocauerunt. Apuleius
Apolog. I. Quindecim
liberi homines populum faciunt,
totidem serui familiam, toti-
dem vincti ergastulum. Hoc
genus seruorum, qui ruri
in compedibus agerent, Plau-
tus in Mostellaria lepide ge-
nus ferratile vocat. Seruos
autem ruris instrumenta vo-
calia iustis consulti esse aiunt,
ut planstra muta, boues se-
muocalia. Dal.

z. Damnatae manus) Sic
eos seruos appellat, quos L.
I. et cap. 3. Columella, de la-
pide noxios, fures percusso-
res: qui virginem con-
struprassent, vitiosos, grauis
criminis reos, noxae dedi-
tos, venireque ad lapidem
ideo iussos: nam praecone
in lapide stante, et pretium
faciente, venabant serui pro-
bi, malique. Plaut. in Bac-
chidibus. O stulte, stulte, ne-
scis nunc vendi te argue in eo
ipso adstas lapide, ubi praeco
praedicat. Graeci vocabant
 $\pi\varphi\alpha\tau\eta\omega\kappa$ λιθον. Pollux,
Plutarchus in Solone. $\pi\varphi\alpha\tau\eta\omega\kappa$ vero, in quam con-
scendebant. qui vendeban-
tur, Aristoph. Brod. cap. 5.
L. VI. Alex. ab Alexand. c.
16. L. III. Idem auctor cap.
20. L. III. omnia poenarum
genera recenset, quibus ne-
quam seruos, maleficos, fla-
gitiosos olim vlcisci solebant,
et apud diuersas gentes va-
ria seruorum nomina: et
25. eiusdem lib. seruorum
conditionem a Rhodigino
descriptam explicat. Dal.

¹ inscriptique *a.* vultus exercent: non ² tamen *b.* surda tellure, quae parens appellatur, colique ³ dicitur, ipsa: honore *c.* & his assumpto, ut non in-

² sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. inscripti vultos Gr. et Al. ^{2.} non tam. Turn. et Ch. ^{3.} dicitur et ipsa Gr. ^{4.} hinc. M. ab his sumpto. Ch.

a. Inscripti vultus exercent)
 Stigmatiae, vel Stigmatici mancipia ob insigne aliquod flagitium inustis signis notata, praecipue literis, quamobrem literata etiam vocauerunt, quomodo, et equos nunc *καπτατοις*, nunc *Samphoras*, a notis K. et Σ. Rhodig. c. 31. L. VII. Atheniensibus capitius imaginem equi Syracusanos cauterio impressisse notum est: Athenienses vero Samiorum fronti candente ferro inscripsisse noctuam: quamobrem et Samium notatum seruum dici idem Rhodig. censet, c. 11. XI. cap. 27. XV. Samios Atheniensium captiuis noctuam inussisse, et Athenienses Samiis Samenaam, quod nauigii genus est, docet Brod. c. 24. IV. Alex. ab Alexander. c. 18. IV. Plutarchus auctor est Thracas in ultionem Orphei suas vxores notare solitos. Valer. Max. Seruus ab eo vinculorum poena coercitus, inexpugnabilique litterarum nota per summam oris contumeliam inustus. Phocylides, στύματα μὴ γένθη ἐπορειδίσων θεραπόντα. Pi-

thoeus c. 9. II. Eiusmodi seruos stigmaticos Cicer. II. offic. cicatrice stigmatos Plinius junior L. V. Epist. literatos Plautus appellat. Alexander Pheraeus quum infinito amore Thebes uxoris teneretur, ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis Threiciis, stricto gladio iubebat anteire. Valer. Max. cap. 15. IX. Dal.

Inscriptique) Notata frons stigmate, quod inuri seruis soleret. Ausonius de Pergamo scriptore seruo ac fugitiuo: Tam segnis scriptor, quam-lentus, Pergame, cursu Fugisti, et primo captus es in stadio. Ergo notas scripto tolerasti, Pergame, vultu: Et quas neglexit dextera, frons patitur. De hisce stigmatibus vide Gothofr. in Cod. Theod. L. IX. tit. 40. de poenis, p. 294. H.

b. Non tamen surda)
 Quamquam vilissimorum hominum manibus colitur, quod ipsa poscitur, benigne producit. H.

c. Honore) Honorem iis nominibus, sibi habitum telus sumit ultro, eoque contenta

uita d. ea, ¹ et indignata, credatur id fieri. Sed nos miramur ergastulorum e. non eadem emolumenta esse, quae ² fuerint Imperatorum.

V. Igitur de cultura agri praecipere principale fuit ³ et apud exterros. Siquidem f. et reges fecere, Hiero g., ⁴ Philometor Attalus, Archelaus: et duces

1. sic ex MSS. em. Hard. et indignante Ch. et indigne ferente Gr. et Al. 2. fuerunt. M. 3. etiam Gr.
4. sic et Turn. Philometor, Attalus distinctim Gr. et Al.

renta est: ut non ab inuita ea et indignata fieri istud credatur, quod fructus edat quos rogatur, nec surda sit. H.

d. Ut non inuita ea et indigne ferente credatur id fieri. Sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse quae fuerint imperatorum) Legendum puto cum maiore littera et cum interrogatione, Et non inuita ea et indigne ferente credatur id fieri. Et nos miramur, etc. Pint.

e. Ergastulorum non eadem, etc.) Sic μετωνυμιαῶσι seruos, qui in villarum ergastulis, id est, cellis subterraneis obscuris custodiebantur, ut et posthac capite sexto. Vide Brissonium cap. 9. L. II. Dal.

Ergastulorum) Hoc est, seruorum, qui in ergastulis diu detenti. H.

f. Siquidem et reges) De his egimus in Auctorum Indice. H.

g. Hiero Philometor, Attalus) Aestimandum sintne duos auctores Philometor et Attalus, an unus tantum. Nam Plinius hic duos accipere videtur, ut appareat etiam ex Indice praesentis libri, vbi tam in exemplari scripto, quam in impressis sic habetur: Externis, Hesiodo, Theophrasto, Aristotele, Democrito, Hierone rege, Philometore rege, Attalo rege. Videtur etiam Columella huius esse opinionis L. I. c. i. Siculi quoque, inquit, non mediocri cura negotium istud prosequuti sunt. Hieron. et Epicarmus discipulus, Philometor et Attalus. At M. Varro L. I. capite item II. vnum tantum intelligit Philometorem Attalum his verbis: *Hi sunt quos habere in consilio poteris, quum quid consule re voles: Hiero Siculus, et Attalus Philometor.* A Varro autem magis sto; nam Attalus rex Asiae, studiosus rei rusticae, amicus populi Roma-

Xenophon, et Poenus etiam Mago: cui quidem tantum honorēm Senatus noster habuit Carthagine capta, ut quum regulis Africæ bibliothecas donaret, vnius eius duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam transferenda, quum iam M. Cato praecepta condidisset: peritisque h. linguae Punicae dandum negotium, in quo praecessit omnes vir clarissimae i. familiae D.¹ Silanus. Sapientes vero complures, quos sequentes k. praeteximus in hoc volume, non ingrate l. nominando M. Varrone,² qui octogesimum m. primum vitae annum

s. Syllanus sapientiae compositissimae, quos sequeremur, etc. Ver. Silanus. Sapientiae vero compositissimae (leg. compositissimae) quos sequimur, praetex. hoc in vol. non in grege. Legit et in grege, Turn. 2. qui se-
ptuagesimum. M.

Romani, quem post mortem reliquit heredem, Philometor cognominatus est, ob pietatem puto erga matrem, ut colligitur ex Strabone L. XIII. et Trogo Pompeio L. XXXVI. Pint.

b. Feritisque linguae Punicae) MSS. R. etc. peritisque Punice, ut sit aduerbum, sicut Graece, Latine. H.

i. Clarissimae familiae) Nam ex ea familia fuere, ut iam diximus, A. Licinius Nerua Silanus, Triumuir Monetalis sub Augusto: Silanus, Orienti praefectus, in nummis ANTIOXEΩΝ, sub Tiberio: M. Silanus, nepos neptis Augusti apud Plinium, L. VII. 11. et ex eo natus Aelius Silanus,

frater Neruae Imp. in numero inscripto AESTILLAS, quem alibi explicuimus. Clarissimae igitur familiae Decimus Silanus iste fuit. H.

k. Quos sequentes) Qui priorum tempora subsequuntur, quosque huius operis initio appellauimus, nempe L. I. In MSS. R. 2. quos sequeremur, scriptura haud penitus improbanda. H.

l. Non ingrate) Ex infinito numero libenter Varronem appellamus. In MSS. R. 2. non in grege, quasi extra gregem nominando, quia antecellit. H.

m. Qui octogesimum primum vitae annum agens; etc.) Octogesimum tantum, non octogesimum primum, Varro ipse

num agens, de ea re prodendum putauit. (IV.) Apud Romanos multo senior vitium cultura esse cepit. Primoque, ut necesse erat, arua tantum coluere: quorum¹ nobis ratio nunc tractabitur non vulgari modo: verum, ut adhuc fecimus, et vetustis et postea inuentis omni cura perquisitis, cauſaque rerum et ratione simul² eruta. Dicemus et sidera, siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata: quandoquidem qui adhuc ea diligentius tractauere, quibusuis³ potius, quam agricultoris, scripsisse possunt videri.

VI. Ac primum omnium oraculis maiore ex parte agemus, quae non in alio vitae genere plura certioraue sunt. Cur enim non videantur oracula, a certissimoⁿ 4 die maximeque veridico usu profeta?

*1. nobis. Ch. 2. erudita. M. 3. sic ex MSS. em.
Hard. quibusuis oratoribus potius Gr. et Al. 4.
deo. Lips.*

ipse de se prodit in ipso statim operis ingressu, *Cogitans*, inquit, etc. v. sq. obs. Pint.

Octogesimum primum) Varro statim in ipso operis ingressu, de R. R. l. 1. Cogitans, inquit, esse properandum, quod (ut dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam, antequam proficiscar e vita. In quo Varronis loco vnitatis notam excidisse e numero annorum Varronis, Fulu, Vrsinus in Nott. p. IO. recte admonuit. H.

n. A certissimo die maximeque veridico, etc.) Scriben- dum deo non die, deum

enim appellat usum, quem admodum et Menanderⁿ nascitur, hoc est, oportunitatem, seu occasionem deum appellat, auctore Pallada primo Epigrammaton tomo. Notum et Posidippi epigramma in Occasionem et Poenitentiam, quod Latine vertit Ausonius poëta, in quo Occasio deam se appellat: *Sumi Dea quae raro et paucis occasio nota.* Pint.

*Certissimo die) Nam dies usum affert, qui optimus omnium est magister. MSS. omnes, die, recte: non, deo, ut Lipsio usum. In hanc sententiam Colum. egregie, l. i. *Vsus et experientia do-**

minan-

Eta? Principium autem a Catone sumemus. (V.) Fortissimi o. viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur p., minimeque male cogitantes. Praedium ne cupide emas. In re rustica operae ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emptum est, semper poenitet. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet: aquam q., viam, et vicinum. Singula r. magnas interpretationes habent, nec dubias. Cato s. in conterminis hoc amplius aestimari iubet, quo pacto niteant: 2 In bona enim,

inquit,

1. sic quoque Turn. aquarum vim. Gr. et Al. 2. sic ex MSS em. Hard. in bona enim (sic et M.) reg. bene nitent. Turn. In bono est, inquit, religione bene nitenti. Ch. In bona est, inquit, regione bona nitere. Gr. et Al.

minantur in artibus: neque est vila disciplina, in qua non peccando discatur, etc. H.

o. Fortissimi) Haec Cato in praef. L. de R. R. p. 5. H.

p. Ex agricolis gignuntur) Cato cap. 1. et 2. Vegetius L.I. De militum delectu; vide et Alex ab Alexand cap. 20. L. I. Dalec.

q. Aquam; viam, et vicinum) Vide N. et Em. N. IV. (hic pos.) Aq.) In MSS!R. aliisque aquam, vim. In editis, aquarum vim, male. Cato in praef. de R. R. p. 4. aquam, viam, scribendum suggerit. Loco, inquit, salubri ager siet, bonumque aquarium (alii codd. boumque aquarium) oppidum validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulent, aut via

bona celebrisque. Colum. quoque L. I. 3. p. 16. Post haec duo principalia subiungebat Cato illa non minus intuenda: viam, et aquam, et vicinum. Multum conferre agris iter commodum: primum, quod est maximum, ipsam praesentiam domini, qui libentius commenturus sit, si vexationem viae non reformidet: deinde ad vebenda et exportanda vensilia . . . De bonitate aquae ita omnibus clarum est, ut pluribus non sit differendum . . De vicini commodo non est quidem certum, quem nonnumquam mors, aliaeque nobiscum duerae causae mutant, etc. H.

r. Singula magnas) Has interpretationes ex Colum. dabimus in N. et Em. num. cit. H. paulo ante.

inquit, regione bene nitent. Atilius ^{t.} Regulus, ille Punico ^{u.} bello bis Consul, aiebat, neque secundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effetis saluberrimum. Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti etiam in pestilentibus durant. Praeterea sunt quedam partibus anni salubria; nihil autem salutare est, nisi quod toto anno ^{z.} salubre. Malus ^{x.} est ager, cum quo dominus luctatur. Cato ^{y.} inter prima spectari iubet, ³ ut solum sua virtute ⁴ valeat, qua dictum ^{z.} est positione: ut operiorum ^{a.} copia prope sit, oppidumque validum: ut nauigiorum euectus vel itinerum: ut bene aedificatus et

cul-

^{z.} Atilius. Gr. ^{2.} salubre est. Ch. ^{3.} non. V.
Lego, num.

^{s.} Cato) Cap. I. Dal.

Cato in) Cato I. c. Vici-
ni quo pacto nitent, id ani-
mum aduertiro; in bona re-
gione bene nitere oportebit,
etc. H.

^{t.} Atilius Regulus) Colum-
mel. cap. 4. L. I. et Varro
cap. et L. eod. Dal.

Atilius Regulus) Haec iisdem verbis Colum. de R. R. I. 4. p. 19. In vniuersum tamen quasi testificandum, atque facilius praedicandum habeo, quod primo iam Punico bello dux inclytissimus M. Atilius Regulus dixisse memoratur: fundum, sicuti ne secundissimi quidem soli, quem sit insalubris: ita nec effeti sit, si vel saluberrimus sit, parandum. Quod Atilius aetatis suae agricolis maiore cum

cum auctoritate suadebat peritus vsu. Nam Pupinia pestilentis simul et exilis agricultorem fuisse eum loquuntur historiae. De eo multa Senec. L. de consol. ad Helu.

c. 12. p. 811. H.

^{u.} Punico bello) Primo. H.

^{x.} Malus est ager) Colum.

I. 3. p. 18. H.

^{y.} Cato) Cap. I. Dal.

Cato inier) Catonis verba I. c. Vti bonum caclum habeat, ne calamitosum sit: solum bonum sua virtute valeat. H.

^{z.} Qua dictum est) Quo proxime dictum est, situ, iuxta amnem, aut mare, iterque commodum, etc. vel quo dictum est, L. XVII. ^{3.} agrum optime situm esse oportere. H.

^{a.} Ut operiorum) Cato, I. c. H.

cultus, in quo falli plerosque video. Segnitiera enim prioris domini pro emptore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro. Itaque Cato b., De bono domino melius emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam: agroque, ut homini, quamvis quaestuosus sit, si tamen et sumptuosus, non multum c. superesse. Ille in d. agro quaestuosissimam iudicat^t vitem: non frustra, quoniam ante omnia de impensae ratione cauit. Proxime hortos riguos: nec id falso, si sub oppido^z sint. Et prata e. antiqui parata dixere. Idemque f. Cato interrogatus, qbis esset certissimus quaestus,

i. sic et M. indicat. Gr.

boc olinetum: et deinde prata, quae antiqua. Ex Cat.

b. Cato) Cap. eod. Dal.

Itaque Cato) L. c. Caueto alienam disciplinam temere contemnas. De domino bono colono, bonoque aedificatore melius emetur . . . Videro, quam minimi instrumenti, sumptuosusque ager ne sit. Scito idem agrum, quod hominem, quamvis quaestuosus sit, si sumptuosus erit, relinquon non mulrum. H.

c. Non multum superesse Post factas impensas non multum superesse fructuum, et quaestus. H.

d. Ille in agro) Cato, l. c. Varro, de R. R. I. i. Cato quidem, inquit, gradatim p[re]eponeps, alium alio agrum meliorem dicit esse in nouem discriminibus: quod sit primus, vbi vineae possint esse bono vino et multo: secundus, vbi hortus irriguus; tertius, vbi

2. sint: mox salictum: ab hoc olinetum: et deinde prata, quae antiqua. Ex Cat.

salicta: quartus, vbi oliueta: quintus, vbi pratum: sextus, vbi campus frumentarius: septimus, vbi caedua silua: octauus, vbi arbustum: nonus, vbi glandaria silua. Scrofa: Scio, inquit, scribere illum: sed de hoc non consentiunt omnes, quod alii dant primatum bonis pratis, ut ego quoque: a quo antiqui prata parata appellantur, etc. H.

e. Et prata . . . parata)

Quod protinus essent parata, inquit Colum. de R. R. II. 17. p. 74. nec magnum laborem desiderarent. Vel quod paratus et annuus sit hic terrae fetus: nam et idcirco fenum quoque pratorum, auctore Festo: a feno est appellatum, quando id ipsum manens, quotannis nouum patit. H.

f. Idemque Cato) Refert id quoque Colum. VI. p.

stus, respondit, si bene *g.* ¹ pascas. Quis proximus? ² Si mediocriter pascas. Summa omnium in hoc spectando fuit, ut fructus is maxime probaretur, qui quam minimo impendio constatus es-
set. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decer-
nitur. Eodemque *k.* pertinet, quod agricolam ven-
dacem esse oportere dixit. Fundum *i.* in adole-
scientia conserendum sine cunctatione, aedifican-
dum non nisi consito agro: tunc *k.* quoque cun-
ctanter: optimumque ³ est (ut vulgo dixerit) aliena
insania frui; sed ita, ut villarum tutela non sit
oneri. Eum tamen *l.* qui bene habitet, saepius
ven-

i. pascat. V.

2. Si arat bene. V.

3. esse. Dal.

208. in praef. *Vt etiam, in-*
quit, M. Cato creditit, qui
consulenti quam partem rei
rusticae exercendo celeriter lo-
cupletari posset, respondit, si
bene pasceret: Rursusque in-
terroganti quid deinde facien-
do satis uberes fructus percep-
turus esset, affirmauit, si
mediocriter pasceret. Refert
hoc ipsum Tullius, de off.
II. n. 88. H.

g. Si bene pascas.) Vide
hunc locum expositum a
Turnebo L. VI. Aduers. c.
23. Dalec.

b. Eodemque pertinet) Ca-
to cap. 3. Dal.

Eodemque) Cato de R. R.

c. 2. Patrem familiæ vendacem,
non emacem esse oportet.
Et paulo ante: Vendat oleum
. . . vinum, frumentumque
quod superfit. Vendat boves
vetulos, etc. H.

i. Fundum in adolescentia,
etc.) Idem ibid. Dal.

Fundum) Verba Catonis
plena elegantiae L. de R.
R. 3. Prima adolescentia pa-
treum familiae agrum consere-
re statim studere oportet: ae-
dificare diu cogitare oportet
conserere cogitare non oportet:
sed facere. Vbi aetas acces-
sit ad annos XXXVI. tum
aedificare oportet, si agrum
constitum habeas. H.

k. Tunc quoque cunctanter:
optimumque est, ut vulgo di-
xere, aliena insania frui, sed
ita ut villarum tutela non sit
oneri) In ordine verborum
peccatum est, ut reor, scri-
bendumque: Tunc quoque
cunctanter, et ita ut villarum
tutela non sit oneri. Opti-
mumque est, ut vulgo dixerit,
aliena insania frui. Eum ta-
men qui bene habitet. Pint.

vénitare in agrum: frontemque *m.* domini plus prodesse quam occipitum, non mentiuntur.

VII. (VI.) i. Modus *n.* hic probatur, vt neque *o.* fundus villam quaerat, neque villa fundum. Non ut *p.* fecerunt iuxta diuersis eadem aetate

i. fecerit *Ch.*

l. Eum tamen) Cato c. 4. Ruri si recte habitaueris, libentius, et saepius venies: Fundus melius erit: minus peccabitur, fructus plus capies, Frons occipitio prior, hoc est, potior, meliorque. Sic ille Persa apud Xenoph. in Oecon. p. 854. interrogatus, quae res potissimum saginaret equum, respondit, Oculus domini, δεσπότα ὁ Φαλμός. Festine ut semper Phaedrus, L. II. fab. 8. Cernuus nemorosis excitatus latibulis etc. Sic Colum. I. I. eleganter: Ac ne ipsa quidem praesidia . . . tantum pollent, quantum vel una praesentia Domini: quae nisi frequens operibus intercunerit, ut in exercitu quum abest imperator, cuncta cessant officia: maximeque reor hoc significarem Roenum Magonem suorum scriptorum primordium talibus auspiciatum sententiis: qui agrum parabit, domum vendat; ne malit urbanum, quam rusticum larem colere. Cui magis cordi facit urbanum domicilium, rustico praedio non erit opus. Et L. IV. 18. Oculi et vestigia domini, res agro saluberrima. H.

m. Frontemque domini

plus prodesse, quam occipitum non mentiuntur) Eadem sententia diuersis tamen verbis apud Catonem cap. 4. Frons occipitio prior est. Quapropter hic forte melius legetur, Frontemque domini priorem esse quam occipitum non mentiuntur. Dal.

n. Modus hic) Aedificandi videlicet. Cato, 3. Ita aedifices, ne villa fundum quaerat, neque fundus villam. Sic et Columella, I. 4. ex Catone. Quaerit fundus villam, quum villa minus magna est, quam modus fundi postulat. Quaerit villa fundum, quum maior est villa: quae tuenda est sumptu maiore. Ita fere Varro de R. R. I. II. Villam hoc loco urbanam intellige, hoc est, eam partem, quam ruri dominus sibi recepit: quae quia elegantius instrui solet, urbana dicitur, quasi urbani nitoris, Maison de campagne. H.

o. Neque fundus villam quaerat) Cato cap. 3. Varro c. II. L. I. Col. c. 4. L. I. Dal.

p. Non ut fecerunt) Colum. de R. R. IV. 20. Multos enim deerrasse memoria prodidit, sicut praestantissi.

aetate exemplis L. Lucullus, et Q. Scaeula, quum q. villa Scaeulae¹ fundus careret, villa Luculli agro. Quo in genere Censoria r. castigatio erat, minus s. arare, quam verrere. Nec hoc sine arte, quadam est. Nouissimus villam in Misenensi posuit C. Marius septies Consul, sed peritia castrametandi; sic ut comparatos ei caeteros etiam 2 Sylla 3. Felix coecos fuisse diceret.

C. 2

2. Con-

1. fructus non caperet, (non caret Ch. male) villam Lu-
culli ager. Ch. Turn. 2. Syla. Gr.

mos viros L. Lucullum et Q. Scaeulam, quorum alter maiores, alter minus amplas, quam postulauit modus agri, villas exstruxit, quum utrumque sit contrarem familiarem, etc. H.

q. Quum villa) Nam et illa Scaeulae fructibus deerat, quum parua nimis esset: villam Luculli ingenitem et magnificam vix amplectebatur ager. H.

r. Censoria castigatio erat) Nam, quod Cicero libro De legibus ait, Censorum officia haec fuerunt: Populi auitates, suboles, familias que censento, coelibes esse prohibentio. De hac re vide Lipsium c. I. I. Varro, Censoria nota reprehensus senator, senatu amouebatur: equiti facinorosa equus adimebatur: plebeius in Ceritum tabulas referebatur, nempe aerarius fiebat, et comitiis suffragioque priuabatur. De Censorum creatione, et mune re prolixe differit Alex. ab

Alex. c. 13. Vectigalia, et portoria noua statuere, vetera exigenda mandare, publicanis et conductoribus locare, quantum cuique conferendum aeris esset, iubere, censorum munus etiam fuit, ut Athenis τῶν ἀποδεκτῶν. Dal

Censoria) Censorum animaduersioni obnoxius erat: qui lautiorem villam pararet, quem verri deberet, quam ampliorem agrum, quem araret. H.

s. Minus arare quam verrere) Scribe vertere non verrere, ut in fine capit. Innocens ager verri pala debet. Pint.

In Misenensi) In Campania. Vide L. III. 9. De hac Misenensi villa multa differit Plutarch. in Mario, p. 424. H.

t. Sylla Felix coecos fuisse diceret) Coecos ideo, quod quum Marius nouissimus in Misenensi villam aedificaret, tamen commodissimo

2. Conuenit *u.* nec iuxta *x.* paludes ponendam esse, neque *y.* aduerso amine: quamquam Homer *z.* omnino e flumine semper antelucanas auras insalubres verissime tradidit. Spectare *a.* in *ae-*
stuosis locis septemtriones debet, meridiem in fri-
gidis: in temperatis exortum aequinoctiale. Agri *b.* ipsius bonitas, quibus argumentis *z.* iudi-
canda

1. aestuosis. Ch. 2. indicanda sit. Ch.

mo eam situ posuit, quem alii praeoccupare neglexi-
sent ob imperitiam eligendi. Id testimonium eo gra-
uius fuit, quia ab inimico prolatum. *Gelen.*

Sylla Felix) Qui Marii hostis fuit. Dignum videri laude vel inimico, praeclarum. *H.*

u. Conuenit) Colum. de R. R. I. 5. p. 22. Nec paludem quidem vicinam esse oportet aedificiis, . . . quod illa caloribus noxiis virus eructat, et infestis aculeis armata gignit animalia, quae in nos densissimi-
mis examinibus inuolant. Tum etiam natricum serpeniumque pestes, hiberna destitutas vli-
gine, coeno et fermentata col-
luie, venenatas emitit, ex quibus saepe contrabuntur coe-
ci morbi . . . sed et anni to-
to tempore sinus arque humor instrumentum rusticum supel-
lectilemque, et inconditos con-
ditosque fructus corrumpit. Varro de R. R. I. 12. Ad-
uerendum etiam si qua erunt loca palustria, et quod are-
scunt, et quod in iis crescunt

animalia quaedam minuta,
quae non possunt oculi conse-
qui, et per aera intus in cor-
pus per os ac nares perue-
niunt, atque efficiunt difficiles morbos. *H.*

x. Nec iuxta paludes) Vi-
truius c. 8. L. VI. *Dal.*

y. Neque aduerso) Colum.
I. c. Cauendum ramen erit,
ut a tergo potius, quam prae-
se villa flumen habeat . . .
quum plerique amnes aestate
vaporatis, bieme frigidis ne-
bulis caligeant. *H.*

z. Homer) Frigidas qui-
dem esse scribit Odyss. 5.
Idem Plutarch. εν τῷ περὶ
τῷ περῶτῷ Ψυχρῷ. Thucyd.
L. II. Herod. in Euterpe,
Arist. problem. 23. sect. 3.
Dal.

Homer) Odyss. ε. v. 469.
frigidas esse auras anteluca-
nas scribit: Αὔγη δὲ ἐν πο-
ταμῷ Ψυχρῇ πνέει ἡώθι πρό.
H.

a. Spectare) Colum. I. 5.
p. 23. *H.*

b. Agri ipsius bonitas) Co-
lumel. c. 3. L. I. Theophr.
cap. 5. L. II cauſſ. *Dal.*

canda sit, quamquam de terrae optimo genere differentes abunde c. dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas subsignabimus, Catonis d. maxime verbis: Ebolum e., vel prunus silvestris, vel rubus, bulbus f. minutus, trifolium, herba g. pratensis, quercus, silvestris pirus, malusque, frumentarii soli notae. Item nigra terra, et cinerei coloris. Omnis creta coquit, nisi permacra: fa-
bulumque, nisi id etiam pertenue est: et multo campestribus magis, quam cluosis, respondent eadem.

C 3

3. Mo-

*z. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. fabulum etiam, nisi
id pertenue, Gr. et Al.*

*c. Abunde dixisse) Libro
sup. s. 3. H.*

d. Catonis maxime verbis)

Aut ego fallor, aut sefellit Plinium memoria in citando auctore. Catonem enim citat; quum Celumellam debuisset, cuius verba sunt L. II. c. 2. Sed circa hoc experimen-
tum multa sunt quae et dulcem terram et frumentis ha-
bilem. Pint.

*Catonis) Haec apud Ca-
tonem hucusque minime re-
perta. Sunt quaedam ex
iis apud Colum. II. 2. Plu-
rimos antiquorum, inquit,
qui de rusticis rebus scrip-
serunt, memoria repeto, quasi
confessa, nec dubia signa pin-
guis ac frumentorum fertilis
agri prodidisse, dulcedinem
soli propriam, herbarum et
arborum prouentum, nigrum
coorem vel cinereum etc. Et
post quaedam interposita:
Multia sunt quae terram fru-*

mentis habilem significant, vt
iuncus, vt calamus, vt gramen,
vt trifolium, ebolum, rubi,
pruni silvestres et alia complu-
ra, quae etiam indagatoribus
aquarum nota, nonnisi dulci-
bus terrae venis educantur.
H.

*e. Ebolum etc) De his suo
loco dicemus. De bulbo
inprimis, L. XIX. 30. Her-
ba pratensis Catoni, Colu-
mellae ac ceteris gramen
est. H.*

*f. Bulbus minutus) Bulbus
silvestris, vel Bulbine huins
scriptoris. Pro Hiacintho
pinxit Matthiolus. Dal.*

*g. Herba pratensis) Lotus
vel Medica: nam hae in
pinguissimis agris prouen-
nijunt. Gramen Colum. nu-
merat c. 2. L. II. item que
iuncum et calatum: Ut
fortassis eas plantas herbam
pratensem vocet Cato. Dal.*

3. Modum *h.* agri in primis seruandum antiqui putauere: quippe ita censebant; Satius esse minus ferere, et melius arare: qua in sententia et Virgilium *i.* fuisse video. Verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam, iam vero et prouincias. Sex domini semissim *k.* Africæ possidebant, quum interfecit eos Nero princeps: non *l.* ¹ fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio, qui numquam agrum mercatus est conterminum. Agro *m.* empto domum vendendam, inclementer atque

i. Fraudabo, etc. Pompeium. V.

b. Modum agri) In eam rem scite et eleganter Colum. I. 3. p. 18. Nos ad certa p̄aecepta illud adiicimus, quod sapiens unus de septem in perpetuum posteritati pronunciauit, μέτρον ἀγρίσον, ad libendum modum mensuramque rebus: idque ut non solum aliud acturis, sed et agrum paraturis dictum intelligatur: ne maiorem, quam ratio calculatorum patiatur, emere velit. Nam buc pertinet p̄aeclara nostri poetae sententia: *Laudato ingentia rura, Exiguum colito.* Quod vir cruditissimus, ut mea fert opinio, traditum vetus p̄aeceptum numeris signauit: quippe antiquissimam gentem Poenos dixisse conuenit, Imbecilliorum agrum quam agricolam esse debere: quoniam quum sit collectandum cum eo, si fundus p̄aeualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddit laxus ager non

recte cultus, quam angustus eximie. H.

i. Virgilium) — *laudato ingentia rura, Exiguum colito.* Dal.

k. Semissim Africæ) Medianum Africæ partem, hoc est, Zeugitanae regionis, de qua dictum est L. V. 3. H.

l. Non fraudando) Familiaris scriptori nostro loquendi modus: Sic paulo ante, s. 5. non ingrate nominando M. Varrone, etc. Quo loco, inquit, fraudari non debet merita laude Pompeius, etc. H.

m. Agro empto) Colum. I. 1. p. 14. Nisi p̄aesentia domini frequens operibus interuenerit, ut in exercitu quum abest Imperator, cuncta cessant officia. Maximeque reor hoo significantem Poenum Magonem, suorum scriptorium primordium talibus auspiciis sententiis: Qui agrum para-

atque non ex utilitate publici status Mago censuit, hoc exordio praecpta pandere ingressus, ut tamen appareat assiduitatem desideratam ab eo.

4. Dehinc *n.* peritia villicorum in cura habenda est: multaque de iis Cato *o.* praecepit. Nobis satis sit dixisse, quam *p.* proximum domino¹ corde esse debere, et tamen sibi metipsi non videri. Coli² rura ab ergastulis *q.* pessimum est, et quidquid agitur a desperantibus. Temerarium videatur vnam vocem antiquorum posuisse, et fortassis *r.* incredibile penitus³ existimetur: Nihil minus expedire, quam agrum optime colere. 4 L. Tarius *s.*

C 4

Rufus

1. Sic omnes MSS. auctore Hard. corde esse debeat Turn.

cordi Gr. et vulgg. 2. sic et Ch. rura ergast. Gr. 3.

sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. existimetur Gr. et Al.

5. L. Tarius. V.

parabit, domum vendat: ne malit urbanum, quam rusticum larem colere: Cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico praedio non erit opus. etc. H.

n. Dehinc peritia villicorum) Cato cap. 5. Columella cap. 7. 8. 9. L. I. Dal.

o. Cato praecepit) L. de R.

R. 5. p. 10. H

p. Quam proximum domino corde) Peritia quam similimum domino esse debere. Egregie cordatus homo, egregie peritus. Optime scire oportet villicum, quae dominus velit, ut obsequatur, et possit aliis praecipere: et tamen sibi metipsi non videri: hoc est quod Cato c. 5. dicit, p. 10. Ne plus

censeat sapere se, quam dominum: consideretque, ut quae dominus imperauerit, fiant. H. q. Ergastulis pessimum est) Seruis compeditis, neruo, catena vincitis. Supra c. 3. Dal.

r. Et fortassis incredibile penitus existimetur) Lego, fortassis incredibile ut penitus existimetur, ex vetere exemplari. Dal.

s. L. Tarius Rufus) Eius in condemnando paricida filio, mitiorem sententiam lege apud Senecam c. 15. L. de clementia. Dal.

L. Tarius Rufus) A. V. DCCXXXVII. gessit Consulatum ex Kalendis Iuliis, Augusti principatu, ut quidem Fasti tradunt. H.

Rufus infima natalium humilitate, Consulatum militari industria meritus, antiquae alias parcimoniae, circiter milies H. - S. t. liberalitate Diui Augusti congestum, usque ad ¹ detractionem u. heredis exhaustum, agros in Piceno coemendo, ² colendoque. In gloria x. internectionem ergo famemque censemus? Imo hercules, ³ Modum y. iudicem rerum omnium utilissimum. Bene colere necessarium est: optime, damnosum, praeterquam z. sobole, ⁴ suo colono aut pascendis. ⁵ Alioqui a. colente domino aliquas messes colligere non expedit, si b. computetur impendium operae. Nec temere c. oliuam: nec quasdam terras diligenter colere, sicut in d. Sicilia, tradunt: itaque decipi aduenas.

VIII.

z. detractionem Ob. 2. colendoque in gloriam. Internacionem ergo, Gr. et Al. 3. sic et Ch. hercule iudico modum rerum omnium Gr. et Al. 4. sic ex MSS. em. Hard. suo colono pascendum. Turn. suo colono aut pascendis. Alioqui colente dom. Ch. sobole sua, colonoue pascendis Gr. et Al. 5. sic ex MSS. em. Hard. alioqui domino Gr. et Al.

t. Millies H. - S) Millies centena festertiū millia: quae Gallicae monetae faciunt libras, ut vocant, 1000000, seu millions decem. H.

u. Ad detractionem) Ut gerere se pro herede eo mortuo, nemo non detrectaret. H.

x. In gloria internacionem) Neglectum agri. Numquid satius igitur, ut negligenter agrum colendo dominus esuriat? H.

y. Modum iudicem) Μέτρον ἀριστον esse censuerim. H.

z. Praeterquam sobole) Nisi ad colendum agrum opera liberorum vtatur, vel coloni sui, aut aliorum, quos alioqui pasci aliqui a domino opus sit. H.

a. Alioquin dominio aliquas messes colligere non expedit) Deest verbum colente ex veteri exemplari: Alioquin colente domino aliquas, etc. Pint.

b. Si computetur) Quum sumptus fructum superet, si colere per se dominum ipsum oporteat. H.

c. Nec temere oliuam) Subintellige, diligenter colere oper-

VIII. 1. Quoniam igitur modo utilissime colentur agri? Ex oraculo scilicet, malis bonis. Sed defendi aequum est abauos, qui praeceptis suis prospexere vitae. ¹ Nam quum dicerent malis, intelligere voluere vilissimos. Summum prouidentiae illorum fuit, ut quam minimum esset impendii. Praecipiebant enim ista, qui ² triumphali e. denas argenti libras in supellestile criminis dabant: qui mortuo f. villico relinquere viatorias, et reuerti

C 5

in

1. Namque cum. Ch. 2. triumphali viro denas. Al.

oportet: quoniam non vlla
est oleis cultura, vti ex Vir-
gilio obseruauimus, XV. 28.
H.

d. Sicut in Sicilia tradunt)
Supra cap. 4. L. XVII. Theo-
phrast. c. 6. L. VIII. hist,
et cap. 25. L. III. caus. Dal.

In Sicilia) Theophr. Hist.
VIII. 6. Παὶ ἄλλοις δὲ τὸ
λίαν αργάζεσθαι βλάπτει,
καθάπερ εὐ Σικελίᾳ. Apud
alios cultus nimius obest, vti in
Sicilia. Adde eiusdem Theophrasti historiam, de causs.
III. 25. p. 209. de colono
illo Corinthio in Syracusani
agri cultura aberrante: quam
Plinius et antea retulit, L.
XVII. 3. et nunc iterum
indicat, quum subiungit,
Itaque decipi aduenas. H.

e. Qui triumphali) Hoc
est: triumphali viro. Quem
Plinius notet hoc loco indi-
cabimus L. XXXIII. 50. Si-
gnat hoc tempus egregio
versiculo Ouid. Fast. I. 208.

Quum leuis argenti lamina
crimen erat. H.

f. Qui mortuo) Atilium
Regulum intelligit, qui ma-
ritimo ac terrestri praelio
fractis Carthaginem vi-
ribus, postea victus ab iis
et in acie captus, A. V.
duodecimgentesimo. Val.
Max. IV. 4. n. 6. Eiusdem
nominis et sanguinis Atilius
Regulus, primi Punici belli
gloria cladesque maxima:
quum in Africa insolentissi-
mae Carthaginis opes crebris
victoriis contunderet, ac pro-
rogatum sibi ob bene gestas
res in proximum annum im-
perium cognosset; Consulibus
scripsit, villicum in agello,
quem septem iugera habe-
bat, mortuum esse, occasio-
nemque nocturnum mercenarium
amoto inde rustico instrumen-
to discessisse: ideoque petere
ut sibi successor mitteretur,
ne deserto agro non esset unde
vixor ac liberi sui aleren-
tur.

in sua rura postulabant: quorum ¹ praedia g. colenda suscipiebat ² respublica; exercitusque ducebant, Senatu illis villicante! Inde illa reliqua oracula: Nequam agricolam esse, quisquis emeret, quod praestare ei fundus posset. Malum patrem familias, quisquis interdiu ficeret, quod noctu posset, nisi in tempestate caeli. Peiorem, qui profestis diebus ageret, quod h. feriatis deberet. Pessimum, qui sereno die sub tecto potius operaretur, quam in agro.

2. Nequeo mihi temperare, quo minus vnum exemplum antiquitatis afferam, ex quo intelligi possit, apud populum etiam de culturis agendi ³ morem fuisse, ⁴ qualiterque defendi soliti sint illi viri. C. Furius ⁵ Cresinius i. e seruitute liberatus,

quum

^{3.} haeredita. Turn. haerendia. Ch. ^{2.} respublica: qui exerc. ducebant Sen. ^{3.} modum. Ch. ^{4.} in emend. ^{3.} sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. ^{4.} qualiter defendi Gr. et Al. ^{5.} Cresinius. Turn. Cresimus. Ch.

tur. Quae postquam senatus a Consulibus accepit, et agrum Atilii illico colendum locari, et alimenta coniugi eius ac liberis praeberi, resque, quas amiserat, redimi publice iussit. H.

g. Quorum praedia colenda, etc.) Insigne huius exemplum habes apud Valer. Max. L. IV. 4. de M. Attilio Regulo. Dal.

Quorum praedia) MSS. haerendia. Forte, heredita, vt visum est Turnebo Aduu. XXX. 18. p. 1106. H.

b. Quod feriatis deberet) Quae feriis possent fieri. Vide Catonem c. 2. Dal,

Quod feriatis) Vt Virg. cecinit Georg. l. 268. Quippe etiam festis quaedam exercere diebus Fas et iura sinunt. Rinos deducere nulla Religio vetuit: segeri praetendere se pem, Auibus insidias moliri, incendere vepres, Balantiumque greges fluvio mersare salubri. Quamquam Pontifices, inquit Colum. negant segetem feriis sepiri debere: vident! quoque lanarum causa lauari oves, nisi propter medicinam. . . Feriis autem ritus maiorum etiam illa permitti: far pinsere, faces incidere, candelas sebare, etc. Et Cato, c. 2. Fer ferias vero

quum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas; in inuidia magna erat, cew fruges alienas pelliceret beneficiis. Quamobrem a Sp. Albino k. curuli die dicta, metuens damnationem, quum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, et adduxit¹ familiam validam, atques (vt ait Piso) bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit: Beneficia mea, Quirites, haec sunt: nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliaisque, et sudores. Omnia sententiis ab solu-

2. filiam validam Gr. et Al.

Itaque prof. Gr. et Al.

vero fossas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi, horum fodiri etc. M. Porcius Cato, inquit Colum.
1. c. mulis, equis, asinis nullas esse ferias dixit, etc. H.

i. Cresimus) MSS. Cresimus. Apud Gruter. p. 35. Creusina Secundus legitur.

Habet aliquid huic narrationi persimile Plinius, de Remmio Palaeomone, L. XIV.

5. Ad hanc gentem Furiam nummus pertinet argenteus e Museo nostro, et apud Platinum, p. 117. n. 3. in quo Iani bifrontis imago est, cum epigraphe, M. FOVRI. L. F.) (Tropaeum portis ciuitatis impositum: hinc aquila legionaria, inde Roma stans galeata, sinistra hastam gerit, sive sceptrum, dextra coronam imponit trib-

2. sic et M. absolvus.

phaeo. Retro, ROMA. Infra PHILI, pro PHILI. Non est hic Furius cognomine Philus. Certe si nomen his litteris designaretur, Philius esset, non Philius: ut SERGI scribi solet, pro Sergius, et cetera similiter omnia. At hic sententia est: M. Fou- rius Lucii Filius Philippis Le- gionem Imposuit, praesidia- riam scilicet, post praelium Philippense, anni V. C. DCCXII. H.

k. Sp. Albino) Sp. Postu- mio Albino, aedili tum curuli. In hac narratione quum prius legeretur, filiam validam, reposuimus. familiam validam: admoniti dicto Catonis, quod proxime sequitur, Ne familiae male sit. H.

solutus itaque est. Profecto, opera, non impensa, cultura constat. Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum *l. domini* esse dixerunt.

3. Reliqua praecepta reddentur suis locis, quae propria generum singulorum erunt. Interim communia, quae succurrunt, non omittemus. Et in primis Catonis humanissimum¹ utilissimumque: Id agendum *m.*, vt diligent vicini.² Causas *n.* reddit ille: ³ nos existimamus nulli esse dubias. Inter prima idem cauet, ne familiae *o.* malae sint. Nihil *p.* sero faciendum in agricultura omnes censem, iterumque suo quaeque tempore facienda. Ex tertio pracepto, praetermissa frustra reuocari.

De

i. utilissimumque, etc. se vicini. Ch. et utilissimum Gr. et Al. *2. Reddit ille causas. M.* *3. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. quas ex Gr. et Al.*

l. Oculum domini) Vide quae in eamdem sententiam attulimus sect. 6. extrema. Quibus addē hunc Aeschylī versūm "Ουμα γὰρ δόμων γούιςω, δεσπότε παρεστίαν. H.

m. Id agendum) Cato, c. 4. Vicinis bonus esto, etc. H.

n. Causas reddit) Quas afferemus in N. et Em. N. V. (hic consp.) *Ne familiae)* Ita libri haec tenus vulgati, cum R. t. cod. forte propter illud Catonis c. 4. *Vicinis bonus esto: Familiam ne sueris peccare, nimirum in vicinos. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilis locabis, operarios facilis conduce. Si aedificabis, operis, iumentis, materia iu-*

*nabunt, etc. In R. 2. cod. haud minus forte sincere, Ne familiae male sit. Propter istud eiusdem scriptoris c. 5. *Familiae male ne sit, prouideat: ne algeat, ne esuriat,* etc. H.*

o. Ne familiae malae sint) Castigo, ne familiae sit, ex Catone capite quinto, *Familiae male ne sit prouideat: ne algeat, ne esuriat.* Pint.

Ne familiae malae sint) Vide N. et Em. Num. proxime cit. lit. n. H

p. Nibil sero) Cato, c. 5. *Opera omnia mature conficias face. Nam res rustica sic est, si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies.* His adde quae ex Columella diximus L. XVII. 19. H.

De terra cariosa q. exsecratio r. Catonis abunde indicata est. Quamquam i praedicere non cessat is: Quidquid per asellum fieri potest, vilissime constat. Filix s. biennio moritur, si frondem agere non patiaris. Id efficacissime contingit, germinantis ramis baculo decussis. Succus t. enim ex ipsa defluens, necat radices. Aiant et circa solstitium auulas non renasci, nec arundine u. sectas, aut exaratas vomeri arundine imposita. Similiter x. et arundinem exarari filice vomeri imposita praecipiunt. Iuncosus y. ager verti pala debet, ² at in saxoso bidentibus. Fruteta z. igni optime tolluntur.

i. praedicare. V. 2. at saxosus bid. Dal. ante infra-
ctus biden. Ch. in emend.

q. De terra, etc.) Eam Lugdunenses agricultorae vocant *Terre pouilleuse*, quasi pediculorum: quoniam dum pallis et ligonibus colitur, intimis venis velut quādam cariem putrum lignorum ostendit, pediculorum lentiumque sordibus, ac colluviae similem. Dal.

De terra cariosa) Diximus de ea L. XVII. 3. H.

r. Exsecratio Catonis) Catonis c. 5. verba haec sunt: *Terram cariosam cauero ne ares, neue plostrum, neue pecus impellas. Si ita non caueris, quo impuleris, triennii fructum amittes.* Dal.

s. Filix biennio moritur) Colum. c. 2. L. II. Dal.

Filix biennio) Colum. II. 2. p. 41. H.

t. Succus enim ex ipsa defluens) Moritur, et iniesto

stercore, et si greges incubent. Theophr. c. 8. L. VIII. hist. Dal.

u. Arundine sectas) Vide infra c. 11. L. XXIV. Dal.

x. Similiter) Arundinis cum filice odia et αντιπάθεια altero vide exemplo firmata, L. XXIV. 50. Habet haec quoque Diosc. IV. c. 187. H.

y. Iuncosus ager verti pala debet) Colum. loco citato. Dal.

Iuncosus ager verti pala) Pastinari Colum. I. c. H.

z. Fruteta igni optime tolluntur) Οὐληρατα. Idem ibid. Dal.

Fruteta) Colum. I. c. Nemorosi, fruterosique tractus duplex cura est, vel extirpandis radicibus arboribus, et remouendis: vel, si rarae sint

tur. Humidiorem *a.* agrum ¹ fossis concidi atque siccari, ut ilissimum est: fossas *b.* autem cretosis locis apertas relinquunt: in solutiore terra sepibus firmari, ² ne procidant: ³ aut *c.* supinis lateribus procumbere: ⁴ quasdam *d.* occoecari, ⁵ et in alias dirigi ⁶ maiores patentioresque; si sit occasio, silice vel glarea sterni. Ora *e.* autem earum binis utrumque lapidibus ⁷ statuminari, et alio superintegri. Sil-

- uae*
1. fossione. M. *2. in reprocibus, aut sup. Turn. di-*
uis in precib. ant. Ch. *3. aut supinae lat. procum-*
bantr. *4. quasdam obserari, et in alias dirigi. Ma-*
iores potentioresque. V. *5. et minores in alias dir.*
maiores pat. Alii. *6. maiores parentesque: et si*
sit. Ex Colum. maiores patentioresque: et si sit. Ch.
7. statuminari. Ch. sed in emend. intus muniri, etc.

sint, tantum succiderdis, incendendisque, et in arandis. H.

a. Humidiorem) Colum. II.

2. Si locus humidus erit abundantia viginis, ante siccetur fossas. Eavum duo genera cognouimus, coecarum et parentium. Spissis atque cretosis, regionibus aperiae relinquuntur. At ubi solutior humus est, aliquae sunt patentes: quaedam eriam occoecantur, ita ut in parentes ora biantia coecarum competant. H.

b. Fossas autem cretosis) Colum. c. 2. L. II. et Theophr. c. 7. L. V. caus. Dal.

c. Supinis lateribus) Extrorsum inclinatis, sub. utlissimum procumbere. Quid si legatur, aut supinis lateribus (imbricibus solum) similes procumbere: nempe ut declivi, situ, et ad solum

coarctato, imbricatos lateres figura imitantur. Turneb. c. 18. L. XXX. legit, firmari: in reprocibus aut supinis lateribus procumbere, id est, asperis, confragosis, cliuosis. Dal.

Aut supinis) Declives fossas, inquit Colum. l. c. et ad imum solum coarctatas, imbricibus supinis similes facere conuenient: nam quarum recte sunt latera, celeriter aquis vitiantur, et superioris soli lapsibus replentur. H.

d. Quasdam occoecari) Obtegi, in subterranei cuniculi modum. H.

e. Ora, etc.) Principium ac exitum fossae. Columella. Dal.

Ora autem) In principio atque exitu fossae, bina saxa pilarum vice constituantur, et iisdem singula superimpo-

uae extirpanda rationem Democritus prodidit, lupini flore in succo cicutae uno die macerato, sparsisque radicibus.

IX. (VII.) f. Et quoniam praeparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt g. autem duo prima earum genera. Frumenta, ut triticum, hordeum: et legumina, ut faba, cicer. Differentia vero notior quam ut indicari deceat.

X. i. Frumenti ipsius totidem genera, per i. per tempora ² satu diuisa. Hiberna, quae circa k.

Ver-

i. debet. Dal. 2. satus. Ver.

imponantur, more ponticulorum: ut eiusdem constructio ripam sustineat, ne praecludatur humoris illapsus, atque exitus. Colum. l. c. H.

f. De frugum generibus) Theophr. c. I. et 4. L. VIII. hist. et c. 8. L. IV. Causs. Colum. c. 6. et 9. L. II. Dal.

g. Sunt autem duo) Ab hisce verbis ad eum locum Ex hordeo alterum caput, etc. exhibet omnia Theoph. Hist. VIII. I. 2. et quidem c. 1. Δύο δὲ γένη τὰ μέγιστα τυγχάνει τὰ μὲν γάρ σιτώδη, οἷον πυροὶ, νεῦθαι etc. Σίτος igitur frumentum est, du Blé. Πυρὸς triticum, du froment. Κειθὴ hordeum, de l'orge. H.

b. Legumina) Quibusdam Legaria, a legendō, quod vellantur manu, non subsecuntur falce: sic Graecis χειρόδροπαι, quasi χειρόδροπαι

Nicander: Χειροδρόποι δέ
ίνα Φῶτες ἀτερ δρεπάνοιο
λέγοντες Ὅσπεις χειρόπαι.
Scalig.

i. Per tempora satu diuisa) Vel satis: hoc est, sationis tempore inter se discreta ac diuisa Theophrasto: Ὥραι δὲ τῷ σπόρῳ τῶν πλείστων δύο. Satus vel sementis tempora vi plurimum duo notantur. H.

k. Circa Vergiliarum, etc.) Nouembri. Dal.

Vergiliarum occasum) De quo dicetur s. 59. de exortu, s. 66. Columellam et Virgilium sequitur. Is enim de R. R. II. 8. Placet nostro Poetae, inquit, adorem, atque etiam triticum, non ante seminare, quam occiderint Vergiliae: quod ipsum numeris sic edifferit. At si triticum in messem, robustaque farra, Exercebis humum, solisque instabis aristis: Ante tibi Eoae Atlantides abscondan-

giliarum occasum sata terra per hiemem nutriuntur, ut triticum, far, hordeum. Aestiu,¹ quae aestate ante I. Vergiliarum exortum seruntur, ut milium m., panicum, sesama, horminum, irio, Italiae dumtaxat ritu. Alioqui in Graecia n. et Asia omnia ² Vergiliarum occasu seruntur. Quaedam autem utroque tempore in Italia. Ex his o. quaedam et tertio, veris scilicet. Aliqui verna, milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant. ³ Sementiuq. autem,

1. quae ante aestatem Vergil. exortu. 2. a Vergil.
occas. V. 3. Sementica. V.

dantur. Absconduntur autem altero et trigesimo die post autumnale aequinoctium, quod fere conficitur nono Calendas Octobris: propter quod intelligi debet tritici satio diebus sex et quadraginta, ab occa-
su Vergiliarum, qui fit ante diem IX. Calendas Nouembris,
ad brumae tempora. H.

l. Ante Vergiliarum, etc.) Maio. Aliter haec sementis tempora Theophr. distinguit c. i. L. VIII. hist. Dal.

m. Milium) Virgil. Georg. I. Vere fabis satio est: tunc te quoque, Medica, putres Accipiunt sulci: et milio venit annua cura. Vide Senecam Epist. 87. Dal.

n. In Graecia) In Boeotia, ut dicetur s. 56. H.

o. Ex his quaedam) Ut milium, ita Virgilio, Georg. I. 216. Vere fabis satio... Et milio venit annua cura. H.

p. Alicam) Frumentum, e quo fit alica: nempe filiginem. Quidam legunt Arin-

cam, quidam Alicastrum ex Colum. c. 8. L. II. Dal.

Alicam appellant). Et genus esse tritici alica hic videtur, ut ait Galen. de alim. fac. cap. 6, p. 314. Tom. VI. τὰ γένες τῶν πυρῶν ἐξιν δόχειρος, etc. Nempe alicam Plinius, tum hoc loco, tum L. XXII. s. 61. pro ea fruge accipit, ex qua sorbitio seu puls eiusdem nominis concinnatur. Et a Catone pariter sic videtur accipi, c. 76. Placentam sic facito: Farinae filagineae libras II... farinae libras IV. et alicae primae libras II. Alicam in aquam infundito, etc. Et capite rursum 85. H.

q. Sementiu autem triticum, etc.) Sementiu dicuntur quae Graeci πεστόπορα vocant, quae satione hiberna seminantur; ut τὰ ὄψισπορα sunt, quae verno tempore seruntur. Salmas. pag. 733. a. Sementiu autem) Sementiu interpretor, quae primo

tem, triticum, hordeum, fabam, napum, rapam. Et in ritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedum causa sati, ut farrago r.: et in leguminibus, ut vicia. At commune quadrupedum hominumque usui, lupinum.

2. Legumina s. omnia singulas habent radices,
praeter

primo et potissimum sementis tempore, nempe circa Vergiliarum occasum, quod ἀρπαγή, id est sementem, ut ait Theophr. cap. I. histor. αὐτονομασιῶς Graecia vocauit, terrae mandantur. Dal.

Sementiu) Theoph. Hist. VIII. I. Περίσπορα μὲν ἐν ἑστι, πυρὸς, οὐρανοῦ . . . νύαμος, etc. Quae mature serioportet triticum, hordeum, faba, etc. Vnde intelligas, quae sementiu propriæ appellentur. H.

r. Ut farrago) Columellā c. II. L. II. Dal.

Ut farrago) Vulgo, du fourage, de la dragée, ut diximus superiore libro, l. 35. de ocymo. Festus: *Farrago* appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis. Colum. II. II. *Farraginem* in restibili stercoreatissimo loco . . . serere conuenit. Ea fit optima, quum cantherini bordei decem modiis iugerum obseritur, . . . Fregribus quum alia pabula defecerunt, ea bulus, ceterisque pecudibus optime defecta praebetur. Fit ex farre, hordeo, tritico, vicia, etc. Vide l. 41. H.

s. Legumina omnia singulas habent radices praeter fabam, easque surculosas, quia non in multa diuiduntur. Altissimas autem cicer) Locus ex L. VIII. c. 2. Theophrasti de historia plantarum tralatus, cuius haec sunt verba: *Legumina omnia singulas habent radices, easdemque lignosas, et ramulis praetenuibus modo capillamentorum fibras. Omnia ut ita dixerim altissimam cicer agit. Et mox paulo: Etenim legumina radice singulari subnixa, multos superne ramos, ex caulinibus gerunt, fabis tantum exceptis.* Ex quibus Theoph. verbis manifeste apparet Pliniana verba tum depravata esse, tum ordine non legitimo locata. Legendum igitur ad hunc modum videtur: Legumina omnia singulas habent radices, easque surculosas, quae in ramulos diuiduntur. Altissimos autem cicer praeter fabam. Ceterum verba hic aliquot desiderantur ad integratatem sententiae; aut certe haec multis ex caulinibus ramos gerunt, aut similia tum sequatur, praeter fabam, ita Plinius ad suum

praeter t. fabam, easque surculosas u.: ¹ quia non in multa x. diuiduntur: altissimas autem cicer. Frumenta y. multis radicantur ² fibris, sine ramis. Erumpit z. a primo satu hordeum die septimo: ³ legumina a. quarto, vel quum tardissime, septimo: faba b. a xv, ⁴ ad xx. legumina in Aegypto

ter-

- 1. quae etiamnum in multas. Theophrast. 2. Fibris,
ideoque sine ramis. Ex Theophr. 3. legumen.
4. aut. V.*

Theophrastum quam proxime accedet. *Pintian.*

Legumina omnia) Legumina omnia singulari nituntur radice, eamque radicem lignosam habent, quia non in multos superne ramos ea legumina diuiduntur, nec numero caule et ramulo se attollunt, praeter fabam. Frumenta vero e diuerso multis radicantur fibris, sed quae ramos minime mittant. Haec Plinii, haec Theophrasti mens, Hist. VIII. 4. Τὰ μὲν χέρδροπα ἔυλωδη, μονόρριζα, διὸ καὶ πολύκλιδα, καὶ πολύκαυκα, καὶ πολλάς αὐωθεν ἀπὸ τῶν καυλῶν ἀποφύσεις ἔχοντα, πλὴν κυάμες. Τὰ δὲ σιτηρὰ ἐναντίως, πολύρριζα, καὶ ἀπαράβλαστα. *H.*

t. Praeter fabam) Ea quum se aperit nascendi gratia, nascire dicitur Festo, quod nauis forma tum sit similis. *Dal.*

u. Surculosas) Lignosas.

x. In multa) In multos ramos. *H.*

y. Frumenta multis, etc.) Frumenta, inquit, Theophrastus, *praetenuibus ac multis radicibus nituntur*: ideoque *surculos non mittunt*: legumina vero et ὄροβοειδῆ, ramosa, *quia lignosa eorum radix Dal.*

z. Erumpit a primo satu) Theophrastus cap. I. L. VIII. histor. *Dal.*

Erumpit) Theophr. Hist. VIII: i. Vide et Varronem de R. R. I. 45. *H.*

a. Legumina quarto, vel quum tardissime septimo) Scribo, *vel quum tardissime quinto* ex Varrone L. I. capite 45. et Theophrasto L. VIII. capite i. *Pint.* Legit etiam quinto Fulu. Vrsin ad Varr. p. 52.

b. Faba a XV. ad XX.) Theophr. *Faba*, inquit, *quibusdam in locis die XV. alias etiam vicesimo*: *haec enim omnium difficillime prouenit*: *ac si frequens post sationem imber successerit, omnino dif-*

ficilis

tertio die. Ex hordeo c. alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quae et prior floret. Radicem d. crassior pars grani fundit, tenuior florem. Ceteris e. seminibus eadem pars, et radicem, et florem. f.

3. Frumenta g, hieme in herba sunt: verno h. tempore fastigantur in stipulam, quae sunt hiberni generis: at milium et panicum in culmum geniculatum et concavum, sesamia vero in ferulaeum. i. Omnium k. 3 satorum fructus, aut spi-

D 2 cis

z. herbam quae superior et tenuior grani pars, folium: quae crassior et inferior radicem fundit. Ex Theopb.

2. sic ex MSS. em. Hard. spicantur. Ch. fastigiantur
Gr. et Al. 3. satiuorum. Ch.

ficilis prouentu redditur: Κύανος δὲ ἐνιαχῇ καὶ πεντεδεκάταιος· ὅτε δὲ καὶ είναισθιος, etc. H.

c. Ex hordeo) Theophr. Hist. VIII. 2. H.

d. Radicem) Theophr l.c.H.

e. Ceteris seminibus eadem pars et radicem et florem) Scribendum reor, Ceterum leguminibus eadem pars, etc.

Theophrast. L. VIII. cap. 2. At faba ceteraque legumina non eodem modo mittere consueverunt, sed eadem ex parte radicem fundunt et caulem.

Pint.

f. Florem) Caulem et spicam. Festus Florifertum

dictum vult, quod flores, nimimum spicae, ferrentur ad sacrarium. Dal.

Et florem) Hoc est, vt dictum est proxime, in her-

bat exit, quae et prius floret, siue germinat. Theophr. l. c. et radicem, et caulem seu spicam dixit. Κύανος καὶ τὰ ἄλλα καὶ χεδρωπά, εἰς ὄμοιώς, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ τὴν γένεσιν καὶ τὸν καυλόν. Faba, ceteraque legumina non eodem modo emittunt: sed eadem ex parte radicem fundunt, et caulem. H.

g. Frumenta hieme) Theophrast. l. c. et c. 3. H.

h. Verno tempore fastigiantur) Scribo fastigantur, non fastigiantur, vt faepe admonui; sic enim semper in scriptis codicibus legitur, nec aliter a doctis enunciarur.

Pint.

i. In ferulaceum) Ut et Erysimum. Theophr. Dal.

k. Omnium satorum) Theophr. Hist. VIII. 3. H.

cis continetur, vt tritici, hordei: muniturque vallo aristarum¹ quadruplici: aut includitur siliquis, vt leguminum: aut vasculis, vt sesamae, ac papaueris. Milium,² et panicum tantum³ pro indiuiso⁴, et paruis auibus⁵ expositum est. Indefensa quippe membranis⁶ continentur. Panicum^{n.} a paniculis dictum, cacumine languide nuntante, paulatim extenuato culmo paene in surculum^{o.}, praedensis aceruatur granis, cum longissima pedali⁶ obba. p. Milii comae granum complexae

1. quadrifido. V. quadripedi. Alii Ver. 2. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. milium ac panicum.... 3. producta, diuisa, et paruis. V. 4. exposita sunt. Gr. et Al. 5. membrana, ὑμένι. Theophr. 6. obfa. M. cum longa pedali phoba. Turn. qui et lobæ legi posse credit. Vide Annal.

l. Pro indiuiso) Constant. legit, tantum pro indiuiso: exponitque, sine diuistione, in communione, communiter. Quo genere loquendi usus est Cato c. 127. Dal.

Pro indiuiso) Hoc est, ex aequo. Diximus de ea voce L. IX. 64. H.

m. Membranis) Membrana, ἐν ὑμένι. Theophr. c. 18. L. I. hist. Dal.

n. Panicum a paniculis dictum) Πάρινη, τρίχος, νόμη, Φόβη. Theop. παλαιωδῆς ἀπόφυσις. Inde Panicula. Scalig.

Panicum) Grani minutus genus, milii instar: nostris Panis. Ioh. de Ianua: Panicum, a panis deriuatur. . . quoddam genus annone, quod

in quibusdam locis eo homines sustentantur vice panis: unde dicitur panicum, quasi panis vicium, quod vice panis fungatur, secundum quosdam. Gothorum rex Vitiges de horreis Ticinensibus et Dertonensibus panicum populo esurienti distrahi praecepit, auctore Cassiodoro Varr. XII. ep. 27. H.

o In surculum) In duritiem ligni. H.

p. Obba) Legendum hic et omnibus locis aliis, phoba. Est autem Φόβη, ut ait Theophrastus cap. 3. L. VIII. histor. εὐ τοῖς ιεγχρώδεσιν ἀπόφυσις παλαιωδῆς, coma, siue iubatus culmus. Ac quemadmodum χέδροπα omnia ferunt λόβον, id est sili-

plexae ¹ fimbriato ^{q.} capillo curuantur. ² Sunt et panico genera: ³ Mammosa ^{r.}, e pano paruis racemata paniculis: et cacumine gemino. Quin et colore ⁴ distinguitur; candido, nigro, rufo, etiam purpureo. Panis multifarie et e milio ^{s.} fit, e panico ^{t.} rarus. Sed nullum ^{t.} frumentum ponderosius est, aut quod coquendo magis crescat: ^{LX.} ⁶ ponendo ^{u.} panis e modio ^{v.} reducunt, modiumque pultis.

D 3

ex

- ^{1.} fibrato. ^{2.} Sunt et pan. mammosa genera e pano.
Turn. et Ch. ^{3.} sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch.
et Turn. Mammosum est pano. V. mammoſo .. race-
mato .. distinguuntur ... LX enim pondo Gr. et Al.
^{4.} distinguuntur. Gr. ^{5.} rarius. Gr. et Al. ^{6.}
Sic et M. ^{7.} redeunt, modiusque pultis. Alii.

filiquam, sic omnia miliacei generis τὴν Φόβην, id est, iubam. *Dal.*

Pedali obba) In MSS. *obfa*. Libentius multo agnouerim, litteris permutatis, *foba*, vel potius *phoba*. Est enim Φόβη Theoph. Hist. VIII. 3. arundinacea coma frugum omnium, quae ad milli similitudinem accedunt: τὰ μὲν ἔχει σάχυν· τὰ δὲ χεδοπὰ, λοβόν τὰ δὲ πεγχεώδη, Φόβην. Ή γὰρ παλαιώδης ἀπόΦυσις, Φόβη. Hanc Latine panum Plinius ipse plane modo vocat. *H.*

q. Fimbriato capillo) Instar crinum fimbriarumque, solutae videri possint. *H.*

r. Mammosa) Mammesum panici genus est, inquit, cui panus inest racemosus, exiguisque constans panicu-

lis. Panicum est illud satiuum Dalecampii in hist. plant. p. 16. et idem vulgare Clusii p. 215. *H.*

s. E e milio fit) Milii nunc in pulte vsus, qualis olim auctore Festo, quum puls miliacea ex melle, forma appellaretur: cum lacte non fastidienda, inquit Colum. II. 9. In panificio raro. Sed is olim vsus, teste etiam Columella II. 9. p. 56. *Panis*, inquit, e milio fit, qui antequam refrigerescat, sine fastidio potest absumi. *H.*

t. Sed nullum frumentum ponderosius) Nam Plinius milium quoque frumenti genus facit, ut ex quo tum panem rustica plebs conficeret, quum hodie in pulte sit eius vsus, in panificio raro. *Gelen.*

*u. LX. enim pondo panis
e me-*

ex tribus sextariis madidis. Milium *x.* intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, praegrandibus culmis: ¹ lobas *y.* vocant: omnium frugum fertilissimum. Ex uno grano terni *z.* sextarii gignuntur. Seri debet in humidis.

4. Frumenta *a.* quaedam ² in tertio genu spicam incipiunt concipere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo ³ octona. Sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicae: qui *b.* vt spem sui fecit, quatuor aut

i. phobas. Scalig. ex Theopb.

conf. Cb. in genu tertio M. in tertio geniculo Gr. et Al.

2. sic ex MSS. em. Hard.

3. octona: et non ante. V.

e medio ! reducunt) Scriben-
dum reor non reducunt, sed reddit, vt infra hoc capite:
quod fere quaternis libris plus
reddit panis quam aliud far.
Pint.

x. Milium, etc.) praegran-
dibus culnis iubas vocat. sic
legend. Antea praecessit
de Panico, vbi lege: *cum*
longissima pedali offa. nihil
aliud est panis quam longa
offa. Hesych. τολύπα. Vi-
de Salmas. p. 127. a, b.

Milium intra hos) De mi-
lio Indico eximiae magnitudinis,
culmique arundinei,
vide Philostr. de vita Apol-
lonii III. 2. p. 112. Hoc Sur-
gum vocari apud populares
suos auctor est Scaliger Exer-

citt. 292. p. 869. Quidam
malunt esse, le blé d'Inde. H.

y. Lobas vocant) Ita MSS.
omnes. Recius tamen pho-
bas dixeris, ex laudato pro-
xime Theophrasti loco, qui
leguminibus, χεδροποιοις λο-
βοι, miliaceis Φόβην assig-
nat. H.

z. Terni sextarii) Id est,
sex librae. Dal.

a. Frumenta quaedam) Ha-
bet haec et Theophr. Hist.
VIII. 2. Colum. II. 12. p.
67. Genua porro siue ge-
nicula, sunt veluti nodi et
articuli, quibus herbacei
caules et stipulae distinguen-
tur. H.

b. Qui vt spem sui fecit)
Scribo quae, non qui, vt re-
ferat

aut quinque tardissime diebus florere incipiunt:
totidemque *c.* aut paulo pluribus deflorescunt. Hordeum vero cum tardissime septem. Varro *e.* quater nouenis diebus fruges absolui *f.* tradit, et mensa nono meti.

5. Fabae *g.* in folia exeunt, ac deinde 3 caulem emittunt, 4 nullis *h.* distinctum internodiis. Reli-

D 4

qua

i. totidem florescunt, qui ad summum expendunt, septimo aiunt deflorescere. Theophr. 2. quadragenis quinis. Vrsin. ad Varr. p. 45. 3. caules. Cb. 4. multis. Dal:

ferat spicam. Theophrastus L. VIII. cap. 2 *Mox folliculo absoluta quarto aut quinto die florere ram triticum quam bordei incipit.* Pint.

Qui ut spem) Qui concepimus scilicet, seu spicae partus. Theophr. l. c. H.

c. Totidemque) Post dies totidem elapsos. Theophr. l. c. H.

d. Hordeum vero, etc.) De tritico et hordeo id Theophr. Dal.

Hordeum vero) Theophr. πυρὸν οὐδὲ οὐρὴν, triticum, hordeumque. H.

e. Varro quater nouenis diebus fruges absolui tradit) Scribo quinque nouenis diebus, hoc est 45. dieb. Varro L. I c. 33 *Quarto intercalo inter solstitium et caniculam plerique messem faciunt, quo frumentum dicitur xv. diebus esse in vaginis, xv. florere, xv. exarcescere; vel legge,*

Varro ter quindenis diebus, etc. Pint.

Varro) In libris desperditis. H.

f. Absolui tradit) Ex quo florere ceperunt. Dal.

g. Fabae in folia exēunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis) Videtur superuacaneum esse verbum nullis. Nam Theophrastus L. VIII. cap. 3. contradicit his verbis: Item caulis aliis geniculatus atque inanis, ut fabae. Pint.

b. Nullis distinctum internodiis) Si exortum ramulorum species, ea tantum parte, qua prodeunt, geniculum reuera conspicitur, id quod ait Theophrastus: si vero nodum vocamus articulum, qui omni ex parte caulem ambit, et internodia separat, in fabae caule nullus est. Itaque quamvis geniculatus sit, nullis tamen internodis

qua *i.* legumina surculosa sunt. Ex his *k.* ramosa, cicer, eruum, lens. Quorumdam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut piforum. Quod si non habuere, deteriora sunt. Leguminum *l.* ¹ vnicaulis faba sola, unus et lupinis: ceteris ramosus *m.* praetenui surculo: omnibus vero fistulosus. ² Folium quaedam ab radice mittunt, quaedam a cacumine. Frumentum *n.*

vero

i. recticaulis. Theophrast: *2. Fol. et radicem quaedam* mittunt ab eadem parte. Alii et Theophr. mox, *quaedam a cacumine folium mittunt, etc.* Alii vero, *folium a graui cacumine triticum.*

diis distinguitur. Quidam legunt, multis distinctum. Dal.

Nullis distinctum) Nullis certe geniculis interseptum, glabrum, inanemque caulem fabae cernimus, et si Theophr. Hist. VIII. 2. γονατώδη καυλὸν κωάμενον vocat. H.

i. Reliqua . . . surculosa sunt) Hoc est, plures e sua radie caules emittunt: τὰ μὲν χειδροπὰ πολύναυλα. Theophr. l. c. H.

k. Ex his ramosa) Πολύκλαδα, quorum caulis in plures se fundit ramulos. H.

l. Leguminum etc.) Quum sit non exigua differentia inter ramosum et surculosum; (vt monstrant verba, quae statim ante praecessunt: dixit enim, *Reliqua legumina surculosa sunt.* Ex his ramosa cicer, eruum, lens) qua ratione consistet haec

sententia? Ceteris ramosus praetenui surculo. videntur enim verba inter se pugnare. Nimirum inuerti debent, vt arbitror, distinctiones, legendumque, unus et lupinis praetenui surculo, ceteris ramosus. Pint. Theophrast. c. 2. L. VIII. hist. Dal.

Leguminum vnicaulis) De faba Graeca loquitur, seu Latina: ei enim quam nos fabam vulgo dicimus, caulem non unum ex singulare radice erumpere, vt unicum lupino, experientia monstrat. H.

m. Ramosus) Ceteris, inquit, caulis in ramos spargitur, ligno praetenui, sed eodem instar fistulae concavo. H.

n. Frumentum et hordeum, etc.) Frumentum et hordeum enascitur, ternaque prodit, (ἀναφύσται) vno folio: pisum, faba, cicer, multis.

Theophr.

¹ vero, et hordeum, ² viciaque o. et quidquid in stipula est, in cacumine vnum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, ceteris laevia. Multiplicia contra fabae, ciceri, piso. Frumentis p. folium ³ arundinaceum, fabae rotundum, et magnae leguminum parti. Longiora eruiliae q., et ⁴ piso. Faseolis r. venosa, sesamae s., et irioni ⁵ sanguinea. Cadunt folia lupino tantum, et papaueri. Legumina t. diutius florent, ⁶ et ex his eruum ac

D 5 cicer:

- 1. et bordeum. Vtrumque vero et quic. frumentum, et bordeum vtrumque. Gr. 2. viciaque. M. 3. arundineum. Ch. 4. lathyro. Theophr. circerculae. Gaz. 5. erysino. Dal. 6. et magis er. Theophrast.

Theopb. Mirum, auctorem de radice frumentaceorum et leguminum nihil prodere. Quod autem ait, *hordeum vtrumque*, intellige distichon et polystichon: vel nudum, quod γυμνόνειθον vocant, et gluma sua vestitum. Dal.

o. *Viciaque*) Vide N. et Em. N. VI. (hic coll.) *Frumentum*) Prius legebatur: *Frumentum et bordeum vtrumque*: vbi se torquet mirum in modum Dalecampius, ut quodnam sit hordeum vtrumque, explanet. Nos sinceram hanc lectionem ope Cod. Colb. 3. et Par. repraesentamus. H.

p. *Frumentis*) Theophr. Hist. VIII. 3. H.

q. *Eruiliae*) Eruilia Graecis ὥχρος est, pisum minus est. nostris, des Pois. De

maiore piso Dodonaeus, p. 511. de minore, p. 512. H. r. Faseolis) In MSS. rectius phasolis. De his egimus L. XVI. 92. H.

s. *Sesamae et ironis sanguinea*) Nusquam, quod sciamp Theophr. horum folia rubere, sed pinguis esse et amara scripsit. Ironis quidem est sanguineus caulis, sed non folium. Dal.

Seſamae) MSS. vbique Sesimae: Graeci tamen σήσαμον vocant, nempe vt Massiliam Latini dixerunt, et Μιθριδάτην, quem nos Mithridatatem. Gallis, de la Iugeoline. Accurate pingitur a Dodonaeo l. c. c. 2. p. 522. H.

t. *Legumina diutius florent*) Idem c. 2. L. VIII. hist. Dal.

cicer: sed diutissime faba xl. diebus. Non autem singuli u. scapi tamdiu, quoniam alio desinente alias incipit: nec tota seges, sicut frumenti, pariter. Siliquantur x. vero omnia diuersis diebus, et ab initia primum parte, paulatim flore subeunte.

6. Frumenta y. quum defloruere, crassescunt, maturanturque cum plurimum diebus ¹ quadraginta; item faba: paucissimis cicer. Id enim z. a femente diebus xl. perficitur. Milium a., et panicum, et sesama, et omnia aestiua, xl. diebus maturantur ² a flore, magna terrae caelique differentia. In Aegypto enim hordeum sexto a satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade b., ³ hordeum. In Peloponneso octauo, et frumenta etiamnum tardius. Grana c. in stipula crini-
to

^{z.} quadr. perficiantur. M. ^{2.} a flore. Magna. M.

^{3.} VII. hordeum. Ch.

Legumina diutius) Theophr. Hist. VIII. 2. H.

u. Non autem singuli) Th. Hist. VIII. 2. H.

x. Siliquantur) Siliquas faciunt, Theoph. I. c. Neque ut frumenti, sic et fabarum scapi singuli, aut seges integra simul floret, sed particulatim. H.

y. Frumenta, etc) Pleraque omnia haec quae sequuntur, ex Theophr. c. 3. et 4. L. VIII. histor. Dal.

Frumenta) Theophr. Hist. VIII. 3. Colum. II. 12. p. 67. Omne autem frumentum est hordeum, quidquid denique non duplice semine est, spicam a tertio ad quartum nodum

emittit: et quum totam edit, octo diebus deflorescit ac deinde granescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem deuenit. Rursus quae duplice semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus quadraginta florent, simulque grandescunt. H.

z. Id enim) Theophr. I. c. H.

a. Milium) Theophr. I. c. H.
b. In Hellade bordeum) Hoc est, septimo mense metitur. Theophr. Πυροὶ δὲ ἐν τῇ ἑβδόμῳ περὶ τὴν Ἑλλάδα, πειθώ. H.

c. Grana) Grana in stipulis spica continentur, quae sub-

to textu spicantur. In faba leguminibusque, alternis lateribus siliquantur. Fortiora d.¹ ad hie-
mes frumenta, legumina in cibo.

7. Tunicae e. frumento plures. Hordeum f.
maxime nudum, et ² arinca g., sed praecipue aue-
na. Calamus h. altior frumento, quam hordeo. Ari-
sta mordacior hordeo. In area exteruntur triti-
cum, et siligo, et hordeum. Sic et seruntur hh. pura,
qualiter ³ moluntur, quia tosta non sunt. E diuer-
fo

1. contra bi. fr. Ch. 2. alica. V. id est, zea, olyra.
Theophrast. 3. Sic ex MSS. em. Hard. et M. Turn.
moliuntur. Gr. et Al.

Subtiliter rexitur, definit-
que in crinem. In faba,
et leguminibus, modo dextro
latere modo laevo; sili-
qua semina continentur. H.

d. *Fortiora*) Theophr. l.c.
Validiora, inquit, *ἰσχυρότε-
ρα* contra hiemem, caelique
mutationes varias, frumen-
tacea sunt, τὰ σιτηρά. Le-
gumina vero in cibis valen-
tiora putantur, πρὸς δὲ τὴν
τροφὴν, τὰ χειροπά. Vi-
de Cels. II. 18. Ex legumi-
bus valentior *rappa*, *napique*,
et *omnes bulbi*, etc. Locum
consule. H.

e. Tunicae frumento plu-
res. Hordeum maxime nudum
et alica, sed praecipue avena)
Ex Theophrasto, unde hic
locus acceptus est, manife-
stum fit, praepostero ordine
legenda esse verba haec:
*Tunicae frumento plures et ali-
cae, sed praecipue avenae.*
Hordeum maxime nudum.

Theophrasti verba sunt L.
VIII. c. 4. *At haec triticum
runicis contegitur multis, or-
deum nudum consistit. Id enim
omnium maxime careret tegu-
mento. Tipha quoque et si-
ligo et omnia buiusmodi mul-
tiplici folliculo includuntur,
ac omnium, ut ita loquar,
maxime auenam natura ope-
ravit. Porro illud noscendum,
in Graecis Theophrasti
exemplaribus non auenam
scriptum esse, ut Theodo-
rus vertit, sed *crocum*. Pint.*

f. *Hordeum maxime, etc.)*
Praesertim *Gymnocrithon*.
Tipha, olyra (*Arincam pro-
vtraque vertit Plinius*) et
omnia id genus multis fol-
liculis leguntur (*πολυλόβα:*)
seu uno verbo inter reliqua
plurimis querna. Th. *Dal.*

g. *Et arinca*) Dicitur de ea,
f. 20. H.

b. *Seruntur pura*) Sine suis
folliculis. H.

so far, milium, panicum purgari, nisi tosta, non possunt. Itaque *i.* haec cum *k.* suis folliculis seruntur cruda. Et far in vaginulis suis seruant ad satus, atque non torrent.

XI. Leuissimum ex his hordeum, raro *l.* excedit xv. libras, et faba xxii. Ponderosius far, magisque etiamnum triticum. Far *m.* in Aegypto ex olyra conficitur. Tertium *n.* genus spicae hoc ibi est. Galliae *o.* quoque suum genus farris dedere: quod

b. Altior) Laeuior, densior, lentior, frangi contumacior.
Theophr. *Dal.*

i. Itaque haec) In primis far, siue adoreum, quod inficis humidisque locis seri Columella ait, L. II. 8. *quoniam folliculum, quo continetur, firmum et durabilem aduersus longioris temporis humorem habet.* H.

k. Cum suis folliculis, etc.) Inde Persio Satyr 5. *scabiosum far* vocatur. *Dal.*

l. Raro excedit) In singulos nimirum modis. H.

m. Far in, etc.) Cibus et triticea prisana: molitum et deglubitum granum, ad pulles et hominum cibum idoneum, qualis ex farris grano decorticato in Italia vulgo paratur, vocaturque *Farro*. *Dal.*

Far . ex olyra) Far cibus hoc loco est, non, ut acceptum est haec tenus, singulare aliquod frumenti genus. Far e frumento Pli-

nus mox agnoscit, hoc est, ex iis frumenti generibus quae commemoravit initio sect. sup. Far ex olyra nunc etiam in Aegypto. Far ex hordeo, Palladius, L. II. t. 29. de phasianis. Modum conficiendi farris docet Archigenes apud Aetium serm. 9. c. 45. p. 124. H.

n. Tertium genus) Praeter verum far et triticum. *Dal.*

Tertium genus) Post triticum, hordeumque. H.

o. Galliae quoque suum, etc.) Ex olyra, siue filagine, ut et Aegyptus. Ea vero Siligo Gallica, e qua Brance, siue Sandalum, crimni genus siebat, Arinca fortassis est, memorata c. 8. huius libri. Arincam autem olyram esse auctor scribit infra c. 25. L. XXII. Brancen Galliae rustici hodie *Blanche* vocant. Allobroges *Blancheen*. Sandalum quoque inter Italos, praesertim Etruscos, veteris appellationis vestigia retinet, *Scandella*. *Dal.*

quod illic ¹ bracem p. vocant, apud nos ² sandalum q., nitidissimi grani. ³ Et alia differentia est, quod fere quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. Populum Romanum farre tantum e frumento ccc. annis usum, Verrius r. tradit.

XII. i. Tritici genera plura, quae fecere gentes. Italico s. nullum equidem comparauerim can-

dore

i. bracum. Turn. et Ch. brance vocant, sandalum Gr. et Al. 2. scandalum. Turn. scandalam. M. scadlam. Ch. 3. Est et alia. Ch. 4. sic ex MSS. em. Hard. tradidit Gr. et Al.

p. Bracem vocant) Ita MSS. Colb. Th. Chiff. non vt editi brance. Le blé blanc de Dauphiné. Vide Nic. Chorier. Hist. Delph. l. p. 54. H.

q. Sandalam) Sic MSS. Colb. Th. aliquie Libri vulgati. Sandalum. Sandalium Charta Rogerii Regis Siciliae, a. 1137. apud Vghellum, T. VII. p. 564. H.

r. Verrius tradidit) Varro non Verrius vetus codex praefert. Pint.

s. Italico) Insignis propterea liberalitas Augustorum fuit, quum triticum plebi Romanae erogarent. Eiusmodi largitionis mentionem faciunt nummi duo in primis eximii, prae hac tenus intellecti. Prior est Pertinacis Augusti, alter Seueri Alexandri Caesaris. Prior est argenteus in Thesauro Regio, a Seguino delineat-

tus, p. 124. primae editionis IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG. capite laureato. Imperator. Caesar Publius Helvius Pertinax Augustus). Stat Dea Liberalitas, vt pingi solet in nummis inscriptis, LIBERALITAS AVG. cum tabella, quam dextra manu gerit, quaeque modicum tritici pretium indicaret: et cum cornucopiae, quod laeuo brachio tenet. Inscriptio LIBERATIS CIVIBVS. Eius haec inscriptio est. LIBERALITAS Augusti TRITICUM ITALICUM SAPPEDITANUS CIVIBVS. Alioquin titulus non conueniret cum argumento, siue pictura. Alterius nummi, qui est Seueri Alexandri, ingeniosior aliquanto inscriptio est, M. AVREL. ALEXANDER CAES. Caput nudum). Corona laurea, in qua, S.P.Q.R. Hanc tenet Aquila Romana.

In

dore ac pondere, quo maxime discernitur: montanis modo comparetur Italiae agris externum, in quo t. principatum tenuit Boeotia u., deinde Sicilia, mox x. Africa. Tertium pondus erat Thracio, Syrioque y., ¹ deinde et Aegyptio, athletarum z.

^{cum}

z. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. deinde Aegyptio. Gr.
et Alii.

In circuitu METROPOLIS. Hoc est, *Munificentissime Erogato Tritico Romanae Plebi; Omnia Liberalitatem Imperatorum Superauit, scilicet Caesar Alexander. Est. hic numimus, ut prior, argenteus, apud Oeconom p. 429. H.*

z. *In quo principatum, etc.) Theophrasto ex iis, quae in Graeciam conuehebantur, grauissimum Siculum fuit: eo tamen grauius Bœoticum, vel eō argumento, quod athletae quum vix in Boeotia tres semifextarios consumerent, Athenis plus quam quinque esitabant. c. 4. VIII. Histor. Dal.*

u. *Boeotia)* Consentit Theophr. de causs. IV. 10. p. 310. Τοι μὲν ἀλλα πυρεῖ δουεῖ τοι Αθήνας ηταπλέοντος, ὁ Σικελιός ισχυρότατος εἶναι· τοτε δέ έτι Βαρύτερος μᾶλλον ὁ Βοιώτιος, ὥσπερ ἐν ταῖς ισορίαις εἴρηται. H.

x. *Mox Africa) Libycum vocat Theophrastus, et in spica breui manere, cala-*

mumque tenuem emittere scribit. Idem auctor Thracium, Syrium, Alexandrinum memorat, nulla facta vel bonitatis mentione, vel ponderis. Dal.

y. *Syrioque) Defuit anno vno in Syria, quum agris Sidoniorum serendis triticum suppeditauit Antonius Seuerus Augustus: quamobrem percussere eius honoriumnum ex aere magno, qui est in Cimelio D. de Baze, hoc titulo: AETER-NVM BENEFICIVM SID-DAT. Hoc est, Sidonis datum. Implet nummi aream modius, e quo spicae emi-cant. Pars prior, cum Antonini Seueri capite, hos exhibit titulos: M. AVREL. ANTONIUS PINVS AVG-PBG MAX. Parthicus, Britanicus Germanicus Maximus. H.*

z. *Athletarum cum decreto) Ii quum Boeotici ternos semifextarios vix consument, Athenis facile quinos absuebant. Dal.*

Athletarum) Athletis ita censentibus, quorum edaci-tas

cum decreto, quorum capacitas iumentis similis, quem diximus ordinem fecerat. Graecia a. et Ponticum laudauit, quod in Italianam non peruenit. Ex omni eadem genere grani praetulit ⁱ dracontiam ^b, strangiam, et Selenusium, argumento crassissimi calami: ita pingui solo haec genera assignabat. Leuissimum et maxime inane, seu tenuissimi calami, in humidis seri iubebat, quoniam multo egeret alimento. Hae fuere sententiae Alexandro Magno regnante, quum clarissima fuit Graecia, atque in toto terrarum orbe potentissima: ita tamē, ut ante mortem eius annis fere c. cxlv. Sophocles Poëta in fabula Triptolemo d. frumentum Italicum ante cuncta laudauerit, ad verbum translata sententia;

Et

*a. cancbrydiam, stengyn, et Alexandreum. Theophrast.
dracontion, et istelepani, et selenusium. Ch.*

tas, seu voracitas potius, iumentorum similis, hunc quem modo diximus in pondere frumentorum ordinem fecit. Theophr. Hist. VIII. 4. In Boeotia, inquir, ternos semifextarios tritici absunt: Athenis Siculi, facile quinos. H.

a. Graecia et Ponricum laudauit.) Ponticum Theophrasto leuissimum est cap. 4. L. VIII. hist. et c. 10. L. IV. causs. Dal.

b. Dracontiam.) Pro his tritici generibus tergeminum Theophrastus affert, Hist. VIII. 4. Καγχρεδίαι, Στλεγγύν, Ἀλεξανδρεῖον. H.

c. Fere CXLV) Egit ergo Sophocles eam fabulam Olymp. LXXXVIII. anno quarto, aetatis suae vicesimo, si Suidae credimus. Obiit enim Alexander Olymp. CXX. anno primo Olympiadibus Pliniano calculo computatis, V. C. A. CCCXLII. H.

d. Triptolemo) In ea fabula Triptolemum Ceres edocet, quantum terrarum neceesse sit peragrari semi-nandis a se datis frugibus, Italianaque prae ceteris laudat. Vide Dion. Hal. A. R. l. p. 10. H

*Et fortunatam Italiam frumento ¹ canere candido.
Quae laus peculiaris hodieque Italico est. Quo
magis admiror, posteros Graecorum nullam men-
tionem huius fecisse frumenti.*

2. Nunc ex his generibus, quae ² Romam in-
uehuntur, leuissimum est Gallicum, atque e Chersoneso aduectum: quippe non excedunt in mo-
diūm vicenas libras, ³ si quis granum ipsum ponde-
ret. Adiicit Sardum selibras f., Alexandrinum et
trientes g.: hoc et Siculi h. pondus. Boeoticum
totam libram addit: Africum et dodrantes. i. In
Transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris
modios pendere: circa k. Clusium et ⁴ senas. ⁵ Lex
certe naturae, ut in l. quocumque genere pani mi-
litari

a. carere. Ch. 2. Romae. Ch. 3. silique granum
ipsum pondere. Turn. sicli pondere. V. 4. Senos.

Gr. 5. sic ex MSS. em. Hard. Lex naturae certe
est. M. Lex certa naturae Gr. et Al.

e. Quae Romam) MSS. 2. Romae. Ch. 3. silique granum
omnes, quae Romae. H.

f. Selibras) Dimidiam li-
bram. H.

g. Et trientes) Gallici, in-
quit, tritici pondus, non se-
libra tantum, sed praeterea
triente, hoc est, tertia li-
brae parte, ab Alexandri-
no Siculoque superatur. H.

b. Siculi pondus) Vide Bu-
dæum L. IV. de Asse. Dal.

i. Et dodrantes) Et praeterea
dodrantem, hoc est,
librae partes tres quartas.
H.

k. Circa Clusium) Hoc est,
circa Clusium farris modios
pendere non vicenas quinas
tanitum libras, sed et senas:

hoc est, vicenas senas. Dale-
campius perperam existimat
senas hoc loco Senensis esse
in Etruria oppidi nomen. De
farre Clusino, eiusque
parandi modo, vide Aetium
ferm. 9. c. 45. p. 325. Col-
lum. II. 6. Far, quod appellatur
Clusinum, candoris nitidi.
Martialis, in Xeniis, L.
XIII. ep. 8. Far: Imbue ple-
beias Clusinis pulibus ollas,
etc. H.

l. Ut in quocumque) Ut
cuiuscumque frumenti mo-
dius in panem subactus mi-
litarem, siue castrensem,
(le pain de munition) triente
toto, seu tertia parte pon-
derosior sit, quam granum
ipsum

litari tertia portio ad grani *m.* pondus accedat: sicut optimum frumentum esse, quod *n.* in ¹ subactū congium aquae capiat. Quibusdam generibus per se pondus, sicut Balearico: ² modio panis pondo ³ xxxv reddit: ⁴ Quibusdam *o.* binis mixtis, ut Cyprio et Alexandrino, ^{xx.} *p.* prope libras non excedentibus. Cyprium fuscum est, panemque nigrum facit: itaque miscetur Alexandrinum candidum, redduntque xxv. pondo. Thebaicum *q.* ⁵ libras adiicit. Marina aqua subigi, quod plerique maritimis in locis faciunt, occasione r. lucrandi ⁶ inutilissimum. Non alia de causa opportu-
niora morbis corpora existunt. ⁷ Galliae *s.* et Hi-

spa.

- z.* *Subactū cong.* *Ch.* *- 2.* *Sic ex MSS. em. Hard. modo tritici pan.* *Gr.* *quod modio.* *Ves.* *3.* *Sic et Ch. XXX. Gr. et Al.* *4.* *Sic ex MSS. em. Hard. Quibus binis mixtis.* *Dal.* *sub. pondus est. quibusdam in binis.* *Gr. et Al.* *5.* *libram.* *Ch.* *6.* *vilissimum.* *V.* *et Ch.* *7.* *Gallia et Hispania.* *M.*

ipsum, prius quam molatur,
et subigatur in panem. *H.*

m. *Ad grani pondus accedat)* Aqua cum sale et fermento permixta. *Dal.*

n. *Quod in subactū)* Dum subigitur in panificio. *H.*

o. *Quibusdam binis)* Subintellige, pondus est. *H.*

p. XX. *prope libras)* Antequam in panem subigantur. *H.*

q. *Thebaicum libras)* Siue granum ipsum per se alteri e duobus istis misceatur, Cyprio vel Alexandrino: siue cum altero subigatur, libram ad pondus adiicit.

Thebaicum porro ex Aegypto intellige. *H.*

r. *Occasione lucrandi vilissimum)* Sic alii legunt. Ego vero legendum puto, non vilissimum, sed inutilissimum. Nam et codex antiquus *utilissimum* habet: cui dictioni si adiungas praepositionem *in*, quae paulo ante praecedit, parum ibi necessariam, locus erit recte castigatus. Confirmat hanc correctionem Plinius ipse I. XXIII. cap. I. his verbis: *In primis igitur vinum mari- na aqua factum inutile est stomacho, neruis, vesicae.* Pint.

s. *Galliae et Hispaniae)* Zy-

E thum

spaniae frumento *t.* in potum resoluto, quibus *u.* diximus generibus, spuma ita concreta pro fermento utuntur. Qua de causa leuior illis, quam ceteris, panis *i.* est.

3. Differentia est et calami. Crassior quippe melioris est generis. Plurimis *x.* tunicis Thracium triticum vestitur, ob nimia frigora illi plagae exquisitum. Eadem causa *z.* et trimestre *y.* inuenit, detinentibus terras niuibus, quod tertio fere a saturniensi et in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, et hiemalibus prouinciis nullum hoc frumento laetius. Vnicalatum *z.* praeterea, nec *vsquam*

i. est. in M. d. et Cb. *2. sic ex MSS. em. Hard.*
conf. Dal. et trimestria Gr. et Al.

thum et Curmi intelligit.
Dal.

z. Frumento in potum) Quum e madida fruge parant sibi potus, Zythum scilicet, Gallis Biere, Hispanis Cerueza. *H.*

u. Quibus diximus) Tritico nempe Balearico, in Hispaniis; in Galliis, farris genere, quod bracem vocabant, vt dictum est, tum ista sectione, tum superiorē. H.

x. Plurimis tunicis) Theophr. Hist. VIII. 4. ὁ Θεόφραστος πολυπλάκωμος. H.

y. Trimestria inuenit) Trimestria multa, et ubique leuia, parum fecunda, quam exoriuntur vnicalamā, et prorsus infirma Theophr. Dal.

Et trimestre) Tritici genus, quod intra tres men-

ses, maturescit: bimestre, quod intra binos. De his Theophr. I. c. Καὶ τὸ τῶν τριμήνων καὶ τὸ τῶν διμήνων, καὶ εἰ τι γένος ἐνέλαττόσιν ἡμέραις τελειώτα. Trimestre, siliginis genus esse docet Colum. II. 6. de generibus seminum. *H.*

*z. Vnicalatum praeterea, nec vsquam capax) Addendum puto verbum ponderis, diligentia librarii, ni fallor, omissum, vt sit, nec *vsquam capax ponderis*, ex Theophrasto L. VIII. c. 4. his verbis: Tria vero permulta et ubique habentur. Leuia haec et parum fecunda et vnicalamā sunt, atque in totum infirma. Pint.*

Vnicalatum) Vnicum e radice calatum trimestre id triticum emittit: nec potest

¹ vsquam capax: seriturque non nisi tenui terra. Est et a. bimestre ² circa Thraciae Aenum, quod quadragesimo die, quam satum est, maturescit: mirumque, nulli frumento plus esse ponderis, et furfuribus carere. Vtitur eo et Sicilia, et Achaia, ³ montuosis vtraque partibus. Euboea quoque circa Carystum. In tantum fallitur Columella b., qui

E 2 ne

1. *vsquam non capax.* Dal. 2. *sic ex MSS. em. Hard.*
conf. Turn. in Euboea. Th. circa Thraciae fenum. Ch.
et in emend. finem. circa Thracium sinum. G. et Al.
3. *montosis Gr.*

est ferre plures. Theoph. l. c.
Τείμνοντες πολλοὶ . . . μονονήλαμοι, πατὰ τὴν ἔνθυσιν, καὶ τὸ σλονάσθεντεῖς. H.

a. *Est et bimestre circa Thracium sinum)* In scripto exemplari, non *Thracium sinum* sed *Thraciae fenum* habetur, ut scribendum putem *Thraciae Aenum*. Aenus enim celebris est vrbis Thraciae. Porro Theophrastus, vnde Plinius haec hausit, non in Aeno, sed in Euboea, nasci hoc genus tritici, quod XL. die quam satum, maturescat. Eius verba sunt L. VIII. cap. 4. *Quibus et trimestriū genus annumerari par est, et bimestriū, et si quid intra pauciores dies valeat consummari: et in Euboea genus quoddam intra quadraginta dies crassari perficique posse affirmant: idemque firmum esse ac ponderosum, nec modo trimestris leue, quam ob rem*

*familis id praeberi inquiunt, enim nec multum in hoc furfures esse volunt, Quibus ex verbis liquet deesse in Plinio coniunctionem et, est et bimestre et circa Thraciae Aenon, quod quadragesimo die quam satum est, maturescit. Expendendum igitur, an in Theophr. tam Graeco quam Latino scribendum sit non *Euboea* sed *Aeno*, ut Plinius et Theophrastus consentiant. Dal.*

Est et bimestre) Theophr. l. c. etsi de Aeno Thraciae silet: in Euboea solum reperiri illud affirmat, et in Sicilia, Achaiaque. H.

b. *Columella) Cap. 9. L. II. Dalec.*

Columella) Ita etiam in legitur apud Columellam II. 9. p. 53. Neque enim est nullum, sicuti multi crediderunt, natura trimestre: quippe idem iactum autumno melius responderet. Non negat is

ne¹ trimestris quidem proprium genus existimatuerit esse, quum sit antiquissimum. c. Graeci d.² setanion vocant. Tradunt e. in Bactris grana tantae magnitudinis fieri, ut singula f.³ spicas nostras aequent.

XIII. Primum ex omnibus frumentis seritur hordeum. Dabimus et dies 4 serendo cuique generi, natura singulorum exposita. Hordeum g. Indis satium et silvestre, ex quo h. panis apud eos prae-

i. trimestri. Ch. 2. sic et M. et Ch. sicanion Turn.

trimenon. Gr. et Al. 3. oliuae nucleos. Theophr.

4. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. serendi. Gr. et Al.

is peculiare tritici genus dictum ab antiquis esse trimestre; sed ab eo quod autumno seritur, quodque melius ita prouenit, differre negat. Et c. 6. triticum trimestre, et trimestre alienarium agnoscit. H.

c. Antiquissimum) Theoph. c. 4. L. VIII. Hist. Dal.

d. Trimenon vocant) Hippocrates σητάνειον, quasi τητάνειον, τητας enim, ἐν τῷδε τῷ ἔτει ἐσπαγμέον, quod hoc ipso anno, id est vere satum est. Dal.

Graeci setanion) Ita MSS. non trimenon, ut editi. Σητάνιος πυρὸς, siue σητάνειος, triticum quod hoc anno, id est, vere ineunte satum est. Vide Rob. Constantin. in Lexico. H.

e. Tradunt in Bactris) Theophr. l.c. nucleis oliuae singula

Bactrici frumenti grana aequiparat. H.

f. Ut singula spicas nostras aequent) Scribendum reor, ut singula oliuae nucleos aequent; ex Theophrasto L. VIII. c. 4. Nam et Asiae, inquir, ultra Bactra quodam in loco adeo grande frumentum fieri tradunt, ut nucleos oliuae suae aequiparent magnitudine grana singula. Pint.

g. Hordeum Indis satium) Theophr. c. 5. L. IV. Causs. Strabo L. XV. hordeum id silvestre Bosmoron vocat. Dal.

h. Ex quo panis) Vide N. et Em. N. VII. (hic coll.) Ex quo etc.) Prius legebatur, panis apud eos praecipuus Italica maxime quidem etc. Atque ita sane codices exarati omnes prae se ferunt, sed reiecta interpunctionis nota

praecipius, et ¹ alica. *i.* Maxime ^{k.} quidem oryza gaudent, ex qua ^{l.} ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzae *m.* ² folia carnosa, porro similia, sed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix ³ gemmeae rotunditatis.

E 3 XIV.

1. Oryza quidem maxime ut Itali gaudent, ex qua, etc. gaudent, sub. Indi. *Dal.* In vulg. vero lectione, Italici, *Ver.* et *Cb.* Italia max. quid. ory. gaudet. *Alii Ver.* Panis apud eos praecipius. *Italica* maxime oryza. *Gr.* et *Al.* *2.* sic ex MSS. em. *Hard.* conf. *M.* oryzae quidem folia *Gr.* et *Al.* *3.* geminae. *Cb.* fortassis genuinae.

ta, post vocem *Italica*. *Dalecampius* scribendum ita coniiciebat: *Oryza* quidem maxime ut Itali gaudent. Alii aliter, *Salmasius*, nihil. Facilis tamen emendatio, vel litterulae vnius immutatione, ut patet. Auctor emendandi *Theophr.* *Hist.* IV. 5. *Est*, inquit, *et hordeum, et triticum*: *et genus quoddam aliud bordei silvestris, ex quo panis praecipuae suavitatis, et alica per bona.* Κειθαὶ δὲ, καὶ πυροὶ, καὶ ἀλλοτι γένος ἀγρίων ορειθῶν, ἐξ ὧν καὶ αἴτοι ἡδεῖς, καὶ χόνδρος παλός. Peculiaria Indiae semina ibi *Graecus* scriptor persequitur. Mox subiicit, paucis admodum interiectis: μᾶλλον δὲ σπείρσαι τὸ παλέμενον ὄρυζον, ἐξ ἧς τὸ ἔψημα. τὸ το δὲ ὄμοιον τῇ ζειρᾷ, καὶ περιπτισθέν, οἷον χόνδρος. Maxime quidem

oryzam serunt, similem zea: tamquam alica pinsitur, etc. Ex oryza et oleum facere Indos dictum est *L. XV.* 7. H.

i. Et alica) Hoc est, ptisana ex hordeo Indico, ut ipse loquitur *L. XXII.* 66. H.

k. Maxime quidem) *Theophr.* *Hist.* IV. 8. H.

l. Ex qua ptisanam, etc.) Ptisana oryzae ea est, quae in omnibus venalis prostata, et *Ris* dicitur. *Dal.*

Ex qua ptisanam) Ptisana multis genus est, quod ex farina sit hordeacea, aliisque frugibus. Hanc quae ex oryza conficitur, nostri ipsius oryzae nomine, *du Ris* vocant: quae ex hordeo, *Orge mondé*. H.

m. Oryzae) Depictam vide apud *Dodonaeum*, p. 500. H.

XIV. Antiquissimum *n.* in cibis hordeum *o.*, sicut Atheniensium *p.* ritu Menandro auctore apparet: et gladiatorum *q.* cognomine, qui hordea-

rii

n. Antiquissimum) Vide Dion. Halic. A. R. II. p. 95. H.

o. Hordeum) Κέρανθη ἀπὸ τῆς διαιρεθῆναι vocatum, quod eo reperto, et in usum recepto, glandibus spretis, a brutis homines distincti sint. Hordeum siccatum, frumentum, mola fractum, Graeci ναυγχεύν et ναυγχεύδιον vocant. Rhodig. cap. I. L.

II. *Dal.*

p. Atheniensium) Quoniam in Eleusinio certamine præmium victori hordeum fuit, uti testatur Pindari Scholastes, Olymp. Ode 9. p. 93. "Αγεταῖ δὲ αὐτόθι (de Eleusine loquitur) ἀγῶν Κόρης καὶ Δημήτερος, ὃς παλείται Ελευσίνια. Σέπαθλον πριθαῖ." Hoc ipsum scribunt Aristides, Suidas, et auctor Etymologicj. H.

q. Gladiatorum cognomine) Athletarum, histriorum, comoedorum nomine continentur gladiatores arenarii, mirmillones, secutores, retiarii, pugiles, pancratiaстae, xystici, thymelici, pantomimi, palaestritae. Alex. ab Alexandro cap. 9. III. Varro Samnites recenset inter gladiatores, qui cum scutis et pinnata galea pugnabant,

sic nimirum dictos, ut censent Liuius et Athenaeus, quod a Samnitibus didicerint τὴν τῆς θυρεᾶς χρῆσιν. Nusquam porro legitur Athenis, ubi Menander vixit, atque adeo nec in Peloponneso tota, nec in Hellade gladiatorum spectacula edita fuisse: quamobrem legendum hic quidam divinant, et pistorum cognomine. Galienus libris πατὰ γένη scripsit quidem Pergami, quae fuit eius patria, gladiatores a Pontificibus exhibitos, qui percussi vulneratique fuisse, traditos sibi, ut curaret: sed id longe a Menandri saeculo. Cliffletius legendum putat Caligatorum, id est, gregariorum militum, quod illis, si quid peccassent, ignominiae caussa, pro tritico daretur hordeum. Festo hordearium aei, quod equiti Romano dabatur, pro hordeo, subaudi emendo, quo equum aleret. Fuerunt et gladiatores Equites Galeno tertio πατὰ γένη, ἵππεῖς, Lipsio in Saturnalibus Andabatae. Illis etiam ex publico dabatur hordeum, quo nutritum equum, unde fortassis dicti sunt hordearii, quamuis Plinius de homi-

num

rii vocabantur. Polentam r. quoque Graeci non aliunde praefuerunt. Pluribns s. fit haec modis. Graeci persum aqua hordeum siccant nocte vna, ac postero die frigunt, deinde t. molis frangunt. Sunt qui vehementius tostum rursus exigua aqua

E 4

asper-

e, dein. M.

num cibatu videatur magis loqui quam iumentorum. Ea tamen pétulanti voce de dominis dictum est, quod èquis conueniebat. Qui si legas, et equitum cognomine, quibordearii vocabantur. Fuerunt enim Romae Equites gladiatoriibus antiquiores, et statim ab initiis conditae Romae Troffuli. Dal. v. Reines. varr. lect. L. II. c. 7. p. 170.

Et gladiatorum) Et praeterea, inquit, id ex quodam gladiatoriū genere intelligitur, qui hordearii appellantur, quod vetustiore aeuo eo cibi genere uterentur. Milites etiam qui parum in armorum prolusione proficerant, inquit Vegetius L. XIII. p. 14 pro frumento bordeum cogebantur accipere: nec ante eis in tritico reddebatur annona, quam sub praesentia tribunorum experimentis datis ostendissent se omnia, quae erant in militari arte, complesse. H.

r. Polentam) Τὰ ἀλφίτα, alii τὴν μάζαν. Dal.

Polentam) Polentam Grae-

ci ἀλφίτα vocant, torrefacti hordei farinam. In Gallia vocant, *du Gruau*. Spissandis carnium iuribus venalis circumfertur: cepique et ex auena retorrida fieri, et eadem nominis ambage proferri. H.

s. Pluribus fit haec modis) Curiosam illam hordei praeparandi rationem ex Pherecrate recitat Eustathius his verbis: τὰς νερθὰς δεῖ πτίσσειν, tundere, pinsere: Φεύγειν, torrere: ἀποβράττειν, in cerniculo cribrare, aut corbe: ἀνένειν, aqua rursum aspergere: ἀλέσαι, molere, μάξαι, manu subigere: παρεχθῆναι, edendam apponere. Vide infra c. 25. L. XXII. Dal.

t. Deinde molis) Veteres hordeum, similesque fruges prius torrebant, deinde molebant. Vnde Virgilius Aen. I. 183. *Et torrere parant flammis, et frangere saxo.* Nec ullum ibi υἱερὸν πρότερον, vt sibi vulgus interpretum fingit. Vide quae dicenda sunt s. 23. H.

aspergant, ¹ et siccent prius, quam molant. Alii vero virentibus *u.* spicis decussum hordeum recens purgant *x.*, madidumque in pila tundunt, atque in coribibus ² eluunt, ac siccatum sole rursus tundunt, et purgatum molunt. Quocumque autem genere ³ praeparato, vicenis hordei libris, ternas seminis lini, et coriandri ⁴ selibrat, salisque acetabulo *y.*, torrentes ante omnia miscent in mola. Qui diutius volunt seruare, cum polline ac furfuribus suis condunt nouis fictilibus. Italia sine perfusione tostum in subtilem ⁶ farinam molit, iisdem additis, atque etiam milio. Panem ex hordeo antiquis usitatum vita damnauit, ⁷ quadrupedumque *z.* ⁸ fere cibus est.

XV. Ptisanae *a.* inde usus validissimus saluberimus.

- 1.* Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. siccentque Gr. et Al.
- 2.* diuidunt. M. *3.* praeparata. Vet. sub. polenta.
- 4.* sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. selibras Gr. et Al.
- 5.* acetabulum, torrentes ante, omnia, etc. Vet. *6.* sic ex MSS. em. Hard. cons. Vet. Turn. et Ch. formam Gr. et Al. *7.* sic ex MSS. em. Hard. quadrupedumque fere cibus est. Cum ptis. etc. probetur. Ch. quadrupedumque tradidit refectionibus. Ptisanae. Gr. et Al. *8.* trad.

u. Virentibus, etc.) Nam ita melior polenta sit, ut inimo hoc capite. Dalecamp.

x. Purgant.) A puluere, lapillis, et id genus reliquis sordibus. Dal.

y. Acetabulo) De hoc mensurae genere dicetur, L. XXI. f. 109. H.

z. Quadrupedumque) Equorum: quibus olim non avena dabatur, sed hordeum. Vnde Festus: Hordearium aes,

inquit, quod pro hordeo equi Romano dabatur. H.

a. Ptisanae inde Πτισανη Athenaeus L. X. dictum vult ἀπὸ τῆς πτίσσεως ἡγάρειν, a tundendo et madefaciendo. De ptisana idem auctor hunc gryphum recitat: ορθῆς αὐλοῖς ὁργάσας χυλὸν πίε, Hordei decorticati et tusi cremorem bibe. Dal.

iusque tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates b. e clarissimis medicinae scientia. Ptisanæ bonitas præcipua Vticensi. In Aegypto vero ² est, quae fit ex hordeo, cui sunt c. bini anguli. In Baetica et Africa genus, ex quo fiat, hordei, glabrum d. appellat ³ Turannius. Idem olyram et oryzam eamdem esse existimat. Ptisanæ conficienda vulgata ratio est.

XVI. Simili modo ex tritici e. semine ⁴ tragum f. fit, in Campania dumtaxat et Aegypto.

XVII. Amylum g. vero ⁵ ex tritico ac filagine, sed

1. clarissimus. Vet. 2. sic ex MSS. em. Hard. cons.

M. in Aegypto ea est. Gr. et Al. 3. sic et Ch.

Turannius. Gr. 4. tragos. Diosc. 5. ex omni

tritico. Gr.

b. Hippocrates) Hic liber est, qui alias de ptisana, ut auctor est Athenaeus II. p. 57. nunc de victu in morbis acutis, vel contra Cnidias sententias inscriptus legitur, tomo undecimo operum Galeni, qui quatuor in eum librum commentarios edidit. H.

c. Cui sunt bini anguli) Ex hordeo disticho, cui sunt bini ordines, ut mox loquetur, et versus. Dal.

d. Glabrum) Γυμνόηριτον Graeci. Dal.

e. Ex tritici semine) Hoc est, ex zea, ut ipse explicaturus est. Galenus in comm. I. ad librum Hippocratis de victu in morbis acutis p. 14. Tom. XI. Ζεῖα, ἐξ ὡν διαλέμενος τράγος γίνεται. In Indice huius loci, Pli-

nus, De trago. Celsus IV. 4. de difficultate spirandi, inter cibos non nimium acres, cum lenticula, ptisana que tragum recenset. H.

f. Tragum) Tragos nunc fruges est, Halicae similis Dioscoridi: vulgo Blé Turquer: nunc olyrae Ptisana Galeno lib. de Alimentis, nunc zeaæ Ptisana, id est, Halica Galeno comment. librorum de ratione victus in acutis Ptisanam, inquit, recte præferunt frumentaceis eduliis, pani, chondro et zeaæ, ex qua fit Tragos. Hic Tragos Ptisana est tritacea. Cassianus in Geopon. c. 13.III. Tragum conficit ex Alexandrino frumento et olyra. Dal.

g. Amylum) Diosc. c. 93. L. II. Dal.

sed optimum h. e trimestri. Inuentio eius Chio insulae debetur; et hodie laudatissimum inde est: appellatum i. ab eo, quod sine mola fiat: ¹ Proxi-

num k. trimestri, quod ē minime ponderoso triti-

¹ id est. Ch. et in emend. idem. app. etc. ² sic ex MSS. em. Hard. proximum et trimestri quodam mini-

me ponderoso. Gr. et Al.

Amylum vero) Et ex zea parari amyolum scribit Diosc. II. 123. Gallis, Amidon. H.

b. Sed optimum, etc.) Alii putant id ad filiginem referendum, alii ad triticum. *Dal.*

b. E trimestri) Hoc est, ex trimestri tritico, de quo s. 12. Sic Diosc. l. c. "Αριστὸν δὲ ἐσὶ τὸ σπεναγόμενον ἐν πυρὶ σητανίς. H.

i. Appellatum ab eo) Diosc. l. c. "Αμυλὸν ὠνόμασθαι διὰ τὸ χωρίς μύλε κατασκυζεσθαι. H.

k. Proximum e trimestri quodam minime ponderoso tritico) Scribo, proximum trimestri quod e minime ponderoso tritico; ex scripta lectione, ut sit sensus, primas tribui amylo, quod fit ex trimestri. Dixit enim paulo ante, *Amylum vero ex omni tritico ac filagine, sed optimum ex trimestri. Secundas vero a trimestri tribui amylo, quod fit e tritico minime ponderoso.* Ita ut mi-

sceatur pariter emollitum priusquam acefcat. *Pint.*

Proximum trimestri) Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Prox.)* Sic totidem plane litteris apicibusque R. Cod. ceterique, quibus vni sumus: et Tolet. quoque, quo Pintianus. Est enim sententia, primas tribui amylo, quod fit e trimestri: dixerat enim proxime antea, *Amylum vero ex omni tritico ac filagine, sed optimum e trimestri:* Secundas vero a trimestri tribui amylo, quod fit e tritico minime ponderoso. Hactenus libri editi sic habuerent: *Proximum e trimestri quodam minime ponderoso tritico.* Atqui hanc praeципuam esse tritici trimestris dotem ac laudem, paulo ante Plinius insinuarat, s. 12. ut nulli frumento plus esset ponderis: ex interpolatorum igitur officina predit trimestre illud ponderosum non ex Museo Pliniano. H.

eo. Madescit *l.* dulci aqua ligneis vasis, ita ut integratur, quinques in die mutata. Melius si et noctu, ita ut misceatur pariter. Emollitum; prius quam acescat, linteo *m.* aut sportis saccatum, tegulae infunditur illitae fermento, atque ita in sole densatur. Post Chium *n.* maxime laudatur Creticum, mox Aegyptium: Probatur autem *3* laeuore, et leuitate; atque ut recens sit: iam et Catoni *o.* dictum apud nos.

XVIII.

1. *in lign. vas.* ita ut integratur. *Ch.* et in emend. iniungatur.
2. ita ut misceatur pariter emollitum, priusquam acescat. Linteo aut sportis siccatum. *Gr.* et *Al.*
3. sic ex MSS. em. *Hard.* leuitate et laeuore *Gr.* et *Al.*
4. dictum apud nos. *Hordei.* *M.* Iam et *Catoni* dictum. Apud nos *hordei* *Gr.* et *Al.*

l. Madescit) *Diosc.* 1. c:
H.

m. Linteo aut sportis siccatum tegulae infunditur illitae fermento) *Scribendum diuersa distinctione et lectione,* ita ut misceatur pariter. Emollitum priusquam acescat, linteoque aut sportis siccatum, tegulae infunditur. Nec siccatum videtur legendum, sed colatum, ex Dioscoride *L. II.* ex cuius verbis apparet locum hunc ambustum esse, complura in eo desiderari verba. *Dal.*

Linteo aut sportis siccatum) *Hoc est, persaceum colatum:* quo modo vinum Hippocraticum colant pharmacopoleae Vide *N.* et *Em.* *N. IX.* (*hic pos.*) *Linteo*) Non siccatum, ut in libris omni-

bus legitur, qui sunt haecenus editi. Erroris admonuit Dioscorides *II. 123.* de amylo: Καὶ τὸ λοιπὸν διηδύσαντας ἐμβύλλειν εἰς ὑλισθρα, διυλίσαντας δὲ εὐθέως ψύγειν· ἐπὶ περαμιδωνηνῶν ἐν ὑλίῳ δέχυτατω. Ευημον γάρ, κανὸν ἐπ' ὀλίγον μεινῆ, ὁξίζει. Reliquum vero colo traiiciendum: moxque ut excolarum fuerit, super regulis nouis ardentissimo sub sole siccari, densarie oportet. Namque si paulisper venum manserit, acescit. Est autem ea vox saccatum Plinio ceteroquin persimilis: quarsum abutitur, *L. XX. 79.* *XXIX. 39.* etc. H.

n. Post Chium Creticum pariter laudat *Diosc. I. c.* mox Aegyptium: Chii non mimit,

XVIII. Hordei *p.* farina et ad medendum vtuntur. Mirumque, in vsu iumentorum, ignibus durato, ac postea molito, offisque humana manu demissis in aluum, maiores vires, torosque corporis fieri. Spicae *q.* quaedam binos *r.* ordines habent, quaedam plures usque ad senos. Grano *t.* ipsi aliquot differentiae: longius, 2 leuiusque, aut breuius, 3 aut rotundius, candidius, nigrius, 4 vel cui 5 purpura est, ultimo *u.* ad polentam. 6 Contra *x.* tempesta-

1. aliquid. *M.* 2. maiusque. Ex Theophr. 3. ac. Ex Theophr. 4. Cui purp. est, optimum ad polentam. Contra, etc. *Dal.* 5. purpura est. Ultimo ad polentam contra *Gr.* et *Al.* 6. et con. temp. maior firmitas. Ex *Tb.* firmum vocat πολυάλφιτον, quod polentae multum reddit.

minit. Alexandrinum commendat et Theodorus Priscianus IV. *H.*

o. Et Catoni dictum. Apud nos, etc.) Significat autem Amylum, tametsi rem exoticam, tamen iam tum aetate Catonis Romae fuisse notum. *Gelen.*

Catoni dictum apud nos) Etsi res sit exotica amyllum, inquit, iam tum aetate tam Catonis, Romae id cognitum est. Verba haec sunt Catonis, c. 87. Amylum sic facito. Siliginem purgato bene, etc. *H.*

p. Hordei farina) Ad aurum dolorem vtitur ea Marcellus Empiricus c. 9. p. 78. In pluribus vero morbis Galenus, quos in indice Brasavoli leges. *H.*

q. Spicae quaedam) Hor-

dei scilicet Theophr. Hist. VIII. 4. Τῶν μὲν νεριθῶν αἱ μὲν εἰσὶ δίσιχοι, αἱ δὲ τρισιχοὶ . . . πλεῖσται καὶ ἔξασιχοι. *H.*

r. Binos ordines habent) Distichi hordei. Theophr. cap. 4. L. VIII. histor. de hoc paulo ante. *Dal.*

s. Quaedam, etc,) Polystichi. Cantherium Columella vocat cap. 9. L. II. *Dal.*

t. Grano ipsi) Th. l. c. *H.*
u. Ultimo ad polentam et contra tempestates candido maxima infirmitas) Lego, ultimo ad polentam, et contra tempestates quam candido maior firmitas. Theophrastus L. VIII. cap. 4. Et bordeorum ipsorum aliud rotundius minusque atque oblongius, maioresque atque in spica rarius. Item aliud candidum, aliud acce-

pestates candido maxima infirmitas. Hordeum frumentum omnium mollissimum est: seri y. non vult, nisi in sicca et soluta terra, ac nisi laeta. Palea z. ex optimis stramento vero nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur, quam triticum occupet rubigo. Itaque sapientes agricolae triticum cibariis a. tantum ferunt. Hordeum b. a sarculo seri dicunt, pro-

pterea

i. sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. quia tollitur antequam triticum Gr. et Al. 2. sarculo. Ch. sic et Turn. vel, seculo: neutrūm apte: ducunt, propt. quod celere reddit. M.

accedens ad purpuram, quod et farinam reddere copiosius creditur, et contra hiemem et flatus, et in torum contra caeli mutationes, candido validius esse videtur. Pint.

Vltimo ad polentam) Postrimum, hoc est, purpurascentis, imbecille in polenta: et si plurimum farinae reddit: ut δὲ ἐπιπορφυρίζεται, αὔτε καὶ πολυάλφιτος δοκεῖτιν εἶναι. Theophr. i. c. H.

x. Contra tempestates) Contra hiemem, ventosque, et caeli mutationes varias. Theophr. de putrescente hordeo: καὶ πρὸς τὰς χειμῶνας δὲ, τὰ πνεύματα, καὶ ὄλως τὸν ἀέρα τῶν λευκῶν ισχυρότεραι, candido firmius. H.

y. Seri non vult) MSS. seri non volet, forte pro non volt. Non placet certe legi, non valer. H.

z. Palea ex optimis) Palea

ex tritico suauior, quam ex hordeo, quia mollior, et magis succulenta. Theophr. c. 4. L. VIII. hist. Dalec.

Palea) Didymus in Geop. IV. 14. p. 114. ad certos quosdam usus hanc reliquis anteponit: τῶν δὲ σιτίνων τὰ οὐρθινὰ αἰρετώτερα. H. a. Cibariis tantum) Tantum tritici ferunt, quantum ad familiae cibaria satis. est. H.

b. Hordeum) Hordeum suctulo, legit Turnebus c. 24. L. I. Aduers. quod non cibariis, ut triticum, sed loculis seratur, et foris vendatur. Alii legunt seculo, quia Φιλόζωος, id est, alendis passendisque animalibus gratum. Columel. c. 9. L. II. hordeum altero sulco feminari tradit. Ex illo auctore videtur haec linea transscripta. Sarculo, interpretor, terra leuissime mota et tantum,

pterea celerrime redit: ¹ fertilissimumque, quod in Hispaniae c. Carthagine Aprili mense collectum est: hoc seritur eodem mense in Celtiberia, eodemque ² anno bis nascitur. Rapitur omne a prima statim maturitate festinans, quam cetera. Fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur. Meliorem ^{d.} etiam polentam fieri tridunt, si non excocta maturitate tollatur.

XIX. (VIII.) Frumenti genera non eadem vbi que: ³ nec vbi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima, far *e.*, quod ad oreum *f.* veteres appellauere,

i. fertile est quod. Vet. et Ch. ^{2. a nobis. Ch. in emend. nobis.} ^{3. exacta. Turn.} ^{4. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch neque Gr. et Al.}

tum suspensa, ut sit farriendo. *Dal.*

Hordeum sarculo) Terra leuissime mota, ac velutis suspensa quemadmodum se re fit farriendo: sarculo opus est, non aratro: atque id circa celerrime erupit, et maturescit. *Agros findere sarculo* dixit Horatius l. od. I. v. II. H.

c. In Hispaniae Carthagine) Ea est Carthaginiensium colonia, ab aliquibus noua; ab aliis *Spartaria cognomina*ta. *Gelen.*

d. Meliorem etiam) Galenus quoque L. de anim. fac. c. II. p. 317. T. VI. ex recenti hordeo mediocriter frigo laudatissimam fieri polentam docet: odoris etiam eximii, si arista non omnino sicca: *Ἐκ τῶν γένεων*

ηριθῶν Φρυγεισῶν συμμέτρως τὸ πάλλιον ἀλφίτου γίνεται... μάλιστα ἐσινεύωδη τὰ, ἐν τῶν ἀρίστων καὶ νέων ηριθῶν γιγνόμενα, μῆταν ξηρὸν ἔχοστων τὸνσάχυ. H.

e. Far) Haec periores sic distingunt, *Triticum mutica spica* est: *Adoreum* siue *Far*; *aristata*, apud *Vetrum* in voce *Restibilis*. *Tritici generatris Columellae*, *Robus*, *ponderosioris*, ac *nitidioris grani*: *Siligo hiberna*, siue *Sementiu*a: et *Siligo trimestris*. *Farris* autem quatuor genera: *Clusinum* grano nitido et candido. *Venuculum rutilum*, *Venuculum candidum*, *vtrumque Ponderosius Clusino*; et omnia haec triahiberna

lauere, filigo, triticum. Haec plurimis terris communia. Arinca *g.* Galliarum propria, copiosa et Italiae est. ¹ Aegypto autem ac Syriae, Ciliciaeque et Asiae, ac Graeciae peculiares, zea *h.*, olyra, tiphe. Aegyptus similaginem *i.* conficit ² e tritico suo

1. In Aeg. Ch. 2. e, in Ch. d.

berna: Adoreum trimestre, siue Aliciastrum. *Dalec.*

f. Adoreum) Adde et haec, si libet, hic quae supra diximus ad cap. 3. huius libri, de adorea. Adoream veteres appellarunt omnes frumentus, omnem prouentum ex agris. Sulpitius apud Varroneta: *plebei rura largiuntur adoreum*. Plaut. in amphit. *Qui praeda, atque agro, adoreaque afficit populares suos.* Ex eodem Varrone Nonius, Adoreum dictum ab eo putat: quod cibi ora, id est, principium sit far: dixerat autem paulo ante Far adoreum esse. *Dalec.*

Quod adoreum) Vnde adorea liba apud Maronem Aen. VII. 109. Festus: *Ador. farris genus, edor quondam appellatum ab edendo: vel quod aduratur, vi fiat iustum: unde in sacrificio mola falsa efficitur.* H.

g. Arinca Galliarum) Olyra Homeri sequenti altero ab hoc capite: Olyra Gallica infra c. 25. L. XXII. *Dal.*

Arinca) Nunc corrupto veteri vocabulo, in Delphinatu Riguet id genus tritici appellant. Nic. Chorier Hist.

1. p. 54 De arinca plura dicemus s. 20. H.

b. Zea, olyra, tiphe) Tiphen et olyram rem alii eamdem esse, alii diuersam, veteres prodiderunt, referente eorum sententias Galeno l. c. 13. p. 319. περὶ τιΦῶν χαὶ ὀλυρῶν, χαὶ ζείων. Ipse Galenus T. II. in explic. voc. Hipp. p. 91. Ζεῖας ὄλυρας, interpretatur, perinde ac si res vna sit, nominibus diuersis. Haec tria tamen et nominibus et re distinguit Anguillara, par. 6. p. 98. Tipham ait Italis appellari Spelta: Olyram, Scandella: Zeam, Farro: Asclepiad. ap. Galen. ητα τόπες IX. 3. Φάρρος ḥητεῖσι ζέαν. Et quod Straboni L. V. p. 242. ζέα dicitur, id Plinius s. 29. far appellat. Et Dionys. Halic. A. R. IV. p. 95. Φάρρος, ḥητεῖσι ζέαν. Aegyptios porro panem ἐν τῶν ὄλορέων fecisse auctor est Herodotus Euterp ll. p. 128. n. 77. H.

i. Similaginem) Siue Similam κηίμυνον, vulgo Simoule, Ptisanae genus, Semidalium Graecorum. *Dal.*

suo, nequaquam Italicae parem. Qui zea vtuntur, non habent *k. far.* Est et haec Italiae in Campania maxime, semenque appellatur. Hoc habet nomen res praeclara, vt mox *l. docebimus*: propter quam Homerus *m.* ζείδωρος ἀργερα dixit: non vt aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Amylum quoque ex ea fit, priore *n.* crassius. Haec sola ¹ differentia est. Ex omni genere durissimum far, et contra hiemes firmissimum. Patitur frigidissimos locos, et minus subiectos, vel ² aestuosos *o.*, sitientesque. Primus *p.* antiquis Latio cibus, magno argumento in adoreae *q.* donis, sicuti *r.* diximus,

Pulte

*1. differentia. Duriss. Dal.**2. aestuosos. M. et Cb.*

k. Non habent far) Sed zeam pro farre habent. Nam et ipsa zea far est: nec semen tantum appellatur, vt Plinius ait, sed cum farre nomen alterum commune habet, adoreum, teste Isidoro, XVII. 3. *Adoreum, tritici genus, quod idem vulgo semen dicitur.* H.

l. Ut mox docebimus) S. 29. vbi e zea quae conficitur, alicam commendat. H.

m. Homerus) Iliad. *β.* τένε δὲ ζείδωρος ἄργεα, alma tellus: alii, quod ait Plinius, reponunt βιοδώραν καὶ Φερέτθιον. Nonnus in Dionysiacaς τὸ ὑδωρ appellauit ζείδωρον, aquam viuiscam. Sic Venerem et Empedocles vocauit. Plutarchus in Amatorio. Iohannes Grammaticus terram sic dictam pu-

tauit πάρα τὸ ζείσθαι καὶ θερμαῖνεσθαι ὑπὸ τῷ ήλιῳ. Rhod. c. 18. L. XV. *Dal.*

Homerus) Il. *β.* 548. et alibi passim. Quod ζεία ferret: non ἀπὸ τῷ ζῆν viuere. H.

n. Priore crassius) Quod ex tritico fit et filagine, sed optimum ex trimestri. supra cap. 7. huius libri. *Dal.*

Priore crassius) Priore amylo, de quo f. 17. H.

o. Aestuosos) In MSS. vbi que aestuosos. H.

p. Primus antiquis) Vide Dion. Hal. A. R. II. p. 95. vbi far zeam esse docet. H.

q. In adoreae donis) Quar tariis aut heminis farris. supra cap. 3. huius libri. *Dal.*

r. Sicuti diximus) Sect. 3. H.

Pultes, autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde et pulmentaria t. hodieque dicuntur. Et Ennius antiquissimus

s. *Pulte autem, non pane*) Vide Val. Max. cap. de Instit. antiq. L. III. Fiebat autem puls ex aequis partibus farinae, frumenti, et fabarum aut hordei. Alex. ab Alex. c. II. III. *Pultiphagos* ideo Romanos Plaut. vocat in Mofstell. Non enim haec *pultiphagus opifex opera fecit barbarus*. Idem in Prologo Poenuli: *Carchedonius vocatur haec Comoedia: Latine, Plauti multiphagonidis Pantruus*. Pultem Varro vel a Graeco πολτὸς dicit, vel a sono quem edit cum aqua feruenti insipitur, id est, inspergitur, ut apud Pomponium in Atellana: *Facite ut ignis feruat, ligna insipite, far concidite*. Quum ita sonat, bilbire amphoram Naeuius dixit: παφλάζειν. Europolis apud Athenaeum, λοπτὲς, παφλάζει βαρβάρω χαληράτι. Scalig. Iuuenal. Sat. II. — *pultes, Coram aliis dictem puerō, sed in aure placentas*. Martialis: *Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas, Ut satur in vacuis dulcia vina bibas*. Iuuenal. Sat. 14. — *sed magnis fratribus horum A scrobe, vel sulco redeunribus altera coena Amplior et grandes fumabant pul-*

Vol. VI.

tibus ollae. Apud Plaut. locis supra citatis Sealiger, viri ob acumen ingenii perspicacissimi, non sine honore laudandus, *Pultiphagum* et *pultiphagonidem* Poenum interpretatur. Pultis enim auidissimam eam gentem fuisse argumento est puls Poenica, cuius conficienda rationem Cato docet c. 85. Quod vero pertinet ad Martial. distichon, Mustum missum in ollas imbutas farris pulte veluti conditur, ad bonitatem proficit, et ideo commendatur. Theophr. certe lib. de Odorib. scribit, demissis in dolia farris offis vinum domari, mollescere, et cum saperis gracia mitescere. Turneb. c. 28. L. XXV. *Dal.*

Pulte autem) Val. Max. II. 5. Erant maiores nostri adeo continentiae intenti, ut frequenter apud eos pulsus vesus, quam panis esset. Et ad hunc veterem morem Iuuenalis respiciens Sat. 14. v. 171. *Grandes fumabant pulsibus ollae*. H.

t. *Pulmentaria, etc.*) Quae pauperculae olim pulmentaria conficiebant, Pulmentariae, Mietyrides vocabantur. Lucil. L. XX. Satyr. *Pulmentaria*

mus vates obsidionis famem exprimens, ossam uerum eripuisse plorantibus liberis patres commemorati. Et hodie sacra prisca, atque x. natalium pulte y. fritilla

z. Sic et M. fritilla. Ch. fritilla. Gr. et Al.

zaria videntibus, aut aliquod genus herbas, et ius Maenarum, bene se habet; Mictyris, hoc est, meritum. Etymon huius vocis απὸ τῆς μητρὸν φορτassis ducitur. Dal.

Pulmentaria) Varro de L. L. IV. Pulmentum, inquit, quod idem cum pulte esset, hoc est, cum pulte comedenter: inde pulmentarium dictum. Pulmentarium igitur obsoletum quodvis dicebatur, non quod ex pulte esset, ut lexicorum auctoribus videtur; sed quod, ut postea cum pane, sic olim cum pulte ederetur: inde nomen. Graecis πεστόφαγοι inde dictum est, quod addatur panī ut notat Erasmus in c. 21. Iohannis, ubi Latinus interpres pulmentarium transtulit. Ioh. de Iahua: pulmentum vel pulmentarium diciunt quilibet cibus citra panem. Apud Phaedrum Fabb. III. Canis ad lupum: Afferatur ultra panis, de mensa sua. Dat ossa dominus, frusta iactat familia. Et quod fastidit quisque pulmentarium. Et Seneca siccus caricas pulmentarii vicem habere dixit; obsonit Plinius, ut annotauimus, L. XV. 21. H.

u. Ossum eripuisse) Offa enim antiquis fuit, auctore Festo quoque, glomerata puls. H.

x. Atque natalium) Subintellige, natalium sacra. Se: quiorious tamen temporibus superstitione crescente, etiam cruentas in natalitiis sacris hostias mactauere. Horat. IV. Od. II. die natali Maeccenatis dicta: Ara castis vincit verbenis, auer. immolato Spargier agno. Lampridius in Alex. Seu. Quum eius natalem aruspices commendarent, dixerunt eum summam rerum tenturum: idcirco quod hostiae de ea villa, quae esset Seueri Imp. adductae essent. H.

y. Pulte fritilla) Erit, οὐδέ τις; netnpe γάχυος ατὸ διπον: Galeno τὸ τῆς αγεθῆς οὖν, acus. Inde ἀθάρα, vel ἀθάρα, puls fritilla. Scalig: Quidam a frigendo dicunt volunt, ut sit fritilla puls; ea quae paratur a farina fricta. Apud Fabium Pictorem olla fritilis, in qua sal torreatur. Nonius in Sal. Dal.

z. Pulte fritilla) Sic MSS. omnes: forte pro fritilla, seu frictili, a frigendo, quoniam

fritilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Graeciae fuisse, quam Italiae polenta.

XX. 1. Tritici semine auidius ^{z.} nullum est, nec quod plus alimenti trahat. Siliginem ^{a.} proprié dixerim tritici delicias: candor est, et sine virtute, et sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiae sunt, et Galliae cōmatae. Sed et trans Alpes in Allobrogum tantum ^{z.} Meminorumque ^{b.} agro pertinax: in ceteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium ^{c.} ut grauissima quaeque grana eius ferantur. (IX.) E filagine ^{d.} lautissimus,

F ^z pānis

1. delicias candore, sed sine. M. del. candore, etc. ut in vulg. Ch. in emend. candore, virtute, pondere conuen. 2. Nerviorum. M. Moriorum. V. Aruerorum. Alii V. Remorum. Turn. Meminorum, ut bic. Supra c. 4. lib. III. Meminorumque. Ch.

iam esset ea puls e farina fricta. An hoc perinet, quod habet Varro, de Vita populi. I. 4. apud Nonium, n. 291. Quod calendis Iunii et publice et priuatum faruam pultein Diis mactat. Apud Arnobium VII. p. 230. fritilla dici videtur. H.

z. Auidius nullum) Quod plus ex terra alimenti trahat. H.

a. Siliginem) Candidi, leuissimique tritici genus, vulgo Blé blanc. Iuuenalis, Sat. 5, 70. Sed tener et niueus, mollique silagine factus seruantur domino panis videlicet Colum. II. 6. de generibus seminum: Tritici genera complura cognouimus. Verum ex his maxime serendum

est, quod robūs dicitur, quoniam pondere et nitore praefert. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane præcipua pondere deficitur. Et e. 9. humido statu caeli recte hanc prouenire ait. H. b. Meminorumque) Sequanorum: alii, Auernorum. In Sequanorum agro Siligo certe frequantissima est, quam ab incolis Blé Blanc appellari diximus: apud Allobrogas Blancheon ob candorem, vel quasi Brancei: supra cap. 7. huius libri. Dal.

c. Remedium) Colum. II. 9. p. 55. vbi et post tertiam fationem omne triticum solo viginoso conuerti ait in siliginem. H.

panis, ¹ pistrinarumque *e*, opera laudatissima. Praecellit in Italia, si Campana Pisii natae misceatur. Rufior illa, at Pisana candidior, ² ponderosiorque cretacea *f*. Iustum est e grano Campanae, quam vocant *g*. castratam, e modio *h*. redire sextarios quatuor filiginis *i*, ³ vel e gregali sine castratura sextarios quinque, praeterea floris ⁴ semodium: Et cibarii *k*, quod secundarium vocant, sextarios quatuor furfuris sextarios totidem. E Pisana autem filiginis sextarios quinque: cetera *l*. paria sunt.

Clusif.
¹. pistorumque opera lautissima. *Vet.* ². Sic ex MSS.
em. Hard. *conf.* Cb. ponderosior vero cretacea, Gr. et
Al. ³. ut e greg. ⁴. semod. et cib. vel, Et in ci-
barium panem, quem secundarium vocant, farinae sex-
tariorum quat. *Vet.*

d. Silagine, etc.) Silagine, frumento: vel etiamnum, si libit, castrata farina. *Dal.*

e. Pistrinarumque) Huc pertinet CORPVS PISTO-
RVM SILIGINARIORVM, cuius mentio in inscriptione veteri apud Gruter. p. 81. *H.*

f. Cretacea) Vel quae in agro cretose nata est, vel cui creta Campana admixta est candoris conciliandi gratia, sicut in alia fietat. De qua coniectura infra cap. II. huius libri. *Dal.*

Cretacea) Cui ob candorem cretae similem, inditum id nomen videtur: aut cui creta potius Campana admixta est, ad conciliandum aliciae candorem, ut dicetur *f.* 29. *H.*

g. Vocant castratam) Pur-

gatam, diligentiusque excretam cribro pollinario. Bläter la farine. *H.*

h. E modio) Capit modius sextarios sedecim. Nam amphora, seu quadrantale, sextarii sunt duodequinquaginta, inquit Festus: amphora eadem modios tres continet, auctore Volusio Maeciano. De sextariis diximus L. XIV. *b. H.*

i. Siliginis) Farinae e siligine. *H.*

k. Et cibarii) Cibarium appellat, farinam crassiorem, quae post pollinem vel florem excutitur, quam furfures sequuntur. Ex ea panis conficitur, quem cibarium quoque et secundarium vocant, *Pain bis.* *H.*

l. Cetera paria) Ut in Cam-
pana

Clusina, Aretinaque etiamnum sextarios siliginis *m.*
assumunt: in reliquis *n.* pares. *Si vero o.* pol-
linem facere libeat, **xvi.** pondo panis redeunt, et
cibarii *p.* tria, furfurumque semodiūs. Molae dis-
crimine hoc constat. Nam quae sicca moluntur,
plus farinae reddunt: quae salsa aqua sparsa, can-
didiorem medullam *q.* verum plus retinent in fur-
fure. Farinam a farre dictam nomine ipso appa-
ret. Siligineae farinae modius Gallicae *r.* **xxii.** li-
bras panis reddit, Italicae *s.* duabus tribusue am-
plius in artopticio pane. Nam furnaceis binas ad-
iiciunt libras in quocumque genere.

2. (X.) *Similago t.* *ex tritico fit laudatissima.*
Ex Africo iustum est e modiis redire semodiis, et
pollinis sextarios quinque. Ita autem *u.* appell-

F 3 lant

adsciscunt. M. adsciunt. Ch. *Si vero panem*
fac. lib. XVI. primarii panis. Dal. *3. e. Cb.*

pana silagine, quae reddit
in modios singulos, floris se-
modium, cibarii sextarios
quatuor, etc. H.

m. Siliginis assumunt) MSS.
adsciunt. Forte, *adiiciunt.*
Clusina, inquit, et Aretina
farinae reddunt non sextario-
modo quinque, ut Pisana,
verum etiam senos. De
Clusino farre dictum est, *s.*
12. H.

n. In reliquis pares) Red-
dunt nimirum floris semo-
dium, cibarii sextarios qua-
tuor, etc. H.

o. Si vero pollinem) Hoc
est, si tenuissimam libet fa-
rinam excernere, quae te-
nuitate etiam id superet,

quod florem farinae siligi-
neae diximus appellari. H.

p. Et cibarii) Quid ciba-
rium vocetur, paulo ante
diximus. H.

q. Medullam) Farinam. H.

r. Gallicae) E Gallica sili-
gine, quam arincam et bran-
cem vocant. *Dal.*

s. Italicae) Farina, inquit,
e silagine Italica, panis libras
reddit XXIV. aut etiam vi-
cenas quinas, si sit artopti-
cius panis. De eo panis
genere dicemus *s. 27.* H.

t. Similago ex, etc.) Σε-
μιδάλις Graece, vulgo Si-
moule. *Dal.*

u. Ita autem) Similaginem,
inquit, appellant in tritico,
quod

lant x. in tritico, quod florem insilagine. Hoc aerariae y. officinae chartariaeque vtuntur. Praeterea secundarii sextarios quatuor, surfurumque tantumdem. Panis vero in modios similaginis cxxii. z. e floris modio cxvii. Pretium huic annona media in modios farinae, XL; b. asses: similagini castratae octonis t. assibus amplius, silagini castratae duplum. d. Est et alia distinctio, semel tempore f. L. Pauli nata, xvii. pondo panis reddere.

i. Sic et Turn. et Ch. Quidam vero, Similago tritici. XVII. pondo panis reddere visa, pollin autem XXX. cum triente, et secundarii pan. Similago. L. pollin autem XVII... XVIII. tritici XXX, cum triente. Gr. et Al.

quod in silagine florem.
Fleur de farine de froment.
H.

x. Appellant in tritico, etc.) Non meminit Plinius superiori capite, de silagine pollen se dixisse. Vide Budaeum 5. de Asse. Dal.

y. Hoc aerariae officinae, etc.) Quae farina cum argilla mixta operum suorum formas effingunt. Dal.

Hoc aerariae — vtuntur) Quae farina cum argilla mixta operum suorum formas effingunt, ut recte Dalecampius. H.

z. CXXII) Subintellige, pondo, seu librae redeunt. H.

a. Annona media) Moderatio annona, quam nec omnino gravis est, nec omnino laxa. H.

b. XL. asses) E nostris assibus, asses sunt XXXII. H.

c. Octonis — amplius) Hoc est, XLVIII. assibus: monetae nostrae asses efficiunt circiter octo et triginta. H.

d. Duplum) Hoc est, asses XCVI. monetae Gallicae asses circiter LXXVI. H.

e. Est et alia) Est et alia bonitatis distinctio in similagine, semel tempore L. Pauli nata, quam XVII. libras panis reddere primum visa est: secunda bonitas, quam XVIII. Tertia, quando XIX. cum triente. H.

f. Semel tempore) Vide N. et Em. N. X. (hic positas) Sem.) Exemplarium MSS. vestigia summa fide sequuti sumus: sic enim habent R. I. 2. Colb. I. 2. 3. Th. etc. Semel tempore L. Pollinatam XVII.

dere visa, XVIII. Tertia ff. xix. cum triente: et secundarij panis quinas libras, totidem cibarii, et furfurum sextarios sex.

3. Siligo numquam maturescit pariter, nec villa segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem, iis quae maturuere, protinus granum dimittentibus. Sed minus, quam cetera frumenta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam: nec rorem continet, qui rubiginem faciat.

4. Ex arinca g. dulcissimus panis: ipsa spissior, quam far, et maior spica, eadem et ponderosior. Raro modius grani non xvi. libras implet. Extentitur h. in Graecia difficulter: ob id iumentis dari ab Homero i. dicta. Haec enim est, quam olyram vocat. Eadem in Aegypto k. facilis, fertilisque.

F 4

Far

1. spicis, quae. Vet. 2. sic ex MSS. em. Hard. et
arinca Gr. et Al. Africa Ch. 3. maiore. Vet.

XVII. ceteraque, ut edidimus: discrepante ab his longissime librorum editorum scriptura, quae est eiusdemmodi: *Similago L. pollim autem XVII. pondo panis reddere visa, tritici XXX. cum triente, etc.* Ambustum nihilominus hunc locum, nec satis adhuc sanum esse non negaverim: sed iactura, ut reor, facili. H.

ff. *Tritici*) Similago, subnam ex aliis frugibus, farre et filagine fieri ostendit, quod ait capitis principio, ex tritico fieri laudatissimam. Dal.

g. *Ex arinca*) De ea diximus s. sup. H.

h. *Exteritur*) In area difficulter teritur. H.

i. *Homero*) Iliad. E. --- παρὰ δὲ σΦιν ἐνάσω δίζυγες ἵπποι Ἐσάστι, οἵ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ολύρας. Andromache tamea Iliados Φ. equis Hectoris triticum offers non olyram. Dal.

j. *Ab Homero*) Il. E. v. 195. Παρὰ δέ σΦιν ἐνάσω δίζυγες ἵπποι Ἐσάστι, οἵ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ολύρας. Vbi Didymus interpres: Ὄλύρας, εἶδος οἵ θώδες οὐρέπες. Τισὶ μὲν βινία, καὶ βινίον. Τισὶ δὲ ζεῖα, καὶ ζεῖα. Id rur-

Far l. sine arista est: ¹ item *filigo*, excepta quae *Laconica* appellatur. Adiiciuntur his ² genera, *bromos m.*, *filigo n.* ³ excepta, et *tragos*, externa omnia ab oriente inuenta, *oryzae* similia. *Tiphe o.* ⁴ et ipsa eiusdem est generis, ex qua fit in nostro *p. orbe* ⁵ *oryza q.* Apud Graecos est ⁶ *zea*. Traduntque eam ac *tiphen*, quum sint degeneres, redire ad frumentum, si *pistaer*, ferantur: nec protinus, sed tertio anno.

XXI.

- z. Item filigo exceptitia, quae, etc. bromos, filigo et tragos. expuncta voce exceptitia ultimi membra. Dal.*
- 2. generibus. Dal. 3. Sic et Turn. et Ch. exceptitia Gr. et Al. 4. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et ipsa eiusdem generis. Gr. et Al. 5. olyra. Dal. 6. et ixia. Ch.*

rursum Homerus habet Iliad. β. v. 560. H.

k. In Aegypto facilis) Haud difficulter exteritur. H.

l. Far sine arista est) In Aegypto, non alibi. In Italia triticum muticum est, far aristas habet. *Dal.*

Far sine arista) In Aegypto. H.

m. Bromos) Hoc est, avena sativa, *de l'Avoine*, Βέρνος Galeno de alim. fac. I. 14. p. 322. T. VI. semen est in Asia frequens, praesertim in Moesia supra Pergamum: iumentorum cibus, non hominum, nisi in fame. H.

n. Exceptitia) Exceptitiam vocat a reliquo genere filiginis exceptam, id est, sejunctam, et separatam, ideo quod aristis careat. Aliae namque filiginis species illa

dempta aristis spicata horridam gerunt. *Dal.*

Siligo exceptia) Ita MSS. non excepticia. Laconiam siliginem intelligit, diuersi generis a communi filagine, propter peculiarem aristam. H.

o. Tiphe) Scaliger Exerc. 292. p. 868 existimat esse nostrum secale, *le segle*: sed falso. De secali dicemus f. 40. H.

p. In nostro orbe oryza) Hoc est, ptisana oryzae similis. H.

q. Oryza) Ptisana oryzae similis. *Dal.*

r. Si pistae ferantur) Hoc est, si purgatae, sive decoraticatae. Theoph. Hist. II. 5. Ἡ τίφη καὶ ἡ σεία μεταβάλλεσσιν εἰς πυρὸν, ἐὰν πτισθεῖναι σπείρονται. Varia huius

XXI. Tritico nihil est fertilius, hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime ¹ alebat hominem: vtpote cum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio s. Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur. Misit ex eo loco Diuo Augusto procurator t. eius ex uno grano (vix credibile dictu) ² quadragenta ³ paucis minus ⁴ germina u., existantque de ea re epistolae. Misit et Neroni similiter ⁵ ccclx. stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem et Leontini x. Siciliae campi fundunt,

F 5

alii-

^{1.} Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. alat. Gr. et vulg. ^{2.} XL. M. verustius. quadringenta. Alterum. et Gr. ^{3.} paucissimis. Ch. ^{4.} grana. Dal. ^{5.} Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. CCCLX. Gr. et Alii.

huius vocis πτίσσεων significatio est. Hesychius: Πτίσαι, πόνοι, πτίσαι, πόνοι. πτίσσατε, ἀποδερματίσσατε. Πτίσσεων igitur Graecis est tundere, pinsere, purgare, decorticare. H.

^{s.} In Byzacio Africae, etc.) Ob eam Africae fertilitatem imperatores Romani, qui ei prouinciae praefuerant, aut in ea res gesserant, Africam signabant capite obuoluto pelle elephanti capiti detraeta cum promuside, adiecta spica et subdito aratro, cum cultro. Vrfinus 38. Dal.

Quale in Byzacio) Supra L. XVII. 3. In Byzacio Africae illum centena quinquaginta fruge fertilem campum, etc. H.

t. Procurator eius ex) Procurator Caesaris, Dieni L.

XVII. ὁ τὰ αὐτονομοῖς χεήματα διοικῶν, ex equestri origine deligebatur, quod Tacitus in vita Agricolae monstrat. Eius officium fuit vectigalia colligere: fisci iura tueri, eaque persequi iudicio, cum priuatis aequo, in prouinciis. Idem munus fuit in vrbe Praefecti aerarii. Fuit et procurator rei priuatae, siue patrimonii imperatoris. De quo Capitolinius in Macrino, Briffonius c. 18. 19. 20. III. Dal.

Procurator eius) Procurator Caesaris, vectigalia colligebat, fisci iura tuebatur, etc. H.

u. Germina) Stipulas, siue culmos. H.

x. Leontini Siciliae campi) Ea soli fertilitas Siculos ad omne deliciarum genus sic effu-

aliisque, et tota Baetica, et in primis Aegyptus. *y.*
Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod
2 centigranum vocant. Inuentus est iam et sca-
pus unus centum fabis onustus.

XXII. Aestiu*a* frumenta diximus, sesamam,
milium, panicum. Sesama *a.* ab Indis venit: ex
ea *b.* et oleum *c.* faciunt: color eius candidus. Huic
simile est in Asia Graeciaque erysimum *c.*: idemque
erat, nisi pinguius esset: quod apud nos vocant
4 irionem *d.*: medicaminibus annumerandum po-
tius

1. Boeotia. Turn. ex M. et Theopb. 2. sic ex MSS.
em. Hard. conf. Cb. centigranum. Gr. et Al. 3.
conficiunt. M. 4. trion. M. trionum Turn.

effudit, ut omnibus volupta-
rum generibus praeter mo-
dum addicti forent ac disso-
luti. Hinc Platonii Siculae
mensae, ut et Italicae, et Thes-
saliae, lauissimae et maxi-
me opiparae, quemadmodum
et Asiana. Macrob. VII.
Saturnal. Modum eum
seruat, qui sui potens est,
et in mensa Sicula, vel Asia-
na. Brod. c. 33. L. V. *Dal.*
y. Aegyptus) Inde prouer-
biuum: Arenas Libyae non
curat Aegyptus. Antiphilus,
Καρποῖς & σαδίοισι ἐρίζουμεν
Σδε γὰρ αὐλαξ Αἰγύπτῳ Αι-
βῆς ψάμμῳ ἐπισρέφεται
Rhod. c. II. XXIX. *Dal.*

z. Aestiu*a* — diximus) Ini-
tio s. 10. H.
a. Sesama) Theophrast. c.
5. L. VIII. histori. *Dal.*
b. Ex ea et oleum) Σῆσα
μογ Diosc. II. 121. Γίνεται

δε καὶ ἔλαιον εἴξ αὐτῷ, ὡ
καὶ Αἰγύπτιοι χρῶνται. H.I
c. Erysimum) Ερύσιμον
Theophr. VIII. 7. Εἱ τὸ
μὲν ἐρύσιμον ὄμοιον σησά-
μῳ, καὶ λίπος ἔχει. Hoc
de semine accipiendum, non
de caule. Gallis Camelina,
a Dodonaeo pingitur, pempt.
4. L. II. 23. p. 523. Irio La-
tinorum est: Vidimus in
Horto Regio. H.

d. Irionem) Plinius hoc
non satis distinguit. Irio
Latinotum, Graecorum est
Erysimum fruges, pingui
grano, ut sesamae, Theophrasto:
Erysimum vero
herba, planta, quam a Gal-
lis Velarum dici scribit cap.
vlt. L. XXII. Vnde etiam
hic Irionem non Trionum le-
gendum esse, contra Turner-
bi opinionem, qui ex ma-
nuscripto id et Theop. li-
bro

tius, quam frugibus. Eiusdem e. naturae et hor-
minum f., a Graecis dictum, sed cymino g. simile,
seritur cum sesama: ¹ hoc, et h. irione, nullum i.
animal vescitur virentibus.

XXIII. Pistura non omnium facilis: quippe
² Etruria spicam farris tosti ³ pisente pilo preefer-
rato, fistula k. ferrata, et ⁴ stella intus l. denticulata,

¹ haec. Dal. sub. sesama. ² sic ex MS. em. Hard. ³
conf. M. et Ch. quippe et Etruria Gr. et Al. ⁴
pinsit. Vet. ⁴ stela. Quidam, id est, columnula,
sive columella. ut si interriri pinsant (intriti pinsant.
Ch.) concid gr. ferrumque frangatur. Turn. et Ch.
obietiam et mola, quas aqua versas obiter. De ipsa.

bro de odoribus probare
contendit, manifestum est.
Idem enim cum sesamo esse,
nusquam Theophr. scripsit,
sesamae similem esse et pin-
givisculum c. 7. L. VIII. hist.
Dal.

e. Eiusdem naturae) Theophr.
c. 1. et 7. L. VIII. hist.
Dal.

f. Horminum) Ορμίνον
Theophr. Hist. VIII. 7. Diosc.
III. 145. Ορμίνον. Nostris
Gruale et Tourtebonne. A
Dodonaeo delineatur p. 290.
Genus illius alterum p. 292.
H.

g. Sed cymino) Theophr.
c. 1. Tὸ δὲ ὄγμινον κυμιώ-
δες, μέλαν τοιερεται δὲ
ἄπαντα τὸ σησάμινον. H.

h. Hoc et irione) Hormi-
no scilicet et irione, De se-
sama quidem et irione id
Theophr. asseuerat, de cau-
sis VI. 19. p. 374. De hor-

mino considerandum ait,
Hist VIII. 7. H.

i. Nullum animal, etc.)
Theophrastus id quidem vul-
go narrari tradit, sed sibi
non constare. Dal.

k. Fistula ferrata) Cato c.
10. in instrumento rustico
fistulam ferram memorat
et pilum ferrarium, quod
adnotauit. Turnebus c. 22.
L. VII. Aduess. Dal.

Fistula ferrata) Fistula in-
rustico instrumento, quid
effet, diximus, L. XVII. 23.
sed haec ferrata dicitur, in
quo ab illa altera discrepat.
Fistulam ferrariam appellat
Cato, c. 10. Ait igitur
Plinius in extremo ambitu
praeferrati pili fistulam esse
ferratam, sive cultri ferrati
similitudinem, praeterea que
in medio denticulatae stel-
lae effigiem: ut nisi erecto
semper pilo pinsatur, fran-
gi

vt nisi intenti pisant, concidantur grana, ¹ferrumque frangatur. Maior pars Italiae ruido ^{m.} vtitur pilo: rotis etiam quas aqua verset obiter, et molat. De ipsa ratione ² pisendi ^{n.} Magonis ³ proponetur sententia: Triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea ^{o.} eualli, deinde sole siccatum pilo repeti. Simili modo hordeum. Huius sextarios ^{xx.} spargi duobus sextariis aquae. Lentem ⁴ torrere prius, deinde cum furfuribus leuiter ⁵ pisi. Aut addito in sextarios ^{xx.} lateris crudi frusto, et arenae semodio. Eruiliam iisdem modis, quibus lentem: Sefamam in calida maceratam exporrigi: deinde

I. sic ex MSS. em. Hard. ferroque frangantur Gr. et Al.

2. pinsendi. **3.** proponemus sententiam. Ch. ab 4.
torri. Vet. **5.** pins. Dal.

gi ferrei isti denticuli pos-
fint. H.

l. Intus) In mortario, in
pila. Dal.

m. Ruido) Ferrum non
habente, aspero, impolito.
Panis ruidus Plauto, crusto-
sus, non satis coctus. Vide
apud Apuleium L. IX. As-
ni elegantem descriptionem
pistrini, et seruorum, atque
adeo iumentorum pistori-
rum. Dal.

Ruido vtitur pilo) Aspero
et impolito, vt recte Her-
molaus. H.

n. Pisendi) Sic MSS. vbi-
que: pisendi, et pisente, et
pisant, et pisi: nusquam,
vt nunc fere usus obtinuit,
pinsendi, pinsente, pinsant,
pinsi etc. H.

o. Postea eualli, deinde,

etc.) Sic paulo post iterum
eodem verbo vtitur Plinius.
Et ipsa autem, - inquit, quae
eualluntur, variam pistura-
rum rationem habent. Acus
vocatur, quum per se pinsit
ur spica. Eualli frumentum
intelligo, dum repurgatur
modo, non etiam frangitur.
Id Basilienses moltores ver-
nacula sua lingua, Renen-
dicunt: quomodo alii vo-
cent, nescio. Gelen. Postea
eualli) Eualli, vel, vt alii le-
gunt, euallari, vallo suo eii-
ci, ac excludi, deglubi, glu-
ma corticeque suo spoliari;
Dal.

Postea eualli) Vallo suo
excludi, deglubi, gluma,
corticeque suo spoliari. Glu-
ma proprie bordei tunicula
est, apud Festum. H.

deinde confricari¹ et frigida mergi, ut paleae p. flu-
ent, iterumque exporrigi in sole super linteas:
quod nisi festinato peragatur, lurido colore mu-
cescere. Et ipsa q. autem, quae eualluntur, va-
riam² pisturarum rationem habent. Acus r. voca-
tur, quum per se s.³ pisisur spica, tantum aurifi-

cum

1. sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. confricari, fri-
gidae immergi. Gr. et Al. 2. pristinarum. Ch.
3. pisisur, Dal.

p. Ut paleae fluctuant) MSS.
omnes, fluctuantur. H.

q. Et ipsa autem quae eualluntur) Quaedam exemplaria eualluantur agnoscunt, non eualluntur. scribendum vi-
detur euannantur, hoc est,
vannis purgantur. M. Var-
ro L. I. c. 52. Ita fit ut
quod levissimum est in eo, at-
que appellatur acus, euannentur,
foras extra aream, ac frumentum
quod est ponderosum pu-
rum veniat ad corbem. suffraga-
tur et Nonius Marc. Nihilomi-
nus diligentiore locus hic
censura indigeret. Nam videri
potest aliud esse eualli, aliud
euannari. Eualluntur enim
frumenta quum spiranteven-
to purgantur in area: vallis
enim aut ventilabris eodem
Varrone teste, quum ventus
spirat, frumentum subiacta-
tur a terra purgaturque:
vannis autem, quum aura
omnis filet. Columella li-
bro II. capite 21. Ipsa aurem
spicae melius fustibus tindun-
tur vannisque expurgantur,

et mox paulum: At si com-
pluribus diebus undique filebit
aura, vannis expurgentur, ne
post nimiam ventorum segni-
tiem vasta tempestas irrigum
faciat rotius anni laborem.
Discordare itaque videntur
M. Varro et Columella.
Pint.

r. Acus) Inde far acerosum
Lucilio L. XX. Satyr. Vi-
nere quae Gallam, ac rugas
conducere ventris, Farre ace-
roso, oleo decumano, pane coe-
git Cumano. Aurum non
acere, sed palea citissime
ardescere auctor scribit c. 3.
L. XXXIII. Dal.

s. Per se) A calamo, stipula,
stramento decisa, et se-
parata. Acus continet glu-
mam, aristam, et spicae sca-
pum. Dal.

Quum per se) A calamo,
stipula, stramento, decisa
ac separata. Acus, aceris,
est tritici purgamentum,
glumam complectitur, aris-
tam, et spicae scapum. Grae-
cis, ἄργυρος. Hinc acero-
sum

cum t. ad usus. Si vero in area teritur cum stipula, palea, ¹ vt maiore in terrarum parte ² ad pabula iumentorum. Milii, et panici, et sesameae purgamenta, apludam ^{u.} vocant, ³ et alibi aliis nominibus.

XXIV. Miliq. ^{x.} Campania praecepue gaudet, pultemque candidam ex eo facit. Fit et y. panis praedulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, et cruda etiam farina, equino ^{z.} lacte, vel sanguine ⁴ e cruris venis admixto.

^{1.} Aethi. ^{2.} I. vt in maiore ter. Turn. et maiore in. M. palea, in ³ maio. ter. par. est ad pabulum, ium. Ch. ^{4.} 2. pabu-
lum. Vet. ^{5.} 3. et alibi. Ch. ^{6.} 4. e in Ch. d.

sum far apud Nonium, ex Lucilio. Festusque, verbo, Obacerare, inquit, obloqui, atque alterius sermonem moleste impedire: quod sumptum videtur a paleis, quas Graeci αχυρα vocant. Itaque et frumentum, et panis non sine paleis, acerosus dicitur: item lirum aceratum, paleis mixtum. H.

^{7.} Aurifcum) Infra c. 3. L. XXXIII. praetereas, inquit, de auro loquens, mirum, prunae violentissima igni indo-
mirum, palea citissime arde-
scere. Dal.

Aurifcum ad usus) Forte quoniam, vt Plinius ipse scribit XXXIII. 19. palea ci-
tissime ardescit aurum, hoc est, acere? nam acer palea
est, Varroni, apud Festum; et quaedam paleae de frumen-
to acer dicuntur. H.

^{u.} Appludam, vocant) Sic

et tritici furfures Plautis
vocauit in Astraba. Gellius
c. 7. L. XI. Dat.

Apludam) Festus: Apluda
est genus minutissimae paleae
frumenti, sive panici. etc.
Vix Gellium audio, qui L.
XI. apludam, ait, veteres ru-
sticos frumenti furfurem ap-
pellasse. H.

^{x.} Milio Campania) Vide
quae diximus s. 10. Colum.
H. 9. p. 56. Milium quo-
que pulcem, maxime cum la-
cte, non fastidiendam praeber.
Gallis, Miliet. H.

^{y.} Fit et panis) Vide Ga-
leum de alim. fac. I. 15.
p. 323. T. VI. et ea adiice
quae diximus s. 10. H.

^{z.} Equino lacte vel sanguine) Virgil. Et lac concretum
cum sanguine potat equino
Martialis: Venit et epoto
Sarmata potus equo. Sido-
nius: Aut ad Caucasigenas
Alanos

Aethiopes non aliam frugem, quam milii hordeique, inouere. XXV. Panico ^{a.} et Galliae quidem, praecipue Aquitania vtitur. Sed et Circumpadana Italia additab. faba, sine qua nihil consciunt. Ponticae gentes nullum panico praferunt cibum. ² Cetero aestiuia frumenta riguis magis etiam, quam imbris gaudent. Milium ^{c.} et panicum aquis minime, quum in solia exeunt. Vtant ea inter vites arboreas frugiferas feri, terram ^{d.} emacrari hoc satu existimantes.

XXVI. (XL.) Milli ^{e.} praecipuus ad fermenta ^{f.} usus, ⁴ e musto ^{g.} subacti in annum tempus. Si-

mille

1. Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Galliae quidam. Ch. Panico Galliae quaedam Gr. et Al. 2. Cerea. M. et Ch. 3. emaciari horum satu. V. emactari. Turn. id est, veluti enecari. Legit et, emactari Ch. in emend. vero, emacerari. 4. ex vulg.

Alanos, aut ad equimulgos
Gelonos. (Brod. c. 31. V.
Dalanisno in al Panico) De eo diximus,
s. 10. Hoc
b. Addita faba) Paulinus,
ep. 3. ad Seuerum: Fabam
intruit panicio. Et infra:
Fabam tantum mitio; panicio
que confundens. H.
c. Miliū et panicum) Theophil. Hist. VIII. 7. Heo
d. Tetricam emacrari) MSS.
R. Colbr. etc. emactari. Forte
emaciari: qua voce Colum-
bus II. 10. de lupino. H.
e. Milli praecipuus) Ita
plane Geop. auctor II. 31.
p. 61. Ei δε θέλεις εἰς ἄτος
ὄλον εἶναι ζύμην, etc. Si veg-

ro in totum annum, inquit,
fermentum habere vis, quum
in dolis mustum ebullierit,
spinosum illud quod effervuit,
eximito, cum farina milie
commiscero, diligenterque trita
in massas cogito, quas ad
solem siccatas in humido loco
repones; et inde sufficienter ac-
cepta quantitate pro fermento utior. H.

f. Ad fermenta usus) Perle-
pide Plautus in Cafina, de mu-
liere, quae ira et indigna-
tione exardescet: Nunc
in fermento tota est, ira tur-
get mibi. Stal. Aedepol ego
illam medium disruptam velim.
Sufflatum militem eadem
significatione ait in Bacchidis
bus

mile fit ex tritici ipsius furfuribus minutis *h.* et optimis, e musto *i.* albo triduo ¹ maturato subactis, ac sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendo dilutos, cum similagine *k.* seminis ² feruefaciunt, atque ita farinae miscent, sic optimum panem fieri arbitrantur. Graeci in binos semodios farinae satis esse ³ besses *l.* fermenti constituere. Et haec quidem genera vindemiis *m.* tantum fiunt. Quolibet vero tempore, ex aqua hordeoque bilibres offae feruenti foco, vel fustili patina torrentur cinere et carbone, usque dum rubeant. Postea operiuntur in vasis, donec acefcant: hinc fermentum diluitur. Quum fieret autem panis hordeaceus, ⁴ erui *n.* aut

cicer-

- 1. macerato.* Turn. et Ch. 2. *semilaginis heminis.*
- Turn.* 3. *bessem.* Ch. 4. *sic ex MSS. em. Hard.*
- conf. M. Ch. et Turn.* cicer admixtione fermentabatur. *V.* ipse ferment. Alii *Vet.* eruillae et cicerculae farina ipse prafermentabatur. *Gr.* et *Al.*

bus: Par. Sufflatus ille buc
venit. Pift. diruptum velim.
Dalec.

g. E musto) Cum musto
triti. *H.*

b. Minutis et optimis) Lugo,
et optimis, a farina nondum omnino secretis, et ea
velut adhuc pinguibus *Dal.*

i. E musto albo triduo ma-
turato subactis ac sole siccatis)
Vetus exemplar non *maturato* legit, sed *macerato*, vt le-
gendum putem, e musto albo
triduo *maceratis, subactis, ac*
sole *siccatis.* Pint.

Triduo (maturato) Musto
recenti et triduano. MSS.
quidam, *macerato*, male. *H.*

k. Cum similagine seminis)

Eius frumenti, e quo panis
conficitur, vel ziae, quam
semen peculiari nomine vo-
cant. Supra c. 8. proximo,
et mox eod. hoc capite.
Dal.

Cum similagine seminis)
Hoc est, ziae, quam peculiari
nomine semen diximus
appellari s. 19. *H.*

l. Besses fermenti) Vncias
octo, seu duas tertias, vt vo-
cant, librae partes. *H.*

m. Vindemiis) Vindemias
tempore. *H.*

n. Eruillae aut cicerculae
farina ei prafermentabatur)
Hoc est, eruillae aut cicerculae
farina fermentum ei
praeparabatur. *Gelen.*

cicerulae farina ipse fermentabatur: ¹ iustum erat, duae librae in quinque semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina, quae subigitur prius quam addatur sal, ad pultis modam decocta, et reliqua donec acefcat. Vulgo vero nec sufferuefa ciunt, sed tantum pridie afferuata materia vtuntur. Palamque ^{o.} est ² naturam acore fermentari: sicut et validiora esse corpora, quae fermentato pane aluntur: quippe quem apud veteres ponderosissimo cuique tritico praecipua salubritas perhibita sit.

XXVII. Panis ^{p.} ipsius varia genera persequi superuacuum videtur: alias ab obsoniis ³ appellati, vt ostrearii ^{q.}: alias a deliciis, vt artolagani ^{r.}: alias a festinatione, vt speustici ^{s.}: nec non a coquendit.

^{1. sic et M. iustumque erat Gr.}

^{2. naturam est (est naturam.}

^{Cb.) ac ferm. sicut equalidiora Turn. et Cb: palamque na-}

^{3. appellari. Cb. ond}

^{Erui) E} farina erui aut cicerulae fermentum adhibebatur. H.

^{o. Palamque est naturam)} Ita MSS. R. ceterique. Naturam vocat subactam farinam, quae interueniente acore fermentatur. H.

^{p. Panis ipsius varia gene-}
^{ra) Athenaeo Messapii πε-}
^{νιάν πλησμονήν vocauē-}
^{runt: πάνια πλήσματα, et}
^{πάνον ἄρτον. Olim panus,}
^{glotmus Festo, in sacris crudi-}
^{stulum. Graecis τολύπη,}
^{qualia memorat Clemens}
^{Alexandrinus in Protrepti-}
^{co, σηγαμάς, πυραμίδην, πό-}
^{πανα, πολυόμφαλα. Scal.}

^{q. Vt ostrearii) Quo gene-}
^{re panis vesci cum ostreis}
^{veteres solebant. H.}

^{r. Artolagani) Delicati pa-}
^{nnes, quos e vino modico,}
^{pipere, lacte, oleo, vel adipē,}
^{et farina parari solitos,}
^{ait Athenaeus, III. p. 113.}
^{"Ἄρτος panem, λάγανα placentam sonat. H.}

^{s. Speustici) Α σπεύδω, ac-}
^{celero: quod nec fermentum}
^{apponitur, nec caelit aqua:}
^{sed statim subacta farina}
^{igni committitur. Is}
^{esse videtur, quem Cato,}
^{74. depesticum vocat: Pa-}
^{nem depesticum sic facito. Ma-}
^{nus, mortariumque bene lau-}

ne, ut furnacei ^{u.}, vel artopticci, aut in clibanis coqui; non pridem etiam e Parthis ⁱ inuectus quem aquaticum vocant, quoniam aqua ^{x.} trahitur, ² tenuem et spongiola inanitatem, alii Parthicum. Summa laus filiginis bonitate et cibri tenuitate constat. Quidam ³ ex ouis aut lacte subigunt. Butyro ^{y.}

^{1.} sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. inuecto Gr. et Al.
² a renu. Turn. ad ren. et spongiosam inanitatem,
Cb. I. ^{3.} sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. quidam
ouis. Gr. et Al.

20. Farinam in mortarium indito; aquae paulatim addito, subigitaque pulcre: ubi bene subegressi, defingito, conquitoque sub testu. H.

^{t.} A coquendis ratione) Coquitur nunc in cribano, siue clibano, vulgo tartiere, unde clibanites, Latinis sub testu: nunc in furno, τῷ ιπνῷ, vnde furnaceus, ιπνίτης, qui et ξαμνίτης. Diaphilo apud Athen. Clibanus furnaculus est ferreus, aeneus siue, aut testaceus, in quo pruna subiecta, vel superne congesta panificium coquitur. Artoptia Varroni apud Nonium. Cocula testa sub qua in foco calfacto panis coquitur, cinere, et prunis superiectis. Cineritium, τεΦείτην, eum panem quidam vocant. Est et panis escharites, craticulae similis, vulgo escaleze ou gaufre, et obelias, veluti τοῖς ἔβελοις, veruculis virgatus, vulgo oblies, quorum

Plinius non meminit. Sub cocula coctum panem auctor Moreti describit his duobus versibus: Infer, inde foco (Scybole mundauerat apium Ante locum) testisque regens superaggerat igneis. Alii, testa, vel testaque. Dal.

^{u.} Furnacei) Qui in furnis coquuntur ιπνίται appellat Tryphon apud Athen. III. p. 108. ἀρτοπτίκιοι apud eundem p. 113. nomen habent a vase, siue testo, in quo ii excoquebantur, quod et ἀρτοπτέοι et ἀρτοπτῆν vocabant. Pollux L. X. Denique ιερίζαντην (sic enim Attici pronunciant apud eundem Athen. p. 109.) in clibanis coctum vocant, hoc est, in furnaculo ferreo, aeneone, siue testaceo, in quo pruna subiecta, vel superne congesta panificium coquitur: vulgo vne Tartiere. H.

^{x.} Aqua irabitur) Dum in panificium massa subigitur,

vero gentes etiam pacatae, ad operis pistorii genera
ra transeunte z. cura. Durat sua Piceno in panis
inuentione gratia, ex alicae a. materia. Eum no
uem diebus macerant b.: decimo ad speciem c. tra
ctae d. subigunt vuae passae succo: postea in furn
nis, ollis inditum, quae rumpantur ibi, torrent:

G 2 neque

i. eo nouem diebus macerato. Turn: eam (fieb. mate
riam) nodi. macerant vuae passae succo: decimo ad
speciem tractae subigunt: postea in furnis, ollis indi
tam, quae rump. igni, torrent, etc. In Ch. vero, cum
nouem, etc. macerato. dec. ad sp. tr. subacto. etc,

tur, aqua plurima addita di
ducitur, protrahiturque: et
ante coctionem leuis spon
giosusque redditur. H.

y. Butyro vero, etc.) Olei, et,
vt ait Cato, vnguinis loco.
Dal.

z. Transeunte cura) Bel
lorum immunes, ad opera
pistoria transferunt curam.
H.

a. Ex alicae materia) Ex
eodem frumentigenere, quo
fit et alica. De pane Pi
centine, Martialis mox ap
pellandus. H.

b. Macerant) Aqua. Pla
centum, inquit Cato cap.
76. sic facito . . Alicam in
aquam infundito, etc. H.

c. Ad speciem tractae) Tra
cta, vt ex Catone liquet, sub
acta manibus farina est, de
psita, agitata, in longum pro
tracta: vt ea agitatione
melius fermentetur. Cato
l. c. Alicam in aquam infun
dito: ubi bene mollis erit, in

mortarium purum indito, sic
catoque bene. Deinde mani
bus depsite: ubi bene subactum
erit, farinae libras quatuor
paulatim addito: id virumque
tracta facito. In qualo ubi
arescant, componoro, etc. Tra
cta neutro genere Cato pro
nunciauit: tractam feminino
no Plinitis. Turnebus Aduu.
XXII. 10. p. 775. putat esse
quam Tarram vulgo vocant,
cui minime nos assentimur.
Vide Rob. Constant. in Le
xico, verbo Τρακτόν. H.

d. Tracta) Placentae pars
ima, et veluti fundamentum,
solum dicitur, Graecis τὸ
ναπόγιον: quae vero solo
imponuntur vel e farina,
vel ex alia quavis materia
ficta, tracta vocant: τρακ
τάζειν, massam pinfendo
et subigendo manibus agi
tare, et trahere, vt ea tra
ctatione melius fermentetur,
ac concorporetur rerum
miscellanea varietas. Dal.

neque est ex eo cibus, nisi madefacto: quod e. fit
laete maxime mulso.

XXVIII. Pistores f. Romae non ² fuere g. ad
Persicum usque bellum, annis ab Urbe condita su-
per DLXXX. Ipsi h. panem faciebant Quirites: mulie-
rumque i. ³ id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis
gen.

i. laete maxime, aut mulso. Vet. 2. sic ex MSS. em.
Hard. conf. Ch. fuerunt Gr. et Al. 3. id opus ma-
xime erat. Ch.

e. Quod fit laete mulso)
Hoc est, melle admixto. Eo
laete madefactus panis tur-
gebat eximie, et erat sic in
deliciis, Martialis, XIII. ep.
47. cuius lemma, *Panes Pi-
centini: Picentina Ceres ni-
neo sic nectare crescit, Ut le-
uis accepta spongia turget
aqua.* H.

f. Pistores Romae) Pistor
a pinsendo. Pinsere ἀπὸ
τε πτίσσειν, eliso, r, vt in
πτέρην, perna: πτερός Ae-
lice, penna. Dal.

Pistores Romae non fuere)
Des Boulangers. Varro in τα-
Φῆ Μενίππεις, referente
Nonio: Nec pistorem ullum
noſſent, niſi eum qui in pistri-
no pinſeret farinam. Et L.
I. de vita pop. Rom. Nec pi-
ſtoris nomen erat, niſi eius
qui far pinſebat, hoc est, mo-
lebat. Nam, vt Festus ait,
Pistum a pinsendo pro molis-
tum antiqui usurpabant. Sic
Plautus pistor fuit, quum
molas trusatiles versando
op̄eram locaret. Minutius

Felix: Octavius homo Plau-
tinæ prosopiae, vt pistorum
praecipuus, ita postremus Phi-
losophorum. Aevo tamen
subſequente, florente Rep.
ac deinceps, pistores, vt no-
rum est, ἀγτοποιοὶ appellati.
Apud Plautum sane, co-
quum faepius, pistorem
numquam offendas, niſi
pro eo qui far pinsit, hoc
est, qui molit. H.

g. Ad Persicum) Usque ad
bellum cum Perseo Macedo-
num rege, quod quidem tam
illius, quam totius Macedo-
nici imperii clade ac feruitu-
te finitum est, A. V. C.
DLXXXVI. Macedonia in
prouinciae formam cedente.
H.

b. Ipsi panem faciebant,
etc.) Haud multis annis post
imperium conditum. Alex.
c. II. L. III. Dal.

i. Mulierumque id opus
erat) Pistrices eiusmodi fe-
minas vocabant. Lucilius
apud Festum: *Pistricem va-
lidam, si nummi suppeditabunt,*
Addas

gentium. ¹ Artoptam *k.* Plautus appellat in fabula, quam Aululariam scripsit: magna ob id ² concertatione eruditorum, an is versus Poëtae sit illius: certumque fit, A. Atteii Capitonis ³ sententia, ⁴ coquos *l.* tum panem lautioribus coquere solitos: pi-

G 3

stores.

- 1. Artoptasiam. Ch.*
- 2. cum certatione. Ch.*
- sententia coquos tum panem. Turn. tostum pan. Ch.*
- 4. tostum panem elisa voce coq.. Gr. et Al.*

*Addas empleuron, mamphulas
quae sciat omnes. Mamphula,
panis. Syriacus lautissimus.
Varro ēv ταΦη Μενίππες, Nec pistorem ullum
nossent, nisi eum qui in pi-
strino pinseret farinam. Idem
L. I. de vita P. R. Nec pistoris
nomen erat, nisi eius qui ruri
far pinsebat, nominati ab eo
quod pinseret. Nonius. Dal.
k Artoptam Plautus, etc.)
Locus Plauti citatus a Plini-
o est in Aulularia. *Ego hinc artoptam ex proximo
vtendam puto.* Quidam ineptissime panificam mulie-
rem *Artoptam* exponunt.
Artopta vas fuit, in quo pa-
nis tostus, siue Artopticus
coquebatur. Hoc autem vas
quum in Quiritium aedibus
esset, argumentum est ipsos
sibi panem coxisse. Panis
certe a ratione diuersa co-
quendi, tria genera fuerunt
Athenaeo, furnaceus, cliba-
nites siue testaceus, artopticus.
*Dal.**

*Artoptam Plautus) In Au-
lularia, Act. II. sc. 9. v. 4.*

*Ego hinc artoptam ex proxi-
mo vtendam puto A Congrione.
Vas illud fuit, vt diximus,
in quo panis tostus coque-
batur. In MSS. tamen Pli-
nianis omnibus, *Artoptasiam*
hoc loco legitur: vt pro
muliere panifica accepta ea
vox a Plinio videatur, de-
sumptaque ex alio quopiam
Plauti versiculo, qui ex ea
fabula nunc exciderit: vel
pro ipsa arte coquendi, vt
Fulvio Vrsino visum, in ap-
pendice ad lib. P. Ciacconii,
de Triclinio, p. 160. H.*

*l. Coquos tum) Ita recte
Turnebus emendauit, Adua.
XXVIII. 42. p. 1027. quum
prius legeretur, *tostum*. In
R. 2. *costum*. Non placet
Fuluii Vrsini coniectura l. c.
legentis, *testu panem*: et si
Vossius approbat in Etymo-
logico. Quos pistores scili-
cket posterior appellavit ae-
tas, prisca coquos vocitabat,
Festus: *Coquum et pistorem
apud antiquos eundem fuisse
accipimus. Naeuius: Coquus
inquit, edit Neptunum, Ve-
nerem,**

storesque tantum eos, qui far pisebant, nominatos. Nec coquos vero habebant in seruitiis, eosque ex macello conducebant. Cibrorum genera
¹ Galli e setis equorum inuenere, Hispani e lino
² excussoria m. et pollinaria, Aegyptus e papyro atque iunco.

XXIX. Sed ³ inter primita dicatur et aliciae ratio, praestantissimae saluberrimaeque: ⁴ quae palma frugum indubitata ⁵ Italiam contingit. Fit sine dubio et in Aegypto, sed admodum sfernenda. In Italia vero pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoque agro: in Campania ^{n.} tamen laudatissima. Campus est subiacens montibus nimbosis, totis quidem ^{XL}. M. passuum planicie. ⁶ Terra eius (vt protinus soli natura dicatur) puluerea summa, inferior bibula, et pumicis vice ⁷ fistulosa: montium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbræ percolat atque transmittit: ⁸ nec dilui o.

aut

^{1.} Galliae sevis equor. inuen. Hispaniae lino. Ch. ^{2.}
 excussoria pollinaria. Dal. ^{3.} inter haec pr. Dal.
^{4.} sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. quam palmam fr. ind. Italia cont. Turn. quae palmae fr. ind. Italiae contingit. Vet. indubitanter. Gr. et Al. ^{5.} Italiae contingit. Ch. ^{6.} Gratia terrae eius. Vet. Terra eius prouinciae. Alii. Turn. ^{7.} sic ex MSS. em. Hard. fistulans. Gr. et Al. ^{8.} nec dilui madore vult.

nerem, Cererem, Significat per Cererem, panem: per Neptunum, pisces: per Venerem, olera. H.

^{m.} Excussoria) Excussoria sunt, quae ad excutiendam farinam facta: pollinaria, quae ad purgandum pollinem. H.

^{n.} In Campania) Hinc aliariae meretrices, et alicario-

rum pistrina in Campania, auctore Festo. H.

^{o.} Nec dilui aut madere, etc.) Nec opus aqua habet, qua diluatur, vt facilior culturae sit, cum bibula, puluerea, fistulosa, colono pareat, et aratro. Dal.

Nec dilui aut madere) Ne si in lutum abiret, non tam facilis esset culturae. H.

aut madere voluit ¹ propter facilitatem culturae.
² Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit,
 sed ³ temperat, et concoquens intra ⁴ e vice p. suc-
 ci continet. Seritur q. toto anno, panico semel,
 bis farre. Et tamen ⁵ vere segetes ^{r.}, quae inter-
 quieuerunt, fundunt rosam odoratiorem satiuam: adeo
 terra non cessat parere. Vnde vulgo dictum,
 Plus ^{s.} apud Campanos vnguenti, quam apud cete-
 ros olei fieri. Quantum autem vniuersas terras
⁶ campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars
 eius, ⁷ quae Laboriae u. vocantur, quem Phle-

G 4

graeum

- ^{1.} felicitarem. Ch. ^{2.} Eadem igitur accep. Vet. ^{3.}
 temperare concoq. Ch. ^{4.} vice fusi Turn. et Ch.
^{5.} vere, cum segetes interquieuerunt, fundit. Vet. ^{6.}
 circumcampanus. ^{7.} quae Leborine. Vet. et bic
 et mox.

p. Vice succi continet) MSS.
 emnes, vice fusi. H.

q. Seritur toto anno) Strabo idem Graece, V. p. 242.
 de Campaniae agro: Ισορείται δὲ εὐα τῶν πεδιῶν
 σπειρεσθαι διέτεις, δις μὲν
 τῇ ζέα, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμα.
 τίνα δὲ καὶ λαχανευεσθαι
 τῷ τετάρτῳ σπόρῳ. Traditum memoriae est quaedam
 Campaniae arua toto anno
 conseri: bis Zea: tertium pa-
 nico: quaedam etiam quarto
 satu olera producere. Vbi
 far appellauit zeam perspi-
 cue Strabo. H.

r. Segetes) Segetes hic ipsa
 humus est, quae ad acci-
 piendum semen apta est.
 Haec Plinius ait in eo tra-
 etu, quum interqueruit a

frugibus, sponte rosam fun-
 dere, quae sit odoratior sa-
 tiua. H.

s. Plus — vnguenti) Quoniam
 rosa in vnguenta
 transeunt. H.

t. Campus Campanus) Stel-
 latem vocat Liuius L. IX.
 Dal.

u. Quae Laboriae vocantur) Quoniam Capuam Romani
 bis euertissent, ad vitandam
 eius nominis inuidiam, Cam-
 panii Leborinos, vocari se
 maluerunt. Falluntur qui
 putant Laborias dictas, quod
 in eo agro colendo cum
 fructu labor impendatūf.
 Dal.

Quae et Laborine) Plinius
 III. 9 Ibi Laborini campi
 sternuntur, et in delicias ali-
 cae

graeum *x.* Graeci appellant. Finiuntur *y.* Laboriae via ab utroque latere Consulari, quae a Puteolis, et quae a Cumis Capuam dicit.

z. Alica *a.* fit *e zea*, quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila *b.* lignea: *ne lapi-*

i. sic ex MSS. em. H. conf. Ch. nam lapidis duritia congeritur Gr. et Al.

cæ populatur messis, Vide quae ibi diximus in Notis. H.

x. Phlegraicum) Phlegraemum vocant ἀπὸ τῆς Φλέγειν quod toto illo tractu paissim ignis emicet, scaturiant calidi fontes, sulphur conficiatur, tanquam accenso sub terris sulphure deflagret ea regio: illuc pugnasse cum gigantibus Herculem narrant, gente fera, et in peregrinos faeuissima, ac inter praeliadum tonuisse crebro, iactaque de caelo fulmina, vnde fabulae occasio. Alii id gestum ad Pallenen Thraciae, quae et Phlegra vocata est, malunt. Rhod.

c. 38. XXX. Dal.

y. Finiuntur Laboriae via) Vetustissima Capuanorum monumenta agrum Laborinum a Capua usque Auer-sam protendi scribunt. Eius pars est ager, quem incolae vocant, te Mazzonirosso. Dal.

Finiuntur) Laborini campi finiuntur, inquit, utrumque via gemina Consulari: quarum altera a Capua Puteolos, altera Cumas ducebat. Plinium hoc loco carpit immerito Cluerius, Ital.

Ant. IV. 2. H.

z. Alica fit e zea) Supra c. 8. huius libri, et infra, c. 24. L. XXII. Dal.

Alica) Alica Plinio genus sorbitonis ac pultis est, cuiusmodi fere nos ex oryza conficimus. H

a. Fit e zea, quam semen) S. 19. Zeam Strabonis farrem esse Plinianum iam ante monuimus. Idem Strabo l. c. fieri alicam e tritico ait in hoc ipso Campaniae tra-ctu, omni oryza potiorem: Λέγω δὲ τὸν πύρικον σῖτον, εἰς τὴν ὁχόνδρος κρείττων ὡν πασης καὶ ὁρμής. Diosc. II. 118. e zea: Ο δὲ χόνδρος γίνεται μὲν ἐπ τῆς καλεμένης διούκτης ζέας, etc. H.

b. In pila lignea) Pila, siue mortarium, un mortier, vas concavum, quo antiqui siccata frumenta pinsabant, ac contundebant. Cato, 14. in rustico instrumento re-censer, paululum latam pilam, ubi triticum pinsant, unam: fulloniam unam: et c. 10. Pilam ligneam unam, fullonicam unam dixerat. Marcell. Empir. c. 26. ad calculosos: Hoc medicamen-tum, inquit, tunditur vel com-

lapidis c. duritia conterat. ⁱ Nobilius, vt notum est, pilo, vinctorum poenali opera. Primori d. inest pyxis ferrea. Excussis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata conciditur e. medulla. Ita sunt f. alicae tria genera: minimum g., ac secundarium: grandissimum h. vero aphaerema i. appellant. Non dum habent candorem suum quo praecellunt: iam tamen Alexandrinae praferuntur. Postea (mirum dictu) admiscetur creta, quae transit k. in corpus, coloremque et teneritatem affert. Inuenitur haec inter Puteolos et Neapolim, in colle

Leuco-

i. Nobilior. Vet. sub. alica. componitur in pila lignea, et pilo ligneo. H.

c. Nam lapidis duritia conteritur) Vel lapides duritia, in Vet. exemplari, et verbum Conteritur cum maiore litera scriptum, initium praefat sequentibus: et pro verbo quod sequitur, nobilius, mobili praefert antiquum exemplar. Pint.

Ne lapidis) Ne duritia lapi-
deae pilae, ferreique pili
farinae in modum grana con-
terat: quae nunc satis est ita
contundi, vt suis tunicis, aut
folliculis spolientur, solaque
medulla supersit, detritis
vtriculis. H.

d. Primori) In extrema
pili ferrei parte. H

e. Conciditur medulla) Non
conteritur, vt farina, ad
laeuorem usque: sed in par-
ticulas quaternas, quinasue
grana singula franguntur.
Concasser. H.

f. Ita . . tria genera) In-
fra, quod in farinario cribro
primum remansit, grandissi-
mum est: quod arctiore de-
inde cernitur, secundarium
vocatur: quod angustissimo,
cribrarium ac minimum.
Nunc vero grandissimum ali-
cae genus appellatur, quod
leuiter tusum est, cui excus-
sae modo sunt tunicae: se-
condarium, medulla ipsa in
crassiores partes concisa:
minimum, in tenuiores. H.

g. Minimum ac secunda-
rium) Quod praestantissi-
mum. Dalec.

h. Grandissimum vero, etc.)
Cassius c. 7. L. III. Dat.

i. Aphaerema) ΑΦΑΙΡΕΜΑ, forte a cortice, seu tunicis
zeae ablatis. H.

k. Transit in corpus) Nem-
pe in corpus et naturam ali-
cae, cui colorem et teneri-
tatem affert: Sic in fine hu-
iūs sectionis, candorem ali-
cae,

Leucogaeo *l.* appellato. Exstatque Divi Augusti decretum, quo *1* annua *m.* vicena millia Neapolitanis pro eo numerari iussit e fisco suo, coloniam deducens Capuam. Adiecitque *n.* causam *2* afferendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine *o.* eo metallo posse. In eodem reperitur et sulphur: emicantque *p.* fontes *3* Oraxi oculorum claritati, et vulnerum medicinae, dentiumque firmitati.

3. Alica *q.* adulterina fit maxime quidem e zea, quae in Africa degenerat. Latiores eius spicae, nigrioresque, et *4* breui stipula. *5* Pisunt cum arena, et sic quoque difficulter deterunt vtriculos, fitque *r.* dimidia *6* nudi mensura. Posteaque gypsi *s.*

pars

1. anno ad vicena. *M. V.* annua ducena. *Ch.* *2.* offerendi. *Alii, præbendi.* *3. Araxi. Turn.* et *Ch.* *4. breuis. Dal.* *5. pinsunt. Dal.* *6. modii. V.* *nudae, Alii sub. alicae. Alii, nudi grani intelligunt.*

cae conferre lactis incoeti mixtura vice cretae dicitur.
H.

l. Leucogaeo) A terrae seu cretae albedine id ei colli nomen. Hodie *la Lumera.* Vide Camill. Pellegrin. in Campan. Felice, p. 245. et 266. H.

m. Annua vicena) In MSS. anno aduicena. Forte annua ducena. H.

n. Adiecirque causam afferendi) Si verbum afferendi Plinianum est, quod dubito magis est ut legatur auferendi Pint.

o. Sine eo metallo) Quidquid e terrae visceribus efoditur, id metallum dicitur.

Multa affert exempla Rosweydis noster, in Nott. ad Paullin. p. 859. H.

p. Fontes Oraxi) MSS. Araxi. H.

q. Alica adulterina) Prorsus hunc alicae conficienda modum Geop. Auctor expressit, III. 7. p. 90. tit. Χόνδρου ποιήσις. H.

r. Fitque dimidia nudi mensura) Dimidio maior, quam si prorsus nudatum esset. Dal.

s. Fitque dimidia) Nudati tunicis suis grani mensura dimidio minor est, quam erat circumuestiti. H.

t. Gypsi) Tenuissime cri brati. Geop. aust. l. c. H.

pars quarta inspargitur: atque ut cohaesit *t.*, farinario *u.* cribro subcernunt.^{no} Quae in eo remansit, exceptitia appellatur, et grandissima est. Rursus quae ¹ transit, arctiore cernitur, et secundaria vocatur. Item cribraria, quae simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, et tantum *x.* arenas transmittente. Alia ratio ubique adulterandi. Ex tritico candidissima et grandissima eligunt grana, ac semicocta in ollis, postea arefaciunt Sole ² ad initium *y.*, rursusque leuiter aspersa molis frangunt. Ex zea pulcarius, quam ex tritico, ³ fit granum *z.*, quatinus *a.* id alicae vitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis invecti mixtura confert.

XXX.

- i. transit. Dal.* *2. ad indicium. V.* *ad initium. Ch.*
3. fit granatum. M. et Ver. *Turn. tragum.*

t. Ut cohaesit) Vbi cum farina probe permixta est, et in vnum corpus veluti coit. H.

u. Farinario, etc.) Lepide Plautus in Pseud. in lento et tardius ambulantes: Nam iste quidem gradus succretus est cribro pollinario, Nisi cum pedicis condidicisti sic oggrasari gradu. Dal.

x. Et tantum arenas) Admixtas scilicet, ut dictum est prius: *Pisunt cum arena, etc.* H.

y. Ad initium) MSS. R. Colb. Chiff. *ad initium. Forte, ad motum.* H.

z. Fit granum) Graneae triticeae confectionem docet Cato c. 86. Sic autem vocat ptisanam triticeam, pultemue ex ea paratam. Dal.

Fit granum) Vel potius graneum, quod pultis vel ptisanae genus e tritico fuisse videtur. Vide N. et Em. N. XI. (hic pos.) *Ex zea* MSS. R. 1. Colb. 1. *granum*. R. 2. et Thuan. *gracum*. Colb. 2. omnium optime, *granaeum*. Cato, c. 86. *Graneum triticeam sic facito: Se-libram tritici puri in moriarium purum indat, laueaque bene, corticemque deterat bene, eluatque.* Postea in olam indat, etc. Turnebus Aduu. II. 42. p. 1027. legendum putabat, *Fit tragum.* Sed de tragiam superius pronunciatum a Plinio est, s. 16. *Simili modo e tritici se-mine tragum fit, etc.* H.

a. Quamvis id alicae) *Quamvis haec sit alica inferioris* *notae*

XXXI. (XII.) b. Sequitur natura leguminum, inter quae maximus honos c. fabae: quippe ex qua tentatus sit etiam panis. Lomentum d. appellatur farina ea, aggrauiaturque e. pondus illa, ² et omni legumine. ³ Iam vero f. et pabulo ⁴ venalis fabae multiplex usus omnium quadrupedum generi, praeципue homini. Frumento g. etiam miscetur apud plerasque gentes, et maxime h. panico solida, ⁵ ac deli-

i. far. eius (sic et Ch.) aggr. tritici pond. Dal. 2.
sic ex MSS. em. Hard. conf. Turn. et Ch. ex omni.
Gr. et Al. 3. iumentorum. Dal. 4. venalis.
Fabae. Gr. et Al. 5. aut del. Dal.

notae, minusque nutriat.
H.

b. Ad inscr. de leguminibus) Theoph. cap. 6. et 7. L. VIII. hist. Columel. c. 7. L. II. Dal.

c. Honos fabae) Vide infra, L. XXII. c. 25. et Theoph. c. 18. L. II. causs. et Columel. c. 10. L. II. Satur. et Cassius c. 33. Dal.

Fabae) Quae faba veterum fuerit, haud ita est procline statuere: palam enim est non esse eam quam eo nomine vulgus indigitat, Féue: cui faseli nomen accommodari verius censet Diodonaeus, Pemt. 4. L. II. c. 505. Certe Graecorum νύαυον, Latinorumque fabam, et rotundam esse, et exiguae molis, ex variis antiquorum testimoniis perspicuum est: quae dos vtraque a faba nostra vulgari abest. H.

d. Lomentum) Vide quae adnotata sunt infra L. XXII. ad c. 25. medium, verbis illis, Lomenti quoque etc. Dal.

Lomentum) Farina fabacea ἐρέγμινον ἀλευρον, et ἀλευρον.. H.

e. Aggrauiaturque pondus) Frumenti, vel panici, cui immiscetur in panificio. H.

f. Iam vero et pabulo) Pellicerius coniiciebat in Nott. sinceriorem forte lectionem fore: Iam vero et pabulo venalium, fabae multiplex usus, etc. Nos vix assentimur. H.

g. Frumento etiam miscetur) Etiam hodie Alpini Allobroges miscere solent. Dal.

Frumento) Quem morem hodieque Allobroges tenent, ut fiat solidior panis. H.

h. Et maxime panico) Vide quae diximus. s. 25. H.

delicatus *i.* fracta. Quin *k.* et prisco ritu ¹ fabacia *l.*
suae religionis Diis in sacro *m.* est, praeualens pul-
mentari *n.* cibo, et hebetare *o.* sensus existimata, ins-
omnia quoque facere. Ob haec *p.* ² Pythagorica
sen-

*1. fabata sue. Turn. et Ch.
tiae.*

i. Delicatus) Leuius, mol-
liusque fracta, nec in tenuem
omnino farinam. *H.*

k. Quin et prisco ritu, etc.)
Carnae Deae, Iani vxori,
qua vitalibus humanis praef-
esse credebatur, in Coelio
monte, fabaria pulte et la-
rido, quoniam iis rebus vis
corporis maxime conserua-
tur, a P. Rom. Calendis Iuniis (quas fabarias vocabant)
sacrificabatur. Sunt autem
eo tempore fabae adultae,
et ideo adhibebantur. Sa-
crum id primus instituit Iu-
nius Brutus Tarquinio pul-
so. Macrobius. c. 12. L. I. Sa-
tur. Nonius in dictione Ma-
cto. Rhod. c. 8. IX. Alex. ab
Alex. 22. II. *Dal.*

l. Fabaria) A iactandis fa-
bis deducta vox, ut suspicari
quidem licet ex eo Varro-
nis loco, de vita populi Rom.
ap. Nonium I. 2. p. 513.
Quibus temporibus, inquit,
in sacris fabam iactant no-
atu, ac dicunt se Lemures do-
mo extra ianuam iacere. Fa-
bacia pulte Carnae Deae,
Iani vxori, sacrificari solitum,
Calendis Iuniis, quas faba-
rias appellabant, auctor est

*2. Pythagoricae senten-
ciae.*

Macrobius, Saturn. I. 12.
p. 247. hunc ritum instituente
Tarquinio post exactos
reges. In MSS. R. Colb.
Thuan. non *fabacia*, sed
fabata legitur: et Graeci
recentiores fabas coctas ho-
dieque Φάβατον vocant:
et pultem fabatam Festus
appellat, verbo *Refriua*. Api-
cius tamen V. 6. Fabacias
virides, fabacias frietas, fa-
bacias Baianas in obsonium
parandi modum edocet. *H.*
m. In sacro est) Cato cap.
134. in sacro porcae praecidaeae far, triticum, hordeum,
fabam, semen rapi-
cium adhibet. In Vinalibus
pollucebantur suffimenta ex
faba, milioque molito, et
mulso consperso. *Dal.*

n. Pulmentari cibo) Pul-
mentarii vice. Vide quae
diximus, s. 19. *H.*

o. Et hebetare) Didymus
in Geop. II. 33. p. 69. Οι
δὲ Φυσικοί Φασι τὰς ινά-
μες ἀμβλύνειν τὰς καρδίας
τῶν ἐσθίοντων αὐτάς διὸ
ηγέρει ποτοδίζειν τὰς εὐθυνοε-
ριας νομίζοντας, εἰτὶ γὰρ
πνευματωδεῖς. *H.*

p. Pythagorica sententia)
Fabae

sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea. Qua de causa parentando q. vtique assumitur. Varro et ob haec Flaminem r. ea non vesci tradit, et quoniam in flore eius

lite-

Fabae nomine a Pythagora quidam intellectum ouum putant, quod in eo sit ἡ τῶν ζώων κύησις animalium fertura, ac inde dictum ναυμόν. Par scelus Pythagoras esse dicebat ἐσθίειν ναύρους κεφαλές τε τοκήων. Rhod. 17. XXVII. Gellius c. II. IV.

Cato I §4. Dal.

Ob haec Pythagorica) Pythagorici huiuscēplaciti quae sententia fuit, suse disputatur a Gellio IV. II. p. 296. Facit cum Plinio Apollonius, Hist. comm. c. 46. et Tullius de diuin. I. n. 62 lubet Plato, inquit, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbatione inque afficerat. Ex quo Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescentur, quod habet, inflationem magnam is cibus tranquillitatem mentis quaerentibus contrariam. Et L. II. n. 119. Faba quidem Pythagorici viisque abstinere: quasi vero eo cibo mens, non venier infletur. Trahit alio eam Pythagorae sententiam Plutarch. de educ. puer. p. 12. rursumque in Quu. Rom. p. 286. H.

q. Parentando viisque) In

Leniuribus, quae Maio per trinoctium siebant, fabam nigram lotis manibus pedibusque nudis, per ora versantes, aere tinnientre, post terga reiiciebant. Lemures domo se eiicere clamantes, et ut abirent nouies orantes, expiari sic Manes arbitrati: In parentalibus faba vescebantur: in perwigiliis cicerre: pro ferali coena nudo silici sepulchrorum ossam ex lente imponebant quum inferias soluerent. Alex: ab Alex. 12. II. Non licebat Flaminis Diali fabam aut tangere, aut nominare, quia in eius flore apparent lugubres literae. Festus. Dal.

Parentando) Parentalibus sacrificiis fabas adhiberi solitas, Festus affirmat. Parentalia autem epulæ erant in parentum aut propinquorum funeribus datae. H.

r. Flaminem) Gellius, X. 15. p. 530. ex Fabii Pistoris Annalibus: Fabam neque tangere Diali mos est, neque nominare. Quae verba Festus transscribens, etiam causas adiicit: quod ea putatur ad mortuos pertinere: nam et lemuralibus iacit tur larvus, et parentalibus adhibetur sacrificiis

literae lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio: namque fabam vtique e frugibus s. referre mos est auspicii causa, quae ideo t.¹ referiuia appellatur. Et auctionibus u. eam ² adhibere eam lucrosum putant. Sola x. certe frugum etiam exesa repletur crescente Luna. Aquā y. marina, aliaue salsa non

^{1. sic ex MSS. em. Hard. referina. M. et Turn. et Cb.}
^{refrina. Scal. et Gr. et Al. 2. sic et Cb. ad-}
^{biberi. Gr. et Al.}

eiis, et in flore eius litterae apparere videntur. Vide Erasm. Chil. l. Cent. I. p. 15. Adag. A fabis abstinet. Adde auctorem Geop. II. 33. p. 79. H.

s. E frugibus referre, etc.) Quum seuerant segetes, quoniam inauspicatum erat domo exportasse vt non amplius reddituras, sementi statim facta, auspicii causa fabam statim domum referebant pro frugibus: quod perinde erat, ac si domum eas retulissent: sic ominantes domum reuersuras, nec in agro semper mansuras: Inde fabam referinam vocabant. Turn. cap. 25. L. XIII. Aduers. qui et hic referiuia reponit. Quod si admittimus, legendum potius referinam quam referiuam putat Constantinus. Aelius quidem quum dubitat apud Festum, an a refrigerando vocabulum hoc trahatur, refrina videtur legisse. Sed recte Festus refriua quasi referi-

ua, et referititia vt conditiua, condititius. Vide Scalig. in eum locum. Dal.

t. Quae ideo referiuia) Ita MSS. R. Colb. Th. non refrina Festus: Refrina, (vel referiuia potius) faba dicitur, vt ait Cincius, quae ad sacrificium referri solet dominum ex segete auspicii causa, quasi reuocet fruges. Aelius dubitat an ea sit, quae prolatata in segetem dominum referatur, an quae refrigeratur, quod est, iorreatur. Sed opinionem Cincii adiuuat, quod in sacrificiis publicis, quum puls fabata Diis datur, nominatur refriua. Dictis Plinius adstipulatur. H.

u. Et auctionibus) Et in venditionibus publicis, si faba simul proponeretur venalis, lucrum ex ea re, et ex eo omne, maximum futurum putabant. H.

x. Sola certa) Didymus l. c. Φησὶ δὲ τὸν κυάμον ἐνθρωπέστα ἀναπληρεῖσθαι πάλιν τῆς σελήνης αὐξεμένης. H.

percoquitur. Seritur *z.*, ante Vergiliarum occasum leguminum prima, ut antecedat hiemem. Virgilius *a.* eam per ver seri iubet, Circumpadanae Italiae ritu. Sed maior pars *b.* malunt fabalia *b.* maturae satiōnis, quam trimestrem *z.* fructū. Eius namque siliquas caulesque *z.* gratissimo sunt pabulo pecori. Aquas *c.* in flore maxime concupiscit: quum vero defloruit, exiguae desiderat. Solum *d.*, in quo sata

est

z. Maunt. Ver. *z.* fructū. Eius utique siliqua caulisque, Dal. trimestrem fructū eius. Nam siliquae Gr. et Al. *z.* gratissimi sunt pabuli. M.

y. *Aqua marina*) Didymus *l.* c. Et pisa nos obseruauimus puteana etiam aqua vix, fluiiali haud aegre coqui. H.

z. Seritur ante) De Vergiliarum occasu, l. 59. Pallad. L. XII. in Noub. tit. I. p. 61. In principio Nouembri fabam spargimus, etc. H.

a. Virgilius) Georg. L. I. Vere fabis satio. Seneca

Epist. 87. An eo tempore (vere) ista ponenda sint, et an utriusque (fabae et medicae) verna sit satio, hinc aestimes licet. Iunius mensis est, quo tibi scribo, item procliuis in Iulium. Eodem die vidi fabam merentes et fabam serentes. Dal.

Virgilius) Georg. l. 215. Vere fabis satio. Extremo mense Iunio fabam seri eodem die metique, visum a se Seneca prodit, ep. 87. H.

b. Fabalia) Siliquas fabales, seu grandiores culmos,

ex quibus siliquae pendent. Colum. II. 10. de faba: Post brumam parum recte seritur: pessime vere: quamuis sit etiam trimestris faba, quae mense Februario serazur... sed exiguae paleas, nec multam siliquam facit. Veteres itaque rusticos plerumque dicentes audio, malle se matura fabalia, quam fructum trimestrem. H.

c. *Aquas in flore*) Theophr. Hist. VIII. 6. H.

d. Solum, in quo) Theophr. Hist. VIII. 9. Colum. II. 10. p. 57. Sunt etiam qui parent in aruis hanc eamdem vice stercoreis fungi: quod sic ego interpretor, ut existimem non sationibus eius pinguefcere humum, sed minus hanc quam cetera semina vim terrae consumere. Nam certum habeo frumentis viriliorem agrum esse, qui nihil, quam qui istam siliquam proximo anno rulevit.

est, laetificat stercoris vice. Ideo e. circa Macedoniam, Thessaliamque, quum florere ¹ cepit, vertunt arua. Nascitur et sua sponte plerisque in locis, sicut septemtrionalis Oceani insulis, quae ob id nostri Fabarias f. appellant: Item in Mauretania silvestris passim, sed praedura, et quae percoqui non possit. Nascitur g. et in Aegypto spinoso h. caule: qua de causa crocodili oculis timentes refugint. Longitudo i. scapo quatuor cubitorum est, amplissima crassitudo k.: ² nec genicula l. habet, molli calamo: simile m. caput papaueri, colore roseo:

in

i. sic ex MSS. em. Hard. cons. Cb. incepit. Gr. et Al.

². intogenicula esset molli calamo similis. Cap. pap.

Cb. ampl. crassitudo digiti, in genicula abessent, molli calamo similis. Caput papaueris, etc. Turn.

rit. Vide etiam Pallad. in Noub. tit. I. p. 161. H.
e. Ideo circa) Theoph. l. c. H.

f. Fabarias) De his dictum est IV. 17. H.

g. Nascitur et in Aegypto) Haec Theoph. Hist. IV. 10.

quae transscripsit Athenaeus III. p. 72. A solo, in quo prouenit, faba Aegyptia vocatur: sed colocasiam esse caue credas. H.

h. Spinoso caule) Theoph. l. c. non caule spinoso dixit, sed radice spinosa. Ἰσχυρὰ

γὰρ οὐ εἶτα, καὶ εἰ πόρρω τῆς τῶν καλαμῶν, πλὴν ἐπανανθίζεται καὶ ιρονόδειος Φεύγει, μὴ προσκόψῃ τῷ ὀφθαλμῷ, τῷ μὴ ὄξῳ καθορᾶν. Legisse Plinius vi-

Vol. VI.

detur apud scriptores alios, ηνωλὸς δὲ ἐπανανθίζων. H.

i. Longitudo) Theoph. l. c. H.

k. Crassitudo) Digitalis, πάχος δὲ δαντυλιαῖος. Theophr. H.

l. Nec genicula habet molli calamo) Octona genicula habent, sed molli calamo, in codice antiquo. Pint.

Nec genicula) Non habet genicula, sed calamum molle: ὄμοιος δὲ καλάμῳ μαλακῶ ἀγονάτῳ Theophr. H.

m. Simile caput papaueri, etc.) Caput simile vesparum rotundo fauo: flos duplo maior quam papaueris, colore omnino roseo, Theophr. In medio cuiusque fabae ama-

H

rum

in eo fabae non supra n. tricenas : folia ampla : fructus ipse amarus ¹ et odore : sed radix o. perquam ² lauta incolarum cibis, cruda p., et omnino decocta; ³ arundinum radicibus similis. Nascitur q. et in Syria, Ciliciaque, et in Torone Chalcidis lacu.

XXXI. ⁴ Ex leguminibus autem r. Nouembri feruntur s lens: et in Graecia pisum. Lens r. amat solum tenue magis, quam pingue, caelum utique siccum. Duo genera eius ⁵ in Aegypto t., alterum rotun-

1. et inodorus. Dal. 2. lata. Turn. 3. arundi-
nis radice crassissima crassior. Theophr. 4. Ex leg.
aut vomere ser. lens et pisum. Alii. Ex leg. Nouembr.
ser. etc. Turn. Ex leg. autumnio vere ser. Cb
lens in Graecia et pisum. Vet. 6. in, d. in M.

rum quidpiam et viride est,
contortum, e quo faba sata
caulis prodit laudatum Dio-
scoridi, Galeno, Celso ad
oculorum et aurium dolores,
non autem faba tota amara.
Dal.

Simile caput) Flos scili-
cer. Τὸ δὲ ἄνθος δίπλασιον,
ἡ μήκωνος χρῶμα δὲ ὄμοιον
ἔρδων κατανοεῖς. Theop. H.
n. Non supra tricenas)
Πλῆθος δὲ οἱ πλεῖστοι τριά-
κοντα. H.

o. Sed radix) Theop. 1.
c. et Athen. H.

p. Cruda et omnino deco-
cta) In codice antiquo, cru-
da et omni modo cocta. Pint.

q. Nascitur et in) Theophr.
et Athen. ll. cc. H.

r. Autem Nouembri) Vide
N. et Em. N. XII. (hic coll.)
Ex legumin.) In MSS. R. Colb,

Thuan. Ex leguminibus au-
tumno vere feruntur, forte
pro autumno et vere. Nam
lentis duas sationes agnoscit
Columella II. 10 Sationes
eius duas, inquit, seruamus;
alteram maturam, per medium
sementim: seriorem alteram,
mense Februario. De Fe-
bruario etiam subscribit Palladius III. in Febr. tit. 4. p.
51. Hoc etiam mense lenticu-
lam seres, etc. H.

s. Lens amat) Ita Colum.
II. 10. p. 59. Lentem semen-
ti media, crescente Luna us-
que in duodecimam, solo tenui
et resoluto, vel pingui et sic-
co maxime loco seri conuenit:
nam in flore facile luxuria et
humore corruptitur. Nostris,
Lentille. Pingitur a Dodo-
naeo, p. 217. H.

t. In Aegypto) De ea len-

rotundius nigriusque, alterum sua figura. *u.* Vnde vario vsu translatum est in lenticulas *x.* nomen. Inuenio apud auctores, aequanimitatem *y.* fieri vescientibus ea. Pisum *z.* in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. Ideo in Italia, et in austeriore caelo non nisi verno tempore, terra facili ac soluta.

XXXII. Ciceris natura est gigni cum *a.* salsilagine: ideo *b.* solum vrit. Nec nisi *c.* madefactum
H 2 pri-

te Virgil. Georg. I. 228. Nec *Pelusiacae cura aspernabere lentis.* Et Martial. XIII. ep. 9. *Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem.* H.

u. Sua figura) Qualis est lenti vulgari. H.

x. In lenticulas) Maculas in facie quas et lentigines vocant: Graeci Φακίας: ut lentem ipsam, cuius a similitudine deductum lenticulae nomen, Φακόν. H.

y. Aequanimitatem fieri vescientibus ea) Hinc Rhod. c. 22. XXIII. *lentos dictos vult. patientes, lenes, minime iracundos, quamuis et pigros, incuriosos, segnes, sic etiam vocent. Dal.*

Aequanimitatem) Auctor Geop. II. 35. p. 71. Ή δε Αιγύπτια Φόκη, εὐθυμίαν παρέχει τοῖς ἐσθίσσοι, Aegyptia lens in cibo sumta laetitiam affert vescientibus ea. Lenticulam videri volunt sic appellatam, quoniam lentes, et lentos, et mode-

ratos reddit eos, qui eam in cibos adhibent. H.

z. Pisum etc.) Colum. II. 10. p. 57. *Similis quoque ratio est pisī: quod tamen facilem et solutam terram desiderat, tepidumque locum, et caelum frequentis humoris. Vulgo, Pois.* H

a. Salsilagine) Nitrosam naturam vocant medici: τὴν ἄλμην Theoph. c. 6. L. VIII. Hist. Dal.

Cum salsilagine) Cum quodam liquore salis, qui ei legumini peculiaris et insitus: quem si nimii imbres abluant, ipsum tabe interit, et ab erucis erosum perit, inquit, Theoph. Hist. VIII. 6. Ερέβινθοι ἀποκλυσθεῖσης τῆς ἄλμης σφανελίζοντες, καὶ υπὸ καυπῶν κατεσθίουσι. Cicer nostris, Pois chiche. H.

b. Ideo solum) Colum. II. 10. p. 60. H.

c. Nec nisi) Colum. I. c. Pallad. IV. in Mart. tit. 4.

pridie, seri debet. Differentiae *d.* plures, magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti simile, vnde ita *e.* appellant, album *f.* nigrumque. ² Est et columbinum, quod alii Venerium vocant, candidum, rotundum, leue, arietino minus

1. sic ex MSS. em. Hard. appellatur: est et album, Ven. vnde ita appellatur album. Gr. et Al. 2. est et orobinum, quod al. Ven. vocant, et cand. Dal. appellant. Ch.

p. 85. et auctor Geop. II.
34 p. 78. H.

d. Differentiae plures) Plinius hoc inconsiderate. Cicerum tria genera. Arietinum, nigrum, Hetruriae frequentissimum: in quo genere nullum candidum est: orobiaeon, columbinum Plinio. malim orobinum aut eruinum, colore, non magnitudine orobi, sicut vrinarum ὄροβοεδῆ μπόσασιν dixit Hippocrates, in cuius specie nullum album est: tertium ἀνὰ μέσον, colore inter nigrum et orobiaeon medio. Praeter haec omnia et album dulcissimum, inquit Theophrast. ἐπὶ πᾶσι; quae voces Plinium fefellerunt, putantem significari, in omnibus generibus album reperiri, quum significant potius, praeter omnia genera memorata candida inueniri. Orobiaeon Columella c. 10. L. II. *Puniceum* vocat, non, ut vulgo legitur, *Punicum* Dal.

Differentiae) Theophrast. Hist. VIII. 5. H.

e. Vnde ita appellatur) Cicer arietinum, Columellae l. c. Theoph. οἵτοι ἔρεβινθοι. Athen. II. p. 54 τῶν ἔρεβινθων τινάς παλέσσει νείσει. Iconem arietini ciceris habet Dodonaeus, p. 515. H.

f. Album, nigrumque) In his regionibus non sunt arietini ciceris differentiae vlliae ex colore: est enim omne ex purpurabnigrum. Neque vero Theophrasti verba ista, quibus similia Plinius hoc loco habet, in arietino genere nigrum candidumque esse persuadent: οἱ δὲ ἔρεβινθοι καὶ... τοῖς χρώμασι, καὶ ταῖς μορφαῖς διαφέροσσιν οἷον οἴνοι, ὄροβιδοι... ἐπὶ πᾶσι δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα. Nam ἐπὶ πᾶσι non in omni genere ciceris, album reperiri significat, sed in omni leguminum genere, vt in cicere, lente, aliisque, album nigro antecellere. H.

minus, quod religio per uigiliis adhibet. Est g. et cicercula minuti ciceris, ¹ inaequalis, angulosi, veluti pisum. Dulcissimum autem id, quod h. eruo simillimum: firmiusque ^{i.} quod nigrum et rufum, quam quod album.

XXXIII. Siliquae *k.* rotundae ciceri, ceteris leguminum longae, et ad figuram semenis latae: piso ² cylindratae *l.*: faveolorum *m.* cum ipsis ³ mandun-

H 3 tur.

i. inaequales angulos habens. M. *2. sic ex MSS. em.*

Hard. conf. Ch. cylindraceae Gr. et Al. *3. manducant. D. mandunt. Ch.*

g. Est et cicercula) Inepte Plinius deceptus nominis Latini similitudine cicerculam, λαθύροις, ciceribus adnumeravit. *Dal.*

Est et cicercula) Dioscoridi II. 126. ἐρέβινθος ὁ ἡμερός, cicer satium, ut dicemus XXII. 72. Colum. II. 10. p. 60. Cicercula, quae piso est similis. *H.*

b. Quod eruo simillimum) Οροβίαν et οροβίαν Graeci vocant. Hoc Ciceris genus Galen. L. VI. Simpl. et reliqui medici, acre, calidum, et amarum esse tradunt; sed arietinum ceteris διερητικώτερον εἶναι. *Dal.*

Quod eruo) Vnde οροβίαν ἐρέβινθος a Theophr. appellatur, ab erui similitudine, quod Graeci οροβόν vocant. *H.*

i. Firmiusque) Theophr. Hist. VIII. 6. *H.*

k. Siliquae rotundae ciceri, -

etc.) Siliquae rotundae ciceri, ceteris leguminum longae, et ad figuram semenis latae: piso Cylindratae: passiolorum cum ipsis manduntur granis. Passiulus λοβός. Vide Salmas. p. 1029. a, b.

Siliquae, etc.) Theophr. Hist. VIII. 5. totidem verbis: Καὶ οἱ καλέμενοι λοβοί, σχεδὸν ἀπόλεθροι τοῖς σπέρμασίν εἰσιν, etc. *H.*

l. Cylindratae) Theophr. κυλινδρωδεῖς, ad similitudinem cylindri. *H.*

m. Faveolorum) Subintellige, siliquae. Faveolos porro eos intellige de quibus egimus XVI. 92. vulgo Féueroles Dioscoridi II. 176 συκλαξηπάχιον est, cuius siliquam cum semine, asparagi modo elixam, oleris instar edi pariter prodidit. Graeci scriptores alii δολίχος et Φασιόλας vocant. Virgilius, vilem favelum, uti ex Plino liquet, faveolos appellante libri huius

tur granis. Serere eos qua velis terra licet ab Idibus Octobris in Calendas Novembres. Legumina, quum maturescere ¹ ceperunt, rapienda sunt, quoniam cito exsiliunt, latentque quum decidere, sicut et ² lupinum: (XII. I.) quamquam *n.* prius de rapis *o.* dixisse conueniat.

XXXIV. In transcurso ea attigere nostri, paucum diligentius Graeci, et ipsi tamen inter hortensia: si iustus ordo fiat, a frumento protinus aut certe faba ³ dicendis, quando *p.* alii usus praestantior ab his non est. Ante omnia *q.* namque cunctis animalibus nascuntur, nec in nouissimis satiant ruris alitum quoque genera, magisque si decoquuntur aqua. Quadrupedes et fronde eorum gaudent. Et homini non ⁴ minor rapaciorum *r.* suis horis gratia

1. sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. ceperint. Gr. et Al.

2. Lego, lupinum. Ad alia transcamus, quamquam prius de rapis, etc. *3.* dicenda, quan. aliis usus praest. quam his. *Dal.* quan. aliorum us. praet. quam horum, etc. Alii, quando alius us. praest. his non est.

Cb. *4.* minor est raparum suis. *Ch.*

ius f. 56. quos poeta faselos vocat. H.

n. Quamquam prius) Quam de lupino dicamus. H.

o. De rapis) Rapa Varroni IV. de ling. Latina, quasi *rrapa*, quod e terra ruantur. Verisimilius etymon a Graeco *ράπις*, Athenaeo L. IX. *Dal.*

p. Quando alii) Quum aliud nullum sit legumen praestantioris usus, quam rapa: de iis statim post frumentum fabamque instituenda videbatur oratio. Rapam

Graecis γογγύλις et γογγύλη, nostris vine Raue. H.

q. Ante omnia) Colum. II.

io. Boies pascunt, inquit, praecipue in Gallia, etc. H.

r. Rapaciorum) Rapiciorum, sub. caulicorum: de quibus Cato cap. 35. ut a laña lanicum, sic a rapa rapicum. Alii raporum folia exponunt. Asparagos raporum mandi etiam scripsit Dioscorides. *Dal.*

Rapaciorum) Rapacia, siue rapicia, cauliculi sunt tenebri raparum, qui decocti sum-

gratia, quam cymarum: ¹ flauidorum *s.*, quoque, et in horreis enecatorum, vel maior quam viren-
tium. Ipsa vero durant et in sua terra seruata: et postea *t.* passa, paene ad alium *u.* prouentum, fa-
mamque sentiri prohibent. A vino, atque messe,
tertius hic Transpadanis fructus. Terram non
morose eligit, paene ubi nihil aliud seri possit.
Nebulis, et pruinis ac frigore *x.* ² vltro aluntur,
amplitudine *y.* admirabili. Vidi *z.* *XL.* libras ex-
cedentia. In cibis quidem nostris pluribus modis
commendantur: durantque ad alia, sinapis *a.* acri-
monia domita, etiam coloribus pieta, praeter suum,

H 4

sex

*i. Et sic quoque. Turn. non admodum opportune. Sic
tamen Ch. flaccidorum Gr. et Al. 2. vltro, in Vet.
d. et M.*

muntur in cibis: sicuti cy-
mae, ipso teste Plinio XIX.
41. sunt brassicae caulinum
teneriores pariter, delicatio-
resque caulinuli. De rapa-
ciis Cato 35. Rapinam et
caules rapicis unde fiant, et
raphanum in loco stercorato
bene, aut in loco crasso serito.
H.

s. Flauidorum) Ita MSS.
omnes; non flaccidorum. Vi-
de quae de voce fluescere,
quae Plinio familiaris est,
concessimus L. XV. 36. H.

t. Postea passa) Subdio sic-
cata. H.

u. Ad alium) Usque ad
aliam messem. H.

x. Ac frigore vltro) Mar-
tial. XIII. ep. 16. Haec tibi
brumali gaudentia frigore ra-
pa Quae damus, in caelo Ro-

mulus esse solet. Adde Ni-
candrum in Georg. II. cuius
carmen recitat Athenaeus
XIV. p. 133. H.

y. Amplitudine) Quoniam
incrementum omne, non in
folia, sed in radicem verti-
tur, ut ait Theoph. Hist. VII.

4. H.

z. Vidi XL.) Matthiolus
in L. II. Dioscor. c. 104. vi-
diffe se innumera scribit,
quae XXX. libras pende-
rent, et quibusdam locis cen-
tenas: magno certe naturae
miraculo, e tam exiguo se-
mine, tribus fere mensibus
tantas radices gigni. H

*a. Sinapis acrimonia domi-
ta*) De conditura illorum
vide Columellam c. 54. L.
XII. Maria condiri tradit
Dioscorides. Dal.

sex aliis, purpureo quoque: neque b. aliud in cibis tingi decet. Genera c. eorum Graeci duo prima fecere, masculum, femininumque, et ea serendi modo ex eodem semine: densiore d. enim satu masculinecere, item in terra difficulti. Semen e. praestantius, quo subtilius. Species vero omnium tres. Aut enim f. in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. Tertiam g. speciem siluestrem appellat. funditur, aut in rot. globatur. Ver.

Sinapis) Ita Nicander in Georg. l. c. H.

b. Neque aliud in cibis tingi decet) Legendum reor pingi non tingi, quia praecessit paulo ante, etiam coloribus picta. Pintian.

c. Genera eorum, etc.) Theoph. c. 4. L. VIII. histor. Dal.

Genera eorum) Theoph. l. c. a quo et Athenaeus accepit IX. 369. H.

d. Densiore enim) Theoph. totidem verbis. Τίνεσθαι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ σπέρματος ἀμφώ. Πρὸς δὲ τὸ ἀποθηλυνεσθαι, πηγνῦναι δὲι μάνας. Εὰν γαρ πυκνᾶς, πάσας ἀπαρέενεσθαι, τὸν αὐτὸν δὲ τροπον, κανὸν ἐν γῆμοχθησάσπαρωσι. H.

e. Semen) Theoph. Βέλτιον λεπτόν. H.

f. In latitudinem) Tale rapi genus, cuius radix oblonga, radiculam nostram imitatur. Itali hodie colunt in hortis. Dal.

Aut enim in) Hanc spe-

ciem Nicander praetermisit: reliquias expressit eo carmine quod Athenaeus recitat l. c. Γούγγλιδος δίστη γὰρ ιδέην ἑαΦάνωο γενέθλη, Μακρή τε, σιφρή τε Φυεντού εν πρασιῆσι, etc. Trihaec raporum genera depicta (vide apud Dalecamp. Hist. V. p. 640. Orbiculatum Galli vocant Naveau rond. H.

g. Tertiam speciem et) Lapsus hic est Pliaii nostri haud dubius, sed memoriae, ob idque venia dignus: nam quod Theophrastus L. VII. c. 6. et Dioscorides L. II. tribuunt lactucae silvestri Plinius rapo silvestris tribuit. Erroris causa fuit, quod de vtroque Theophrastus pariter differit: a quo frequenter in hac plantarum commentatione mutuo accipit Plinius. Eius verba sunt: Rapa vel radice longa et modo raphani breuique caule consistit. Lactuca folio breuior quam sativa est, idque consummatum aculeatur et caule modo

pellauere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, et folio anguloso scabroque, succo acri: qui circa h. messem exceptus oculos purget, medeaturque caligini, admixto lacte mulierum. Frigore i. dulciora fieri existimantur et grandiora k.: teperc l. in folia m. exeunt. Palma n. in Nursino agro nascentibus. Taxatio in libras festertii singuli, et in penuria o. bini. Proxima in Algido p. natis.

XXXV. Napi q. vero Amiternini, quorum ea-
dem

i. purgat, medeturque. M.

modo breviore perficitur. Succum acrem ac medicatum haber: nascitur inter arua: liquatur per messem tritici, et purgare aquam intercutem dicitur, et caliginem arcere ab oculis et argemam auferre cum lacte mulieris. Pintian.

Tertiam speciem) Theophr. Hist. VII. 6. H.

b. Qui circa messem) Et hanc vim lactucae silvestris folio Theophrastus attribuit, l. c. Plinius ex aliis auctori- bus, et raporum succo, qui ex caule exciso excipitur. H.

i. Frigore) Nicander, Georg. II. apud Athen. Theophr. Hist. VII. 4. et Martialis allato paulo ante epigrammate. H.

k. Grandiora) In radicem alimentum verti. Theophr. Dal.

l. Teperc) Austrino tem-
pote incrementum omne et
succus abit in folia, non in
radicem. Theophr. l. c. H.

m. In folia exeunt) In cau-
lem. Theophr. Dal.

n. Palma in Nursino) Co-
lum. in Hortulo: Quin et
Tardipedī sacrī iam rite so-
lutis, Nube noua seritur,
caeli pendentibus vndis, Gon-
gylis illustri mittit quam Nur-
sia campo, Quaeque Amiter-
nīnis defertur būrias aruis.
H.

o. In penuria bini) Bini fe-
stertii, monetae nostrae as-
ses sunt quatēni. Mille
aureis rapum emisse a Con-
none rustico Ludouicum XI.
Regem Galliarum, ferunt.
H.

p. In Algido) Mons est in
agro Tusculano, coniunctus
Albano monti ab urbe Ro-
ma XV. mill. pass' quem ab
algendo dictum Grammatici
volunt. Vide Strabonem
V. p. 257. H.

q. Napi, etc.) Columella
cap. 10. L. II. Dal.

Napi vero) Martialis XIII.
ep.

dem fere natura, gaudent aequae frigidis. Seruntur et ante Calendas Martias, in iugero *r.* sextarii quatuor. Diligentiores quinto *s.* fulco napum seri iubent, rapa quarto, *vtrumque* stercorato. Rapa laetiora *2* fieri, si cum palea seminentur. Serere nudum volunt, precantem sibi et vicinis ferere se. Satus *t.* vtrique generi iustus, inter *u.* duorum numinum dies festos, Neptuni *x.* atque Vulcani. Feruntque subtili obseruatione, quota *y.* Luna *3* praecedens.

1. utroque. Vet. 2. finit. V. 3. procedente. Pint:

ep. 20. cuius lemma, *Napi: Hos Amiternus ager felicibus educat horis Nursinas poteris parcus esse pilas.* Nursinae pilae rapa sunt in rotunditatem globata, de quibus dictum est proxima sectione. Napus Graecis, et Columellae paulo ante laudato, *βενιας*; nostris, *vn Nauet.* Pingitur a Dodonaeo, p. 663. Ut olim porro Nursinis, sic modo Sabaudis rapis Lemouicisque palma tribuitur. *H.*

r. In iugero sextarii) Colum. II. 10. p. 61. H.

s. Quinto fulco) Terram ante quinques arandam, quam napus seratur. Vide infra s. 49. Quarto seri fulco etc. H.

t. Satus vtrique generi iustus) In locis riguis Columella seri iubet a solstitio: sic eis vero ultima parte mensis Augusti, vel prima Septembri. Dal.

u. Inter duorum numinum dies festos) Scribendum reor

intra non inter; sequitur enim non multo post, intra praedictum temporis spatium.

Pint.

x. Neptuni atque Vulcani) Februarius mensis Neptuno facer, September Vulcano. Vulcanalia quidem sub Augusti finem celebrari solita volunt. Dalecampius.

Neptuni atque Vulcani) In calendario rustico apud Gruterum p. 139. Augusto mensi Neptunalia: Vulcanalia Septembri dicantur. Et p. 133. Vulcanalia decimo Calend. Sept. Neptunalia decimo Cal. Aug. H.

y. Quota luna procedente bieme) Sic legunt alii: sed sincerior et verae propior lectio praecedente, quam procedente. nam saturus plantam, praeterita obseruat potius quam futura, quae sunt auctore Isocrate incerta. Pint.

Quota Luna) Si tot diebus post Neptuni festum servantur, quota Luna fuerat

prae-

cedente hieme nix prima ceciderit, si totidem ^{z.}
¹ luminum die intra praedictum temporis spatum
 serantur, mire prouenire. Seruntur et vere in
 calidis atque humidis.

XXXVI. (XIV.) a. Lupino b. est vsus proximus c.,
 quum sit et homini d., et quadrupedum generi
² vngulas habenti, communis. Remedium e. eius,
 ne metentes f. fugiat exsiliendo, vt ab imbre tolla-
 tur

1. luminis diebus. *Vet.*

2. fessas vng. *Dal.*

praecedente hieme, quum
 nix prima cecidit. H.

z. Totidem luminum die) Numinum lego, non lumi-
 num: nam statim ante dixit,
 intra duorum numinum dies
 festos. Pint.

a. Ad Insc. De lupino) Theoph. c. vlt. L. VIII. hist.
 Colum. cap. 10. L. II. *Dal.*

b. Lupino est vsus prox-
 imum, etc.) Leg. Lupinorum
 vsus promiscue quum sit et ho-
 mini et quadrupedum generi
 vngulas habenti communis, re-
 medium eius ne metentes, etc.
 Salmas. p. 460. b.

Lupino j Nostri Lupin,
 Graeci Σερόν ήμερον vo-
 cant. H.

c. Vsus proximus) Post ra-
 pa, quae cunctis pariter
 animalibus nasci diximus f.
 34. Boués enim lupinum, in-
 quirat Colum. II. 10. p. 56.
 per biemem coctum maceratum-
 que probe alit: Famem quo-
 què, si sterilitas annonae in-
 cessit hominibus, commode pro-
 pulsat. Qui promiscuus hoc

loco quam proximus legi ma-
 lunt, et a MSS. fide, et a
 Plinii mente desciscunt. H.

d. Et homini) Praesertim
 Cynicis olim, de quibus Hor-
 atius, quid distent aera lupi-
 nis. Legumen enim id in
 pera semper gestare sole-
 bant. vnde Aristoteles, ἐκ
 ἀγρῶς γὰρ Κράτης, εἰν οἴδα,
 Φησίν, πήρε δύναμιν ἡλίκην
 ἔχει, Θερμῶντε χοίνιξ. Tur-
 neb. cap. 29. L. XXV. *Dal.*

e. Remedium eius) Lupi-
 num, inquit Theoph. Hist.
 VIII. 10. non prius metunt,
 quam imber incesserit: quoniam
 alioqui inter metendum
 e vaginulis exsiliret, atque
 ita periret semen. Sic et-
 iam auctor Gepon. II. 37.
 p. 72. Post dies feruentes,
 aere madefacto, mane de-
 meti oportere scribit Theo-
 ph. de causs. IV, 14. p. 318.
 H.

f. Nementes fugiat, etc.) Theoph. c. 10. L. IX. hist.
 Seruius, Nonnulli proprie ca-
 lamos lupinorum alas dici pu-
 bant,

tur. Nec *g. vlli*, ¹ quae feruntur, natura assensu *h. terrae* mirabilior est. Primum *i. omnium cum sole quotidie circumagit*, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter *k. praeterea* floret: *terram l. amat*, terraque *n. operiri* non vult. Et vnum hoc feritur ² non arato. *o.* Quaerit *p.* maxime fabulosa, et sicca, atque etiam arenosa. *q.* Coli *r. vtique* non vult. Tellurem *s. adeo amat*, ut quatinus fructuoso ³ solo coniectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perueniat. Pinguescere

i. quod feritur. D. 2. non arata, si fuerit max. fab.
Turn. 3. solo coactum. M. loco iactum. Turn.

tant, vt Aelius: alae ex lupino, surculi sine foliis. Ca-ro in Originibus, Ala ex lupino. Memini tamen Varro-nem de lingua Latina, alam culmum fabae dicere. Haec Seruius. Dal.

g. Nec vlli, quae feruntur, natura assensu terrae mirabilior est) Duo illa verba assensu terrae, opinor non esse legitima. Pint.

Nec vlli) Nec vlli eo-rum quae feruntur natura, terra ei admodum fauente, miserabilior est. H.

h. Assensu terrae) MSS. ad sensu terrae que. H.

i. Primum omnium) Haec totidem verbis Geop. aust. ex Apuleio l. c. H.

k. Ter praeterea) Geop. l. c. H.

l. Terram amat, etc) Theophr. c. 10. L. IX, et c. 12. L. I. Dal.

n. Terraque operiri) Theophr. Hist. VIII. II. Kai τὸ ὅλον δὲ εἰς ἐθέλει θέρμος οὐ πτεσθεῖ τῇ γῇ· διὸ καὶ ἔχει παρεῖντες σπείρεσι. Vide et eiusdem scriptoris Hist. L. I. 12. H.

o. Non arato) Subintelli-ge, solo. Sic etiam Geop. aust. l. c. Colum II. 10. Crudi noualibus licet ingeras: et qualitercumque obruas, sustinet coloni negligentiam. H.

p. Quaerit) Hoc iterum inculcat s. 46. vt et Theophr. Hist. VIII. II. H.

q. Etiam arenosa) Infra, c. 17. ultimo huius libri: In solo autem rubricoso, vel pullo, vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum serendum. Dal.

r. Coli) Theophr. et Geop. aust. ll. cc. H.

s. Tellurem) Theophr. l. c. H.

guescere hoc satu arua vineasque *t.* diximus. Itaque *u.* adeo non eget fimo, vt optimi vicem repraesentet. Nihilque aliud nullo impendio constat, vt quod ne serendi quidem gratia opus sit afferre. Protinus *x.* seritur ex aruo: ac ne spargi quidem postulat decidens sponte. Primumque *y.* omnium seritur, nouissimum tollitur: vtrumque Septembri *z.* fere mense: quia si non antecessit hiemem, frigoribus obnoxium est. Impune praeterea iacet, vel derelictum etiam, si non protinus sequuti obruant imbrres, ab omnibus animalibus amaritudine *a.* sua tutum. Plerumque tamen leui sulco integunt. Ex densiore *b.* terra rubricam maxime amat.

t. Vineasque diximus) L. XVII. 6. 7. Colum. II. 10. de lupino: *Maxime ex iis quae seruntur, iuuat agrum.* Nam vineis iam emaciatis, et aruis optimum stercus praebet, etc. H.

u. Itaque adeo) Auctor Geop. I. c. H.

x. Protinus seritur ex aruo) Scribo area non aruo. Theophrastus L. VIII. cap. vltimo, *Lupinum*, inquit, licet robustissimum sit, tamen nisi protinus ab area terrae mandaueris, male prouenit, quemadmodum dictum est. Et Columella L. XI. c. 10. Pint.

Ex aruo) Vnde metitur. Ita MSS. omnes, librique editi: non *ex area*, vti repnere ntitur Pintianus, contra scriptoris sententiam; etli emendationi suffragari Co-

lumella videtur II. 10. p. 56. *Spargitur*, inquit, *statim ex area.* Atque id *solum omnium leguminum non desiderat requiem in horreo*, siue *Septembri mense*, etc. H.

y. Primumque omnium) Theophr. VIII. 1. H.

z. Septembri) Colum I. c. Siue *Septembri mense ante aequinoctium*, seu *protinus a Calendis Octobris crudis novalibus*; ingeras qualitercumque obruas, sustinet coloni negligientiam: Teporem tamen autumni desiderat, vt celeriter confirmetur. Nam si non ante biensem conualuerit, frigoribus affligitur. Adde Geop. I. c. H.

a. Amaritudine sua) Theophr. Hist. VIII. 7. Auct. Geop. I. c. H.

b. Ex densiore) Colum II. 10.

amat. Ad hanc alendam post tertium florem verti debet, in sáculo post secundum. Cretola tantum, limosaque odit, et in iis non prouenit. Maceratum c. calida aqua homini quoque in cibo est. Nam bouem d. vnum modii singuli satiant, validumque praestant: ¹ quando etiam impositum puerorum e. ventribus, pro remedio est. Condit f. in fumo maxime conuenit, quoniam in humido vermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Si depa-

I quinetiam. vel, atque etiam. Dal.

10. p. 57. Lupinum exilc
amat terram, et rubricam prae-
cipue: nam cretam reformi-
dat, limosaque non exit agro.
H.

c. Maceratum) Galen. de
fac. simpl med. VI. p. 177.
Θερμὸς ἐσθίεται μὲν ἐψη-
θεις τε, καὶ πολλαῖς ἡμέ-
ραις ἐναποθέμενος ὑδατι τὴν
πιφροτητα. Lupinum edi-
porest coctum, multis ante die-
bus per macerationem amaro-
re in aqua deposito. Auctor
Geop. l. c. farina hordei aut
frumenti admixta, panificio
aptum esse prodidit. Multum
alere id cibi genus, Di-
philus Siphnius medicus,
apud Athenaeum, II p. 55.
H.

d. Nam bouem vnum) An-
nuo bouis cibario modios
lupini sexaginta Cato requi-
rit c. 60. p. 44. H.

e Puerorum ventribus) Marcellus Emp. c. 28. p.

199. Farina lupinorum deco-
cta ex aqua, et more catapla-
smatis veniri imposta lum-
bricos vel tineas necat. Sic
etiam auct. Geop. l. c. Τὰς
ἔλμινθας ἐλβάλλεστιν. Ga-
lenus autem, non imposi-
tum modo, sed etiam ex
melle potum, ei morbo me-
deri scribit, l. c. Αναιγεῖ δὲ
καὶ ἔλμινθας ἐπιπλατόμε-
νος τε, καὶ μετὰ μέλιτος
ἐκλειχομένος etc. H.

f. Condit in fumo) Colum.
II. 10. p. 56. Reliquum, quod
seminis supereft, in tabula-
tum, quo fumus peruenit, opti-
me reponis: quoniam si hu-
mor iuuafit, vermes gignit,
qui simul atque oscilla lupino-
rum ederunt, reliqua pars na-
sci non potest. Palladius
quoque L. VII. in Iunio, tit.
3. p. 123. Rodunt igitur
vermes umbilicum (*le germe*)
et sterilem reddunt. H.

depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.

XXXVII. (XV.) g. Et vicia h. pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa: uno i. fulco sata, non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccatur. k. Sationis l. eius tria tempora: Circa occasum Arcturi m., ut Decembri n. mense pascat: tunc o. optimè seritur in semen. Aequa namque fert depasta. Secunda fatio mense Ianuario est: nouissima Martio: tum ad frondem utilissima. Sic citatem p. ex omnibus, quae seruntur, maxime amat:

g. Ad Inf. de vicia, et eruo) Columella c. II. L. II. et c. 2. L. XI. Palladius L. II. Dal.

b. Et vicia) Varro de R. R. I. 31. Vicia dicta a vin- ciendo, quod item capreos habet, ut vitis, quibuscum sursum versus serpit, ad scapum lupini, aliumue; quem vt baereat, id solet vincire. Vide plura apud Vossium in Etym. Gallis, de la Vesse. Pingitur a Dodonaeo p. 521. Arua ea pinguescere iam diximus, L. XVII. 7. H.

i. Uno sulco) Terra semel tantum proscissa. H.

k. Deoccatur) Glebae confringuntur, et comminuantur. Varro, l. c. Occare, id est, comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Rura nostra vulgo, Herser. H.

l. Sationis) Duo priora se rendi tempora agnoscit et-

iam Colum. II. II. p. 63. alterum, circa aequinoctium autumnale; Ianuario mense alterum, vel serius etiam. H.

m. Arcturi) De quo f. 74. H.

n. Ut Decembri — pascat) Ut eo mense, viciam tenera depascat in herba molle pecus, ut cecinit Virg. Georg. I. 112. H.

o. Tunc optime) Circa Arcturi occasum. H.

p. Siccitatem) Colum. de R. R. II. II. p. 63. Id genus praecipue non amat rores, quum seritur: itaque post secundam diei horam, vel tertiam, spargendum est, quum iam omnis humor sole ventus deteritus est: neque amplius proiici debet, quam quod eodem die possit operiri: nam si nox incessit, quantolocumque humor, prius quam obruatur, corrumpetur. H.

amat: non aspernatur etiam umbrosa. Ex semine eius, si lecta matura est, palea ceteris praefertur. Vitibus praeeripit succum: languescuntque, si in arbusto q. seratur.

XXXVIII. Nec erui r. operosa cura est. Hoc amplius, quam vicia, runcatur s.: et ipsum t. medicaminis vim obtainens. Quippe per eruum Diuum Augustum curatum, epistolis ipsius memoria exstat. Sufficiunt u. singulis boum iugis modii quini sati. Martio x. mense satum, noxiū y. esse bubus aiunt, item autumno grauedinosum: innoxium autem fieri primo vere satum.

XXXIX.

I. *arbustis. M.*

q. *Si in arbusto*) Si in loco serantur, ubi vites sunt arboribus applicitae. H.

r. *Nec erui*) Eruum Graecis ὄργον, Gallis Ers, a Dodonaeo ciceris satiui nomine describitur, p. 514. a Dalecampio, Hist. Plant. IV. 47. p. 468. H.

s. *Runcatur*) Runcare segetes, est herbas e segetibus expurgare, quod Graeci ὑποτίθενται et βοτανίζειν vocant: runcationem ipsam βοτανίσουν, ipso teste Plinio f. 47. Nettoyer les blés, en arracher les méchantes herbes. H.

t. *Et ipsum medicaminis vim, etc.*) Vide infra c. 25. L. XXII. Erui medicinas, inde de eruo quaedam, et deinceps. Dal.

Medicaminis) Vide L. XXII.

73. H.

u. *Sufficiunt*) Colum. de R. R. II. II. p. 64. H.

x. *Martio mense*) Colum. I. c. *Mensem Martium universum negant agricultorae huic legumini conuenire: quod eo tempore satum pecori sit innoxium, et praecipue bubus, quos pabulo suo cerebos red dat.* Pallad. L. III. in Febr. tit. 7. *Martio eruum serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat, et boues reddat insanos.* Theophr. Hist. II. 5. primo vere satum ait esse innoxium: autumno grauedinosum. H.

y. *Noxiū esse bubus*) Pabulo suo eos reddere cerebos Columella tradit, c. II. L. II. id est, grauedinosos. Dal.

XXXIX. (XVI.) Et silicia ^{z.}, hoc est, fenum Graecum, scarificatione ^{a.} feritur: non altiore quatuor digitorum sulco: quantoque peius tractatur, tanto prouenit melius. ^{1.} Rarum dietu, esse aliquid, cui prosit negligentia. Id autem quod secale ^{b.}, ^{2.} ac farrago ^{c.} appellatur, occari tantum desiderat.

XL. Secale ^{d.} Taurini sub Alpibus asiam vocant, ^{3.} deterrium ^{e.}, et tantum ad arcendam famem: ^{4.} secunda, sed gracili ^{f.} stipula, nigritia triste, sed pondere praecipuum. Admiseretur ^{g.} huic far,

^{1.} Mirum. ^{2.} sic ex MSS. em. Hard. conf. M. atque Gr. et Al. ^{3.} aterrium. Vet. ^{4.} sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. ad arcendam famem utile secunda. Gr. et Al. ^{5.} fistula. Vet.

^{z.} Silicia) Siliqua Colummellae cap. II. l. II. Dal.
Et silicia) In Indice, silicia. Colum. II. II. siliqua. Plinio ipsi XXIV. 120. ex MSS. omnibus, silica. Gallois, Senegré, ou Fenugrec. Pingitur a Dodonaeo, p. 526. H.

^{a.} Scarificatione feritur) Terra leuiter scalpta. Dal.
Scarificatione) Hoc est, proscissa leuiter tellure, nec alte arata. Colum. I. c. de feno Graeco: Datur opera, vt spissæ terra aretur, nec tammen alte: nam si plus quatuor digitis adobratum est, semen eius non facile prodit: propter quod nonnulli prius quam servant, minimis aratis proscindunt, atque ita iaciunt semina, vt sarculis adobruunt. H.

Vol. VI.

^{b.} Secale ac farrago) Res sunt duæ diuerfissimæ, quod Plinius euidenter ostendit, vtriusque historiam seorsim persequutus: et de vtroque diuerfissima prodens. H.

^{c.} Farrago) Γεάσις et ογκός Graecis. Dal.

^{d.} Secale) Apud Gallos veteris nomenclaturaे veligia retinet: le seglé: vt rete Dodonaeus, a quo pingitur, p. 290. et Ioh. Ruellius, aliique. H.

^{e.} Deterrium et tantum ad arcendam famem utile) Terrium non deterrium, rectius credo, vt protinus sequentia indicant. Pint.

^{f.} Admiseretur) In panificio. H.

I

far, vt mitiget amaritudinem eius: et tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualcumque solo cum centesimo grano: ipsumque pro laetamine g. est.

XLI. *Farrago h.* ex incrementis i. farris prae-densa feritur, admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia haec pabularia k.: degeneransque ex leguminibus quae vocatur *cracca l.*: in tantum columbis grata, vt pastas ea negent fugitiuas illius loci fieri.

XLII. Apud antiquos erat pabuli genus, quod ^a Cato m. *ocymum* vocat, quo ³ sistebant n. aluum bubus. Id erat o. e pabulis, segete viridi deserta, ante-

^{1.} *arachos.* *Theophr.* et *Diosc.* *craoca.* *Ch.* ^{2.} *ocy-num.* *Turn.* et hic ex mox, et, *Cb.* ^{3.} *ciebant,* ex *Varrone*, vel *citabant.*

g. Pro laetamine) Fimi loco est. Nam laeramen profimo dicitur, quod agros laetos, hoc est, pingues et vberes facit. Usus est ea voce Palladias, in Febr. tit. 20. aliique. H.

b. Farrago) Columel. L. II. cap. 11. et Varro L. I. c. 21. *Dal.*

Farrago) De ea diximus, s. 10. Ex hordeo quoque cantherino, sive hexastico, fieri Colum. II. 11. admonet. H.

i. Recrementis) Purgamentis. H.

k. Pabulariaq) Pabulo animalium nata. H.

l. Cracca) Sic MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indi-

ce. Viciae id genus adulterinum videtur. H.

m. Quod Cato ocymum vocat, quo sistebant aluum bubus) Legendum reor ciebant non sistebant, vt patebit ex M. Varronis verbis quae paulo post inseram. *Pint.* *Cato.) Cap. 54. Dal.*

Quod Cato) C. 54. et 60. atque alibi passim. De ocy-mo egimus, XVII. 35. H.

n. Quo sistebant) Ita libri omnes: at Varro, de R. R. I. 31. quo ciebant. Varronis verba retulimus XVII. 35. Forte citabant hic agnoscendum. Aut, quod aliis quoque accidit, alia vis ei inest, si parcus: alia, si sumatur largius. H.

antequam p.¹ gelaret. Sura² Mamilius id aliter interpretatur, et tradit fabae modios q. decem, vi-

I 2 ciae

I. genaret aut genicularet, aut filiquaret. Fulv. Vrsin.

Super Var. de re rust. p. 45. ² sic et Turn. et Ch.

Manlius. Gr. et Al.

o. Id erat e pabulis segete viridi desecta antequam gelaret) Antiquum exemplar, Id erat e pabuli segete viridi desectum antequam gelaret. verissima lectione. sunt enim desumpta verba ex M. Varro L. I. cap. 31. Hoc amplius, inquit, dictum ocyrum, quod citat aluum bubus, et ideo iis datur ut purgentur. Id est e pabuli segete viridi sectum antequam generat filiquas. Ex quibus Varro's verbis liquet, verba quae statim sequuntur, Antequam gelaret, vitiata esse, legendumque, antequam filiquaret. Pint. Id erat e pabulis, segete viridi, etc.) Id erat e fabali segete viridi desecta antequam gignat filiquas. Ex Varro ad verbum c. 31. L. I. Rei Rust. ocyrum Graecis dictum, vel quod crescat et desecetur celeriter, vel quod aluum citet pecudibus. Latinis, farrago, quan*ferrago*, quod ferro praepropere demetatur, vel a farre, quod far in eum usum principio satum sit. Est autem pabulum quadrupedum, praesertim equorum, mulorum, boum, vere collectum e se-

gete viridi praecisa: Monspessulanis *Ferrage*. Fiebat olim a fabali segete sola. Quidam, ut Manlius scripsit, addiderunt viciam et eruillam, utriusque partem quintam: quidam auenam Graecam. Varro miscethordeum, viciam, et alia legumina. Monspessuli tritici, auenae, hordei, et filiginis, quam *Paumole* vocant, purgamenta mixta seruntur: quum seges in tantum adoleuit, ut propemodum caulis tenellus articulis incipiat distinguiri, pecus alligata fune, et ad statutum palum vel arborem reuncta, immittitur quod depascat, ea medicina toto anno, ut credunt, valitura, et a morbis tuta immunisque futura. *Dal.*

p. Antequam gelaret) Ita MSS. at ex Varro fine ri, antequam filiquaret, vel generet filiquas. Itaque ocyrum ex fabali caule, eruo, vicia, ceterisque eiusmodi parabatur, quae filiquas habent. *H.*

q.. Modios decem) Modius, siue modium, ea mensura est, quam Parisienses vocant, *vn boisseau*. *H.*

iae duos, tantumdem ¹ eruiliae in iugero autumno misceri et seri solitum. Melius et auena *r.* Graeca, cui non cadit semen, admixta. Hoc vocatum ² ocyrum, boumque causa seri solitum. Varro *t.* appellatum a celeritate proueniendi, e Graeco quod ³ ὄχέως dicunt.

XLIII. Medica *u.* externa etiam ³ Graeciae est, ut a Medis aduecta per bella Persarum, quae Darius *x.* intulit; sed vel in primis dicenda, tanta *y.* dos eius est: ⁴ quum *z.* ex uno satu amplius quam tricenis annis

- 1. eruiliae autumno miscere, et in iugero serere solitos.* *V.* Legitur et solitos, in *M.* *2.* sic ex MSS. em. Hard. conf. Turn. et *Cb.* ὄχυς. Gr. et Al. *3.* deest, ap. Gr. et Al. *4.* sic ex MSS. em. Hard. conf. *Cb.* quum uno satu. Gr. et vulgg.

r. Auena Graeca) Non silestri, quam sterilem Virgilius appellavit. Auena Graeca bromos: auena cui semen cadit, aegilops. *Dal.*

Auena Graeca) Quae Graecis βρόμος, ut diximus *f. 20.* l'avoine. *H.*

s. Vocabatum ocyrum) Apud Nonium in Cogere. Varro, Virgula diuina, pancarpinon vocat: Sed pancarpinio ocymo subacto, Libamenta legens caduca veris. Sic autem vocabatum fuit, quod ex quois frugis, ac leguminis genere feratur. *Dal.*

t. Varro) Loco proxime citato. *H.*

u. Medica externa etiam, etc.) Theoph. c. 8. L. VIII. histor. Colum. cap. 12. L. II. *Dal.*

Medica) Nunc trifolium magnum vocant, fenumque Burgundicum, Grand. trefle, ou foin de Bourgogne, ou Luzerne: vulgatiore vero nomenclatura, Sain foin. A Clusio pingitur rarer. plant. VI. p. 242. vocaturque Medica Legitima. A Lobelio, quoque in obseru. stirpium, p. 498. feni Burgundiaci nomine. *H.*

x. Quae Darius) Darius Hystaspae F. vel Xerxes, si credimus Isid. Orig. XVII. *4. Medica dicta, quia a Medis translata est in Graeciam tempore quo eam Xerxes rex Persarum inuasit* *H.*

y. Tanta dos) Vide Colum. II. II. p. 62. ex quo Isidorus accepit. l. c. et Pallad. in Aprili tit. I. Non hi tricenisi, sed denisi habent. *H.*

annis duret. Similis *a.* est trifolio: *1* caule, foliisque geniculata: *2* quidquid *b.* in caule assurgit, folia *c.* contrahuntur. Vnum *d.* de ea et cytiso volumen Amphilochus fecit, *3* confusum. Solum *e.*, in quo seratur, elapidatum purgatumque subigitur *f.* autumno: *4* mox aratum, et *5* occatum integratur crate iterum *6* ac tertium, quinis diebus interpositis, et fimo addito. Poscit autem siccum succosumque, vel riguum. Ita praeparato seritur mense *g.* Maio: alias *h.* pruinis obnoxia. Opus est

I 3 den.

- 1.* postea caule, fol. Ch. et Turn. *2.* ea cum in caule ass. in folio contrabitur. *Vet.* *3.* sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Turn. et Ch. confusim Gr. et Al.
- 4.* Lego ex Colum. Martio tertiatum et occatum integratur. *5.* occulum. Ch. *6.* et. Gr.
- z.* Quum uno satu amplius quam tricens annis duret) Scribo denis non tricens. Columella L. II. cap. II. Sed ex his quae placet euimia est herba Medica. *Quod* semel seritur, x. annis durat. confirmat id Palladius L. V. titulo *I.* Idem commodius legitur, ut quae uno satu, quam vt cum uno satu. Pint.

a. Similis est) Diosc. II.

177. H.

b. Quidquid in caule) Caule cresente fiunt angustiora folia, προσάγεσσα δέ σεβο-Φυλλότερα γίνεται, etc. Diosc. l. c. H.

c. Folia contrahuntur) Id porro est, quod ait Dioscor. quoni recens prodit, pratensi trifolio similem esse: quum assurgit, foliis angustioribus fieri. *Dal.*

d. Vnum de ea et cytiso volumen Amphilochus fecit confusim) Verbum fecit desideratur in vetusto exemplari; quare in locum sequentis dictioonis confusim, substituendum reor composuit. Pint.

e. Solum in quo) Iisdem fere verbis Colum. l. c. H.

f. Subigitur autumno) Proscinditur circa Cal. Octobr. Columell. *Dal.*

Autumno) Circa Calendas Octobris, Colum. H.

g. Mense Maio) Mense vltimo Aprili. Columella. *Dal.*

Mense Maio) Mense vltimo Aprili, Colum. et Pallad. V. in Aprili, tit. I. H.

b. Alias pruinis obnoxia. Opus est densitate semenis omnia occupari, interna scen-tesque

densitate seminis omnia occupari, internascentesque herbas excludi. Id praestant in iugera media vicena. ¹ Mouendum i. ne aduratur, terraque protinus ² integri debet. Si sit humidum solum herbosumue, vincitur, et desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda est, manu potius, quam sarculo. Secatur incipiens florere, et quoties resfloruit. Id sexies k. euenit per annos, cum minimum, quater. In semen maturescere prohibenda est, quia pabulum vtilius est vsque ad trimatum. Verno l. seri debet, libera rique ceteris herbis: ad trimatum, marris m. ad folium

^{1.} vindemia dura terra, terra protinus, etc. Alii, Monendum ne adu. Turn. Cauendum. Gr. et Al. ^{2.} integri. Turn.

esque herbas excludi. Id praestant in iugera media vicena. Cauendumque ne aduratur, terraque protinus integri debet. Si sit humidum solum herbosumue, vincitur et desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine vncialis herbis omnibus liberanda est) Confusa et permixta omnia, ac velut de industria ad querendum Plinium sic posita: scribo, *Acias pruinis obnoxia*. Cauendumque ne aduratur, terraque protinus integri debet altitudine vnciali, internascentesque herbas excludi. Opus est densitate seminis omnia occupari. Id praestant in iugera media vicena. Si sit humidum solum herbosumue, euincitur et desciscit in pratum. Ideo

protinus herbis omnibus liberanda est. Ex Columella L. II. c. 31. Pintian.

^{i.} Mouendum) Semen scilicet, terrae commissum. Ita MSS. non cauendum, vt editi. Colum. l. c. Ligneis rastris: id enim multum confert, statim iacta semina obruantur, nam celerrime sole aduruntur. H.

^{k.} Id sexies) Colum. et Pallad ll. cc. H.

^{l.} Verno seri debet) Nullo modo videtur legi posse seri nam dictum ante est seri mense Maio, qui aestatis mensis est, non veris: qua propter sarrari, legendum esse arbitror, non seri, Pint.

Verno seri) Ita etiam MSS. sed sarriri malim. H.

^{m.} Marris) De marra di-

lum radii. Ita reliquae herbae intereunt sine ipsius damno, propter altitudinem radicum. Si euicerint herbae, remedium *n.* unicum ¹ est aratio, saepius vertendo, donec omnes aliae radices intereant. Dari *o.* non ad satietatem debet, ne deplere sanguinem necesse sit. Et viridis utilior est. Areficit *p.* surculose, ac postremo in puluerem inutilem extenuatur. De cytiso *q.*, cui et ipsi principatus datur in pabulis, affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda est: cuius in parte de ² morbis quoque dicatur.

XLIV. (XVII.) *r.* *i.* Primum omnium frumentis, vitium auena *t.* est: et hordeum *u.* in eam de-

I 4 gene-

1. inaratio. Ch. Leg. in aratro. *2. sic ex MSS. em.*
Hard. conf. Ch. vitiis. Gr. et vulgg.

xi L. sup. f. 35. Colum. l. c.
Atque, ut dixi, ligneis rastris
farriendus, et identidem run-
candus est, ne alterius gene-
ris herba inualidam medicam
perimat. H.

n. Remedium unicum est
aratio saepius vertendo donec,
etc.) Scribo, Remedium uni-
cum est aratro vertere, donec,
etc. ex antiquo exemplari.
Dal.

o. Dari non ad) Colum l.
c. p. 63. Teneram iumentis
praebeas, sed inter initia par-
cius, dum consuescant, ne no-
uitas pabuli noceat: inflat
enim, et multum creat san-
guinem. Sic etiam Palladius
l. c. H.

p. Areficit surculose) Utlior est, inquit, dum vire-

scit: nam quum cepit aresce-
re, lignosa tota est. H.
q. De cytiso) L. XIII. 47.
H.

r. Ad Inscr. et remedii)
Theoph. c. 10. L. VIII. hist.
et 27. L. 3. Caus. Dal.

s. Frumenti, etc.) Praeser-
tim Zeae: Dal.

t. Auena) Αιγύλωψ Theop.
Auena calamiina est tibia.
Martialis: Dum tua multo-
rum vincat auena tubam. Virg.
Siluestrem tenui Musam me-
ditaris auena. Auena, culmus,
stipula. Virg. Exspecta seges
vanis clusit auenis. Auena her-
bas egeres necans Virgil. In-
felix lolium, et scribles do-
minantur auenae. Symma-
chus: Nec rubigo vegetibus
obfuit, nec auena fruges ne-
cauit

generat: sicut ipsa frumenti sit instar: quippe quum Germaniae populi ferant eam, neque alia pulte *x.* viuant. Soli maxime caelique humore hoc euenit vitium. Sequentem *y.* causam habet imbecillitas feminis, ¹ si diutius retentum est terra, prius quam erumpat. Eadem est ratio, si cariosum ² fuit quum fereretur. Prima autem statim eruptione agnoscitur, ex quo apparet in radice esse causam. Est *a.* et aliud ex vicino aueñae vitium, quum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, prius quam ² roboretur corpus, afflatu noxio ³ cassum et inane in spica evanescit quodam ⁴ abortio. *b.*

2. Ven-

1. sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. di. retenti terra.
M. cum diutius. Gr. et Al. 2. roboret. Cb. 3.
cascum. Turn. 4. abortu. Vet. Cb. evan. partu
quodam abortiuo. Dal.

cauit. Turn c. 3. XVII. et
29. XIX. et 19. XXX. Dal.

Auena est.) Haec ipsa satiua, ex qua pultem hodie-
que conficiunt rustici. Grae-
cis βερύνος, vt diximus s. 20.,
L'Auoinē. Aliunde certe
haec Plinius hausit, quam
a Theophrasto: nam quae
ille de aegilope retulit, Hist.
VIII. 8. quae spectari nunc
a Plinio nonnulli putant,
eadem, sed aliunde accepta,
recitat, aegilopem appellans:
quam festucam verius ap-
pellari Latine ipse monet.
H.

u. Et hordeum in eam, etc.)
Nusquam id Theoph. sed c.
I. L. IV. Caus. triticum et
hordeum sola in lolium de-
generare scribit. Dal.

x. Pulte viuant) Eam ho-
die pultem quotidiano vsu
frequentissimam Germani
vocant Abremouz. Dal.

y. Sequentem) Secunda
causa, cur in auenam semen
degeneret, oritur ex imbecil-
litate feminis. H.

z. Si cariosum) Si vetu-
stum, aut exesum fuit. H.

a. Est et aliud) Auena
haec filuestris est, quae satiuae similis, asperiores tan-
tum, longioresque aristas
habet, et in folliculis fere
vacuis semen evanidum. De
hac Virgilius cecinit, Infe-
lix lolium, et steriles domi-
nantur auenae. Steriles, in-
quit Seruius, ad discretionem
earum, quae seruntur. Aue-
nam hanc inter frumenti
vitia

2. Venti c. autem tribus temporibus nocent frumento et hordeo: in flore, aut protinus quum defloruere, vel maturescere d. incipientibus. Tum enim exinaniant e. grana: prioribus f. causis nasci prohibent. Nocet g. et Sol creber e nube. Nascentur h. et vermiculi in radice, quum sementem imbris i. sequutis, ¹ inclusit repentinus calor humorem. Gignuntur et in grano, quum k. spicae

I 5

plu-

i. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. incluserit. Gr. et Al.

vitia Naso quoque enumera-
rat, Fastor. I. 691. Et careant
loliis oculos vitiantibus agri,
Nec sterilis culto surgat auena
solo. H.

b. Quodam abortiuo) Ita
MSS. omnes; hoc est, quo-
dam abortiuo partu, quo-
dam abortu. H.

c. Venti autem) Haec
Theophr. Hist. VIII. 10. H.

d. Maturescere incipienti-
bus) Augescente fructu, συν-
αδενομένη τῇ παρπάτῃ: quum
magna et diuturna flatuum
vis fuerit. Theoph. Dal.

Vel maturescere) Εν τῷ
ἀδείνεσθαι, quum crasse-
fiant, inquit Theophr. H.

e. Exinaniant) Εγκίνεστι
καὶ ἀφανίνεται siccant et
arefaciunt, Theophr. qui et
solem ex nube vocat ἐκνέό-
λον. Dal.

Exinaniant) Exsiccat et
arefacit grana vis venti ve-
hementior, quae tunc in-
gruit, quum maturescere
ea ceperunt: Εγκίνει καὶ
ἀφανίνει. Theophr. H.

f. Prioribus causis) Quum
vel in flore, vel protinus
vbi defloruerint, venti ve-
hementiores incidunt. H.

g. Nocet et Sol) Theophr. I.
c. Ἀπόλλυτι δὲ καὶ ἥλιος
οὐ ἐκνέφελος ἀμφω, hor-
deum scilicet, triticumque.
H.

b. Nascentur) Altera ra-
tione inquit, vermis ingini-
tur, quum humor imbrium
effundi nequit conclusus
siccitate aeris circumfusi.
Tunc enim calor consecta
putredine animal contrahit.
Theophr. de caufi. III. 27,
p. 293. H.

i. Imbris sequutis) Theo-
ph. c. 27.III. caus. cum post
sementem Auster crebro
spirauerit. Rationem, quam
hic Plinius reddit, Theophras-
tus affert, cur in eruilia,
cicerula et piso vermes na-
scantur, ὅταν, inquit, ὑγραν-
θῶσι, καὶ θερμημένια γί-
νωνται. Dal.

k. Quum pluviis) Quum
calore

¹ pluuiis calor inferuerescit. Est et ² cantharis *l.* dietus scarabaeus paruus, frumenta *m.* erodens. Omnia *n.* ea animalia cum cibo deficiunt. Oleum, pix, adeps, contraria semenibus, cauendumque ne contaeta eis ferantur. Imber in herba *o.* utilis tantum: florentibus autem frumento et hordeo nocet, leguminibus innocuus, praeterquam ciceri. Maturescentia *p.* frumenta imbre laeduntur, et hordeum magis. Nascitur et herba alba, panico similis, occupans arua, pecori quoque mortifera. Nam *q.* lolium, et tribulos, et carduos, lappasque,

non

*l. pluuius. Turn. in pluuiis. M. 2. cantharidis sca-
rabaeus. Turn. et Ch.*

calore imbres sequuto spica feruerescit. H.

l. Est et cantharis) Hoc tantum Theophr. Hist. VIII. 10. Επιγίνεται καὶ ἡ μὲν καυθαρίς ἐν τοῖς πυροῖς. At sane simile veri est, erodendo plus, quam insidendo, animal id officere frugibus. Est autem id non muscarum generis, quas vulgo cantharidas dicimus; sed scarabaeorum, de quibus L. XI. 34. H.

m. Frumenta erodens) Theophr. quidem c. 10. L. VIII. histior. in eruo phalangium, in tritico nasci cantharidem scribit, sed nusquam a cantharide triticum rodi. Dal.

n. Omnia cum cibo) Cibo consumto ac deficiente intereunt. H.

o. Imber in herba utilis tantum, florentibus autem

frumento et hordeo nocet) In quibusdam antiquioris impressionis codicibus: *imber in herba utilis quarto, florentibus, etc.* lego, *imber in herba utilis: quando florent autem, frumento et hordeo nocet, ex antiquo exemplari. Pintian.*

Imber in herba) Haec totidem verbis Theophr. Hist. VIII. 6. H.

p. Maturescentia) Theophr. l. c. H.

q. Nam lolium) Habuit hoc Virgilii carmen ante oculos, e Georg. I. 150. *Mox et frumentis labor additus: ut mala culmos Eset rubigo: segnisque horreret in aruis Carduus: intereunt segetes: subit aspera silua, Lappaeque, tribulique inter nitentia culta* (*infelix lolium et steriles dominantur auenae.* H.

non magis quam rubos r., inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terrae pestes numerauerim. Caeleste s. frugum vinearumque malum, nullo minus noxiū est rubigo. t. Frequentissima u. haec in roscido tractu, conuallibusque, ac perflatum non habentibus: e diuerso x. carent ea ventosa et excelsa. Inter vitia segetum et luxuria y. est, quād oneratae fertilitate procumbunt. Commune autem omnium fatorum vitium ² vrica z.,
etiam

1. sic et Vett. onerata. Gr. et vulgg. 2. eruca.

Turn. vrica. Ch.

r. Rubos) Spinas, sentes, quibus terra occupatur, horrescit, squallet, et stat. His pestibus addit Festus, Scandulacam, voluuli genus, frugibus inimicum, quod eas hederae modo implicando necat: quidam orobanchen interpretantur. Idem Festus senticeta ea Vespices appellari dixit, quoniam spicatae sunt, id est, aculeis munitae et armatae. Dal.

s. Caeleste frugum vinearumque) Theophrastus cap. 10. L. VIII. hist. et c. 27. L. III. caus. Dal.

t. Rubigo) Vitii genus, quo culmi nigrescunt: Nelle. E rore nascitur, quum solis superuentu excalefactus putrescit. H.

u. Frequentissima) Tradidit haec et Theophr. Hist. VIII. IO. H.

x. E diuerso) Theophr. I. c. H.

y Luxuria) Φυλλομανία,

Theophr. cap. 7. L. VIII. histor. insana foliorum luxuria. Dal

Luxuria ^{eſt}) Non foliorum modo, quod Theophr. Histor. VIII. 7. Φυλλομανία vocat: sed et spicarum, quum grauidis procumbit culmem aristis, ut Virgilius canit Georg. I. III. H.

z. Vrica) Σφανελισμός, Theophrasto. Quidam eruca. Cicer. ὑπὸ τὴν καμπῶν πατεσθέσθαι, scribit ille c. 10. Lib. VIII. Histor. Idem tamen c. 7. nulla τῶν καμπῶν φαστα mentione σφανελίζεσθαι. Locus ex cap. 10. hic est: τῶν δὲ σπερμάτων νοσήματα, τὰ μὲν ποιῶν πάντων ἐσίν, οἷον ἐρυθίη, τὰ δὲ ἕδια τινῶν οἷον σφανελισμός τῇ ἐρεβίντει τὸ ἀπὸ καμπῶν εσθίεσθαι, καὶ ὑπὸ ψυλῶν θηρίων, etc. Dal.

Vrica) Ita veteres appellauere, quam nos erucam dici-

etiam *a.* cicetis, quum falsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit.

b. Est herba *b.*, quae cicer enecat et eruum, circumligando se: vocatur orobanche *c.*: Triticum *d.* simili modo aera *e.*: Hordeum festuca, quae vocatur

dicimus, Graeci κάμπην,
nostrī Chenille, vt ante monuimus L. XI. 37. H.

a. Etiam ciceris) Vide quae diximus, s. 32. H.

b. Est herba) Sic Theophr. Histor. VIII. 8. et Geop. aust. II. 41. p. 75. Η ὁροβάγχη Φθείρει τὰς νιάμας, καὶ τὰς ἐρεβίνθας πειπλευμένη. H.

c. Orobanche) Orobanche circumplexu necari cicer, et eruum tradit Plin. auctoritate Theophrasti nixus c. 22. L. V. Caus. Alia orobanche est Dioscor. vt eius descriptio monstrat. Hic tamen ex Theophr. loco supra citato, contra quam multi putant, censendum est, lolium complexu suo triticum minime necare, sed quod, vt idem diserte ait, simul cum eo proueniat. Vide c. 8. L. VIII. hist. Dal.

Orobanche) Quod ὁροβόν ἄγχη, eruum necat, ὁροβάγχη dicta. Sed alia est Dioscoridis ὁροβάγχη, quae a Dodonaeo pingitur, p. 543. vt recte admonuit Anguilala, par. 5. p. 89. et post eum Dodonaeus l. c. Hanc

quae erui pestis est, Dodonaeus idem delineauit sub Aphacae nomine, p. 535. Nam et ἀΦάνη Dioscoridis est, non Theophrasti. Est autem haec, vt arbitror, quae Festo Scandulaca dicitur, genus herbae frugibus inimicae, quod eas velut edera implicando necat. H.

d. Triticum — aera) Hoc est, lolium, quae Graecis αἴρα. Vtralibet voce Plinius promiscue vtitur, Geop. aust l. c. Τὸ ζιζάνιον τὸ λεγόμενον αἴρα, Φθείρει τὸ σῖτον. Gallis, de l'yraye. Iconem vide apud Dodonaeum, p. 529. H.

e. Aera) Theophrastus c. 22. L. V. caus. Lolium non complexu triticum necat, sed vt ait idem auctor, quia simul prouenit. Dal.

f. Hordeum — aegilops) Theophr. Hist. VIII. 8. Καὶ ὁ αἰγίλωψ δονεῖ μᾶλλον ἐν ταῖς ηριθαις. Geop. aust. l. c. Τὰς δὲ ηριθαὶς βλάπτει αἰγίλωψ. In eam rem multa egregie Galenus de alim. fac. c. 37. p. 333. Tom. VI. A Dodonaeo pingitur festucae prioris nomine, p. 530.

Rustici

tur aegilops: Lentem g.¹ herba h. securidaca, quam Graeci a similitudine i. pelecinon vocant. Et hae quidem complexu k. necant. Circa l. Philippos ateram-

i. herba securiclata. Turn. et Cb.

Rustici in Gallia Coquiole vulgo vocant. Auenam spica refert, vnde et ei aliquando apud Latinos id nomen: Glossae Philoxeni: Ἀγίλωψ, avena. Et in Nothis Diosc. p. 472. Ἀγίλωψ, οἱ δὲ βρῶμος, Ρωμαῖοι ἀβέναι. H.

g. Lentem herba) Auctor Geop. l. c. Φάνη (lego ex Plinio Φάνη) βλάπτει ἡ πελενίνος ιακουμένη βοτάνη. Gallis, Grave, ou Fève de loup. In MSS. Securiclata. H.

b. Securidaca) Theophr. cap. et l. VIII. histor. Securidaca aphacam necat, non lentem. Pro ἀΦάνη, Plinius legit Φάνη. In lente nascitur aracus, durus et scaber, eius pestis, itemque aparine. Dal.

i. A similitudine) Quoniam eius siliquae sunt instar securicularum, quas Graeci πελένεις vocant. Diosc. III. 146. H.

k. Complexu necant) Non quidem quod circumligent se, ut orobanche: sed quod densitate sua fruges complestantur et obruant. H.

l. Circa Philippos) Vide N. et Em. N.XIII. (hic pos.)

Circa etc.) Hoc loco Plinium supinae negligentiae arguit Dalechampius, eumque sequutus Salmasius, in eo libro, quem sic inscripsit, Praefatio ad Plinium. Ruellius utriusque praeiuit, de natura stirpium II. p. 337. Censent enim ii descriptum ac per-
peram ab eo acceptum hunc locum Theophrasti e L. IV. 14. de caassis p. 316. Μαρτυρεῖ καὶ τὸ περὶ Φιλίππων συμβούνον περὶ τὰς κιάμις. Ἐνī γὰρ σφόδρα ψυχρὸν πνεῦμα· καὶ ἀτεράμονες τινες γίνονται. Testatur et illud quod apud Philippis cœnit fabis: ventus enim eo loco vehementer frigidus est: ideoque fabae incoctiles nonnullae efficiuntur. Id quod Plutarchus quoque narrat Sympos. VII. qu. 2. p. 701. Ενιαχῇ δὲ καὶ πνεῦμα λικυωμένοις ἐπιγινώμενον, ἀτεράμονας ποιεῖ, διὰ τὸ ψύχος, ὥσπερ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας ἴσορροπι. Quum ventus quidam ventilantibus superuenit, frigore suo fruges praeduras et incoctiles facit, quod Philippis Macedoniae oppido aiunt eucnisse. Itaque quum fabas ii dicant alias coctiles esse, alias incoctiles, siue quae

tateramnon *m.* nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, quum vdam quidam ventus affluit. Aerae *u.* granum minimum est in cortice aculeato. Quum *o.* est in pane, celerrime vertigines facit: aiuntque in Asia et Graecia balneatores, quum velint turbam pellere, carbonibus id semen iniicere. Nascitur *p.* et phalangion in eruo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit. Limaces nascuntur in vicia: et aliquando e terra cochleae minutae, mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem fere hi sunt.

XLV.

I. ateramnum. Ch.

quae coqui nisi admodum aegre non possent: τεράμωνας et ἀτεράμωνας Graeci vocant:) ex his duabus vocibus herbarum duo nomina, vel Plinium, vel libertum eius, qui Graeca volumina scriberet, pueriliter somniasse pronunciant. At longe ex alio fonte haec huius Plinium quam ex Theophrasto, duo praeter alia apertissime produnt: Primum est, macri pinguisque soli discrimen, cuius apud eum scriptorem nullum vestigium exstat: Alterum, quod teramnon ex indiuiso pariter, et ateramnon ex vitio dicatur esse: quum fabas coctiles siue τεράμωνας ille palam in pretio ponat, nec sane immerito. H.

m. Ateramnon) Τεράμωνα

et ἀτεράμωνα legumina dicuntur, praesertim faba et lens. Theophrast. c. 13 et 14. L. IV. caus. coquibilia et coctu difficultia, qualis est faba circa Philippos. Vnde Plinius, aut eius libertus auctorum Graecorum exscriptor, ex iis duabus vocibus herbarum nomina tam pueriliter ac ridicule somniauerit, cogitare non possum. *Dal.*

n. Aerae granum) Lolii, ut modo diximus. H.

o. Quum est in pane) Author Gepon. II. 41. p. 75. de aera seu lolio: ἀρτοῖς δὲ μιγνυμένη, σποτοῖ τὰς ἑσθίουταις, πανίbus admixtum obducit tenebras vescientium oculis. H.

p. Nascitur et phalangion) Theophr. Hist. VIII. 10. Aelianus quoque Hist. Anim.

XLV. Remedia *q.* eorum, quaecumque pertinent ad herbas, in sarculo *r.*: et quum *s.* semen iactatur, cinere. Quae vero in semine et circa radicem consistunt, praecedente *t.* cura cauentur. *Vino u.* ante semina perfusa minus aegrotare existimant. Virgilius *x.* nitro et amurca perfundi iubet

I. sic et M. et Ch. vina ante semina perfusa Gr. et Al.

Anim. IX. 39. ὁρόβω γεννᾶται Φαλάγγια ἀπτα. De phalangio L. XI. 28. H.

q. Remedia eorum) Columella c. 9. L. II. Dal.

r. In sarculo) Instrumentum rusticum, quo purgantur et sariuntur segetes. Vn sarcloir, vn instrument à sacerler. H.

s. Et quum semen) Et quando simul cum semine cineres iactantur. Ad illud Virgilianum alludit, Georg. I. 31. Ne saturare simo pingui pudeat sola, neue Efferos cinerem immundum iactare per agros. H.

t. Praecedente cura) Adhibita cura ante sationem. H.

u. Vino ante) Apuleius in Geop. II. 16. p. 54. Τὰ οἶνω ἐπιγενθέντα σπέρματα, ἐλαττον νοσήσει, etc. H.

x. Virgilius nitro et amurca perfundi iubet fabam) Virgilii versus sunt primo Georgicon: in nota Harduini. Vbi videtur summus Poëta vniuersaliter praincipere de

seminibus omnium leguminum, non tantum fabae: sicque intelligit Seruius grammaticus. Sed falli Seruium, Plinium vero recte ad fabam Virgilianam carmen astringere, ostendit Columella L. II. capite 10. his verbis: *Priscis rusticis, nec minus Virgilio prius amurca vel nitro macerari eam, et ita seri placuit. Nos quoque sic medicatam comperimus, quum ad maturitatem perducta sit, minus ea curgulatione (culeuvione) infestari.* Pintian.

Virgilius) Georg. I. 93. Semina vidi equidem multos medicare ferentes, Et nitro primum, et nigra perfundere amurca, Grandior ut fetus siliquis fallacibus esset. Fabarum nempe siliquis. Colum. II. 10. Priscis rusticis, etc. vide locum iam laudatum a Pintiano in animaduersione praecedente. Et Pallad. L. XII. in Noub. tit. I. p. 161. Graeci afferunt fabae semina . . . nitrata

bet fabam: ¹ sic etiam y. grandescere promittit. Quidam z. vero, si triduo ante satum vrina et aqua maceratur, praecipue a. adolescere putant. Ter quidem ² farritam modium b. ³ fractae e modio solidae reddere. Reliqua c. semina cupressi foliis tufis si misceantur, non esse vermiculis obnoxia: nec si interlunio d. serantur. Multi ad milii e. remedia, rubetam noctu aruo circumferri iubent, prius quam farriatur, desodique in medio inclusam vase

fistili

1. sic eam. Cb. in emend.

3. fresae. Alii.

nitrata aqua respersa, costru-
ram non habere difficultem. H.y. Sic etiam grandescere
promittit) Vetus exemplar
promittens non promittit.
Pintian.z. Quidam. vero) Auct.
Geop. II. 16. p. 15. H.a. Praecipue adolescere pu-
tant) Praccipuius forma com-
paratiua, et quidem notan-
da, in eodem. Dal.b. Modium fractae) E modio fabas integrae cum tenui
cuticula qua involuitur, modium
fractae seu molitae,
sine furfuribus redditurum.
Colum II. 12. Adeoque fa-
bam farriendam censeo, ut
existimem debere ter farri. Nam
sic cultam comperimus
non solum multiplicare fructum,
sed exiguum portio-
nem in valvulis habere: frae-
saeque eius et expurgatae mo-
dium paene tam plenum esse,
quam integrae, quum vix mi-

2. sartum. Turn. satum.

nuatur mensura detractis pu-

taminibus. H.

c. Reliqua semina) Auctor
Geop. totidem verbis l. c.
p. 53. Ei δὲ Φύλλα κυπαρισσών πόψας, ἀναιμίξεις
τοῖς σπέρμασιν, ἀβρωτα ταῦτα Φυλαχθήσεται. Si-
mle quiddam refert Colum-
mella, II. 9. H.d. Nec interlunio) Geop.
auct. l. c. nec si Luna semi-
plena: ἀβρωτα δὲ μένει καὶ
τὰ ἐν διχομηνίᾳ σπεργόμενα.
Interlunium de coitu silen-
tis Lunae accipendum. H.e. Ad milii remedia) Ne ver-
miculi aut passeris milio no-
ceant. Habet haec totidem
fere verbis auct. Geop. l. c.
p. 55. Sed vti circumferen-
dam ait aruo rubetam, prius
quam aruum fodiat, sic et
eruendam monet, prius
quam feratur, ne fructus
amarescat. MSS. omnes,
ad milia, unde quidam ad si-
milia augurantur, male. H.

fictili: ita nec passerem, aut ¹ vermes nocere: sed eruendam prius quam metatur, alioqui amarum fieri. Quin et armo talpae contacta semina vberiora esse. Democritus *f.* succo herbae, quae appellatur aizoon, in tegulis *g.* nascens ² tabulifue, Latine vero sedum, aut digitellum, medicata seri iubet ³ omnia. Vulgo *h.* vero, si ⁴ dulcedo *i.* noceat, et vermes radicibus inhaereant, remedium *k.* est, amurca pura, ac sine sale spargere, deinde *l.* farrire:

- i.* sic ex MSS: em. Hard. conf. Cb. nec vermem. Gr. et Al. *2.* stabulifue. Alii. Nihil muto. caballis haec sum. Turn. tabulis aescum. Alii et Cb. nullo sensu, fortassis, tabulifue exesis. *3.* omnia semina. Gr. et Al. *4.* vredo. Cb.

f. Democritus) Tradit hoc rursum XIX. p. 58. De aizoo dicemus L. XXV. f. 102. Colum. XI. 3. p. 904. Veteres quidam auctores, ut Democritus, praecipiunt semina omnia succo herbae, quae sedum appellatur, medicare, eodemque remedio aduersus bestias vti: quod verum esse experientia nos docuit. Iterumque L. II. 9. p. 53. Quaedam etiam subterraneae pestes adultas radicibus subsectis encant. Id ne fiat, remedio est aquae mixtus succus herbae, quam rustici sedum appellant: nam hoc medicamine una nocte semina macerata iaciuntur. Adde et Geop. auct. XII. 7. p. 329. et II. 16. p. 53. H.

g. In tegulis nascens tabulifue) Domicilium tabulatum Romanis antiquissimum fuisse Verrius auctor est. *Dalcc.* *In tegulis nascens tabulifue*) Non minus recte legeretur, tubulifue. Pint. *b. Vulgo vero si dulcedo noceat*) Scribendum arbitror, Vulgo vero si sedum non sit. P. *i. Si dulcedo*) Soli dulcedo, vermes generans. H. *k. Remedium est*) Colum. I. c. p. 54. H. *l. Deinde farrire: si in articulum seges ire ceperit, runcare ne herbae vincant*) Haec verba videntur mihi non pertinere ad praesentem locum; nec enim aut praecedentibus aut sequentibus bene cohaerent. Pint.

re: si in articulum *m.* seges ire ceperit, runcare, ne herbae vincant. Pestem a milio atque panico sturnorum passerumue agmina, scio abigi herba *n.*, cuius nomen ignotum est, in quatuor angulis segetis defossa: mirum dictu: ut omnino nulla avis intret. Mures abiguntur cinere mustelae, vel felis diluto, et semine sparsos vel *o.* decoctarum aqua. Sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. Ob id *p.* felle bubulo semina attingi utilius putant. Rubigo *q.* quidem, maxima segetum pestis, lauri ramis in aruo defixis, transit in ea folia *z.* ex aruis. Luxuria *r.* segetum castigatur dente pecoris in herba dumtaxat: et depastae quidem, vel *z.* saepius, nullam in spica iniuriam

*1. sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. Lege eorum.
earum Gr. et Al. 2. ex herbis. V. 3. suibus. M.*

m. Si in articulum) Quum genicula seu nodos culmi ostendunt. Columella, II.
12. de sarritione: Transacto aequinoctio verno statim peragi oportet intra dies viginti, ante quam seges in articulum eat: quoniam serius sarrita corrumpitur in sequentibus aestiis siccitatibus et caloribus. H.

n. Herba) Eius rursum meminit infra cap. 3. L. II. *Dal.*

o. Vel decoctarum) Mustelae et felis. H.

p. Ob id felle) Sic radices arborum felle taurino oblini auctor Geop. iuhet X. c. vlt. vt nec senescat cito, nec vermes producat. Apuleius

ibidem XIII. 5. felle bubulo semina illinit, ne mures attingant. H.

q. Rubigo) Apuleius in Geop. V. 31. p. 150. Εὰν δάφνης ἐν τῇ αρεσκού πλάδες βαλῆς, μεταβαινειν εἰς αὐτὲς τὴν βλάβην τῆς ἐγυπτίων. Si lauri ramos in aruum proieceris, transit in ipsis rubiginis noxa. H.

r. Luxuria segetum) Sunt et haec apud Theophr. Hist. VIII. 7. descripta ex Virg. Georg. I. III. Quid qui ne grauidis procumbat culmus aristis, Luxuriem segetum, tenera depascit in herba Cum primum sulcos aequans sata? H.

riam sentiunt. ¹ Retonsarum s. etiam semel omnino certum est granum longius fieri, sed inane t. & casumque, ac satum non nasci. Babylone u. tamen bis secant, ³ tertio x. depascunt: alioqui folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit ⁴ exilitas y. soli: verum diligenteribus cum ⁵ centesimo z. Neque a. est cura difficultis, quam diutissime ⁶ aquari gaudet b., vt praef.

K 2

pin-

- ^{s.} Recusarum. Cb. ^{2.} casumque. Turn. et Cb. ^{3.}
- tertium. Cb. ^{4.} felicitas. Budaeus ex Theophr. fer-
- tilitas. V. ^{5.} sic ex MSS. em. Hard. centesimo quin-
- decimo Cb. centesimo quinquagesimo. Gr. et Al. ^{6.}
- sic et V. aqua rigandi. Gr. et Al.

^{s.} Retonsarum) Theophr. limus fiat, etc, ὥσε πηλὸν
1. c. H (non υλην) ποιήσῃ πολύν.
2. Inanc) Camatian id vo-
cant Theophrast. Dalec.

u. Babylone) Theophr. 1.
c. H.

x. Tertio depascunt) Hoc
est, in segetes pecus immit-
tunt: τὰ πρόβατα ἐπαΦιά-
σιν. Sic enim caulem mit-
tit, alioquin foliis tantum
luxuriat, Φυλλομανεῖ, Theo-
ph. H

y. Exilitas soli) Vbi ma-
xime exile solum, et leuiter
cultum. H.

z. Cum centesimo) Theo-
phr. Γίνεται δὲ μὴ καλῶς
ἔργασαμένοις πεντηκοντό-
χοι: τοῖς δὲ ἐπιμελῶς,
εὐποντόχοι. H.

a. Neque est cura difficultis).
Culturae modus, inquit
Theophr. ut quam diutissi-
me restagner, et maneat
aqua, eiusque mora multus

solum, quod quam per se
crassum et pingue sit, dilui
copiosa aqua necesse est.
Vide N. et Em. N. XIII.
(hic coll.) Aquari) Multo
id sincerius visum, vti est
in editione Parmensi, quam
aqua rigandi, vt in ceteris.
Fauet enim admodum tum
ipsa per se orationis struc-
tura, tum ipse etiam Theo-
phrastus. Sic enim ille Hist.
VII. Η δὲ ἔργασία, τὸ ὥσ
πλειστον χρονον ἐμμέσειν τὸ
ῦδωρ, . . πιεισαὶ γὰρ εσταν
καὶ πυκνὴ τὴν γῆν, δεῖ ποιή-
σαι μανῆν. Cultura omnis
in eo est, ut quam diutissime
aqua permaneat: quum enim
ea terra crassa, spissaque sit,
raram atque solutam reddere
opus est. H.

pinguis et densa vbertas diluatur. Limum c. autem non inuehunt Euphrates Tigrisque, sicut in Aegypto Nilus. Nec terra d. ipsa herbas gignit. Vbertatis e. tamen tantae sunt, vt sequente anno sponte restibilis f. fiat seges, impressis g. vestigio seminibus: quae tanta soli differentia admonet terrae genera in fruges describere.

XLVI. Igitur Catonis h. haec sententia est: in agro i. crasso et laeto frumentum seri: i si vero k. nebulosus sit idem, raphanum, milium, panicum. In frigido l. et aquoso prius serendum, postea in calido.

i. Si vero nebulosus sit idem, raphanum, milium, panicum. In frigido et aquoso et prius serendum, postea in calido. Sic alii. et Ch.

e. Limum autem) Theoph. l. c. H. laetum, frumentarium esse. Dal.

d. Nec terra) Theophr. H.

e. Vbertatis) Theophr. l. c. H.

f. Restibilis) Seges restibilis ager appellatur, cuius secunditas non uno anno exhausta, in sequentem etiam annum perseverat, etiam si segnius aretur. H.

g. Impressis vestigio) Vel conculcatis, inquit, depresisque seminibus: ut cum exercitu transeunte decussa semina in terram corruant. Theophr. l. c. H.

b. Catonis, etc.) Cap. 34. et cap. 6. Dal.

Igitur Catonis) C. 6. p. 12. H.

i. In agro crasso) Agrum sine arboribus; crassum et

Idem raphanum, milium, panicum) Adde verbum *rappa*, ex Catone cap. 6. Idem *rappa*, *raphanos*, *miliū*, *panicum*. Pint.

l. In frigido) Vide N. et Em. N. XIV. (hic pos.) In fr.

) Haec a superiore sententia, quicum temere connecebantur antea, diuelli seiungique, ex Catone liquet. Sic enim ille c. 6. p.

12. Vbi ager crassus et laetus est sine arboribus; quum agrum frumentarium esse oportet; idem ager, si nebulosus est, *rappa*, *raphanos*, *miliū*, *panicum*, id maxime seri oportet. Haec tantum eo loci affert. Mox c. 34. p. 30. Redeo ad sementim. Vbi quisque locus frigi-

calido. In solo *m.* autem rubricoso, vel pullo, vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum. In creta *n.* et rubrica,¹ et aquosiore agro adoreum. *o.* In siccō *p.* et non herboso, nec umbroso, triticum. In solo *q.* valido fabam. Viciam vero quam minime in aquoso herbidoque. Siliginem et triticum in loco aperto editoque, qui sole quam diutissime torreatur. Lentem *r.* in frutectoso et rubricoso, qui non sit herbidus. Hordeum *s.* in nouali, et in aruo; quod *t.* restibile possit fieri: trimestre, ubi sementem maturam facere non ² possis, et cuius crassitudo sit restibilis. Subtilis *u.* et illa sententia: Serenda ea in tenuiore terra, quae non mult-

i. et uligine. Cato. 2. possit. Gr.

frigidissimus, aquosissimusque erit, ibi primum serito. In calidissimis locis sementim postremum fieri oportet. H.

m. In solo) Cato, c. 34. p. 31. H.

n. In creta et rubrica) Vide supra cap. 14. Dal.

In creta) Cato l. c. H.

o. Adoreum) Far, frumentum. Haec quae antea c. 6. edixerat, c. 34, Cato repetit. Dal.

p. In siccō) Cato, l. c. H.

q. In solo valido) Quae deinceps sequuntur, sunt et apud Catonem, c. 35. p. 31. usque ad ea verba, Subtilis et illa sententia. H.

r. Lentem in frutectoso et rubricoso) Scriptum exemplar et reliqui codices impressi, non frutectoso legunt;

sed fruteto. I scribo ruedeto. Cato c. 35. Lentem in ruedeto et rubricoso, qui herbosus non siet, serito. Pint.

s. Hordeum in, nec.) Plutarchus libro de Caussis naturalibus prouerbium rusticorum memorat, σῖτον ἐν πηλῷ, κεισθῆν δὲ ἐν νόνει. In luto triticum, hordeum in puluere, id est, leui ac solubili terra. Dalec.

t. Quod restibile) Continuo biennio seri possit farreaspica, id est aristata, quod ne fiat, excipiunt qui locant praedia. Verrius.

Quod restibile) Quod anno etiam sequente ferre fruges possit. H.

u. Subtilis) Varronis sententia, loco mox citando, et aucto-

multo x. indigent ¹ succo, vt ² cytifus: et, ³ cicere excepto ^{y.}, legumina quae velluntur e terra non subsecantur. Vnde et legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui ^{z.} autem, quae ⁴ cibi sunt maioris, vt olus, triticum, filigo, linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur: minus enim alimenti radix poscit: ⁵ lenior a terra, densiorque triti-

co.

- ^{1.} succu. Ch. in emend. sumptu. ^{2.} cytifum. Dal.
^{3.} Et sic Fulu. Vrsin. super Varr. de re rust. pag. 39.
 Et cicere, exceptis leguminibus. Gr. et Al. ^{4.} cibi.
 Ch. in emend. curae. ^{5.} leuior. Gr. et Al.

et auctoris Geop. II. 10. p. 49. H.

^{x.} Non multo — succo) Succum et Plinius et Varro appellant alimentum quod seges ad nutritionem attrahit, fugitque e terra. Τροφὴν appellat Theophr. de cauſi. III. 26. p. 291. Αἱ μὲν γὰρ ἐλάττονος καὶ πεφοτέρας δέονται τροφῆς: αἱ δὲ πλειόνος καὶ σωματοδεσέρεας. Plinius etiam mox cibum vocat. H.

^{y.} Et cicere excepto) Haec leguntur et apud Varronem, vt dicemus in N. et Em. N. XV. (hic adi) Et cicere) Perturbata admodum sententia prius legebatur, Et cicere exceptis leguminibus, etc. Admonuit erroris Varro: sunt enim haec illius verba de R. R. I. 23. Neque in pingui terra omnia seruntur recte, neque in macra nihil. Rectius cum in teneriore terra ea;

quae non multo indigent succo, vt cytifum, et legumina, praeter cicer: hoc enim quoque legumen, et cetera, quae velluntur, legumina dicta. In pingui rectius, quae succi sunt maioris, olus, triticum, filigo, linum. H.

^{z.} In pingui) Varro de R. R. I. 23. H.

^{a.} Leuior terra densiorque tritico) Scribendum puto laetior, non leuior, vt paulo ante dixit ex Catone seri. Nam leuior et densior videntur inter se repugnare. Pint.

Leuior terra) Magis tractabilis. Vide N. et Em. N. XVI. (hic pos) Lenior) Ita recte MS. R. ceterique, non vti prius legebatur in editis, leuior. Nam pugnant inter se leuior, densiorque. Adde Theophr. Hist. VIII. 9. emendationi huic mire suffragantem: Πυρὸς, inquit, αγαθὴν ζητεῖ χωρέαν, η δὲ πειθὴ δύναται

151

eo. In loco *b.*¹ humili far adoreum, potius quam triticum, seretur: temperato, et triticum, et hordeum. Colles *c.* robustius, sed minus, reddunt triticum. Far et *d.* filigo,² et cretosum et vliginosum solum fortiuntur. (XVIII.) Et frugibus *e.* ostentum semel (quod equidem inuenérim) accidit,

K 4

P.

i. humido. Vrsin. not. ad Varr. de re rust. p. 26. *2.*
et cretoso et vliginofo solo seruntur. Ch. in emend.

καὶ ἐν ταῖς ψαφαρωτέραις εἰνφέρειν. Multoque expressius Plutarchus in Quu. Natt. p. 215. Διὰ τὶ πυροφόρος ἡ πίων καὶ βαθεῖα χῶρα, πειθοφόρος δὲ μᾶλλον ἡ λεπτογέως; Quare pinguis et profunda terra tritici ferax est: bordei ea potius quae tenuior est? Quum praeferunt, eodem Plutarcho teste, illud agricolis in ore sit: Σῖτον ἐν πηλῷ φυτεύεται, τὴν δὲ οἰσθῆν ἐν κόνει. Triticum in coeno serito, hordeumque in puluere. Lenior autem terra, vda est, et madida hoc loco, et aqua copiosa diluta, solutaque. H.

b. In loco humili) Atque adeo humido; namque in loca depresso aquae confluunt. Colum. II. 6. p. 49. Triticum autem siccо loco melius coalescit: adoreum minus infestatur humore. Et Varro I. 9. Itaque periti in loco humiliore far adoreum potius serunt. Quare videndum an in contextu Pliniano hu-

mido quoque sincerius fuerit. Nam temperato, quod proxime sequitur, non humile, sed humidum opponitur. MSS. tamen omnes, humili. H.

c. Colles) Colum. II. 9. p. 52. Collis enim, quamvis robustius aliquanto, minus tamen tritici reddit. H.

d. Far et siligo) Colum. I.
c. Densa, cretosaque, et vliginosa huncus, siliginem et far adoreum non incommodat. H.

e. Frugibus ostentum, etc.)
Huius meminit et Liuius. Dal.

Et frugibus... semel) At etiam postea, quo tempore in Numantia res male gestae, Bononiae fruges in arboribus natas refert Julius Obseq. c. 85. p. 45. Iterumque c. 90. p. 49. Et Julius Capitoninus in Antonino Pio, inter ostenta, p. 20. Hordeum, inquit, in Moesia in culminibus arborum natum est. H.

P. Aelio f., Cn. Cornelio Coss. quo anno superatus est Hannibal: In arboribus enim tum nata produntur frumenta.

XLVII. Et quoniam de frugum terraeque generibus abunde diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Aegypti facilitate commemorata. Nilus g. ibi coloni vice fungens, euagari h. in-

i. Et in frug. M.

f. P. Aelio) P. Aelio Paeto, Cn. Corn. Lentulo CoSS. A. V. DLIII. quo finitum esse bellum Punicum secundum, auctor est Liuius, L. XXX. p. 367. vieto Hannibale a Scipione Africano maiore. H.

g. Nilus ibi, etc.) Haec omnia ex Herodoto L. II. Dal.

b. Euagari incipit, ut diximus) Particula aut superflue re videtur ex Plinio ipso L. V. cap. 9. Incipit, inquit, crescere luna noua quaecumque post, solstitium est. Pint.

Ut diximus) L. V. 10. Nilus hic caute coloni vice fungi dicitur, non tamen haberi pro Deo dicitur. Itaque caue te fallat nummus ex aere minimo, qui est in Thesauro regio sic inscriptus, DEO SANCTO SERAPIDI. Caput Serapis, cui modius est impositus .)(. DEO SANCTO NILO. Fluuii decumbentis effigies, qua vrnae innititur, arundinem dextra tenet, sinistra Cornu Copiae. Infra, ALE.

Flavii Claudi Iuliani Augusti gratia cufus hic nummus est, non Aegyptiae certe, sed prorsus perelegantis fabricae, hoc est, Gallicanae. Cufus, inquam, ALE; hoc est, Primae Lugdunensis Edicto, ad amnum Rhodanum. Sententia prioris inscriptionis haec est: Dudum Expetitum Orbi, Seruator Primae Narbonensis, Ciuitatum Tutor Omnium, SERAPIS Iulianum Dedit Imperatorem. Ista posterioris: Dudum Expetitum Orbi, Serapis Prima Narbonensis Ciuitatum Tutor, Omnibus Negotioribus Iulianum Liberatorum Obrulit. Fluuius hic depictus certe Nilus non est, quem crocodilus hippopotamusque absit: sed Rhodanus est, Ararisue, qui Lugdunensem primam alluunt, vel fecant. Nihil vatem moramur, qui apud Athenaeum V. p. 503. cecinit Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλος. Nec Deus Sanctus quid sit, intellexere falsorum numinum cultores, ac ne sic quidem

incipit, ut diximus, solstitio,¹ et noua Luna: ac primo lente, deinde vehementius, quamdiu in Leone sol est. Mox pigrescit in Virginem transgresso, atque in Libra residet. Si duodecim i. cubita non² excessit, fames certa est. Nec minus, si sedecim exsuperauit. Tanto enim tardius decedit, quanto abundantius creuit, et sementem arcet. Vulgo credebatur, ab eius decessu serere solitos, mox sues impellere vestigiis semina deprimentes in madido solo: et credo k. antiquitus factitatum. Nunc quoque non multo³ grauiora l. opera: sed tamen inarari certum est⁴ abiecta prius semina in limo⁵ digressi amnis, hoc est, Nouembri mense incipiente: post-

K 5 ea

1. sic ex MSS. em. Hard. cons. V. aut noua Luna. Gr.

et d. ap. Al. 2. Excesserit. M. 3. grauiore. M. 4.

abiecta prius semine. V. 5. degredi. Ch.

dem eorum aliquis verba haec duo copulauit. Et graui demum errore ducuntur recentes Grammatici, qui sine teste idoneo scriptore Latino, produnt aut ab *Apis* in genitivo casu *Apidis*, aut a *Serapis*, *Serapidis* posse deduci. *Apis* in eo casu Plinius habet VIII. 71. Strabonem, similesque Graeculos, qui Σεραπίδος scripsere, nec tamen ausi sunt Ἀπίδος sic inflectere, haud magni facimus, quum Plinius ipse, XXXVI. II. exemplum *Serapis* scribat, non *Serapidis*. Tamen aeuo Gallieni et Postumi video nummos inscriptos, SE-RAPIDI COMITI AVG. sed ex inscritia fortassis Grammaticorum posterioris illius aeu. H.

i. Si duodecim) Vide quae diximus loco mox citato L. V. De Nili flaentis, quum intra duodecimum tantum cubitum exereuisset, ullam aquae partem elici ruptis aggeribus, sub ignis. poena vetuit Arcadius Imperator anno Christi CCCCIX. l. I. de Nili aggeribus L. IX. Cod. Theod. tit. 23. quo anno fames, seu annonae penuria ingens Constantiopolis fuit, teste Marcellino, in Chron. H.

k. Et credo — factitatum) Ita sane prodidit Herodotus, L. II. Euterpe, p. 95. n. 14. Diodorus Siculus Biblioth. I. p. 52. immitti pecora ait, τὰ βοσκήματα. H. l. Grauiora opera) Sic MSS. quos vidi, editique:

Dal.

ea pauci runcant, quod botanismon *m.* vocant. Reliqua *n.* pars non nisi cum falce arua visit paulo ante Calendas Aprilis. Peragitur autem messis Maio, stipula numquam cubitali: quippe sabulum subest: granumque *o.* limo tantum continetur. Excellens Thebaidis ¹ regionibus frumentum, quoniam palustris *p.* Aegyptus. Similis ratio, sed felicitas maior ² Babyloniae Seleuciae, Euphrate atque Tigri restringantibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. Syria *q.* quoque tenui sulco arat, quum multifariam in Italia octoni *r.* boves ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturae, sed in hac quidem maxime, valet oraculum illud, ¹ Quid quaeque regio s. patiatur.

XLVIII.

i. regioni Gron. regionis. Alii. c *2. sic V. Babyloni ac Seleuciae Gr. Babylonicae Seleuciae vulgg.* 3. quae regio patiatur. G.

Dalec. in suis, grauiore opera, quod non displicet. H.
m. Botanismon) Βοτανίζειν dixit etiam Theophrast. ὑποτίθειν τὴν βοτάνην. Rustici Lugdunenses, herbéer. Victor. c. 8. XXXVI. *Dal.*
Boranismon vocant) Ut diximus l. 35. H.

n. Reliqua pars) Reliqui, inquit, ne runcant quidem segetes: nec arua reuisunt post fermentem; nisi cum falce, ad messem. H.

o. Granumque - continetur) Alietur, nutritur, sustinetur. H.

p. Aegyptus) Pars Aegypti inferior, quae proprie Aegyptus, et nomine alio Delta. H.

q. Syria quoque) Theoph. de causs. III. 25. p. 290. et illud adiicit: χειμεροῖς ἀρότροις οἱ Σύροι χρῶνται. „Idcirco pusillis aratis Syri vtuntur.“ H.

r. Octoni boves) Non illi quidem sub iugum vnum missi, hoc est, alii post alios iuncti. H.

s. Quid quaeque) Ad illud Virgilii Georg. I. 53. Et quid quaeque ferat regio, et quid quaque recuset. Haec multo tractat vberius Colum. in praef. operis. H.

t. Vomerum) Vomer, id ferrum dicitur, quod in aratro liras facit, et vtrimeque vomit: vnde nomen. Sec de charue. H.

XLVIII. Vomerum *t.* plura genera: Culter *u.* vocatur, praedensam, prius quam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia praescribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, *1 rostrati x.* vectis. Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali *y.*, sed exigua cuspide in rostro. Latior *z.* haec quarto generi, et *2 acutior a.* in mucronem fastigata, *3 eodemque gladio scindens solum, et acie laterum radices herbarum secans.* *4 Non pridem inuen-*

1. rostratum, vti vectis, Ch. facili, vomere toto non porrecto dentali. 2. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Sed exacutior . . . fastigiata. Gr. et Al. 3. eademque (sub. cuspis.) 4. Id non pridem inuentum in Rhaetia. Galliae duas addiderunt tali rotulas.

Gr. et Al.

u. Culter vocatur. praedensam, etc.) Addit antiquum exemplar dictionem infelix: Culter vocatur infelix: vt forte scribi possit, Culter vocatur in filicem, vel Culter vocatur difficilem, praedensam, etc. quia subdit paulo post, Tertium in solo facili. Pint.

Culter) Breuioris vomeris genus, quod nostri agricultae vocant, Coutre. In lege Salica tit. 29 §. 12. Cultellus dicitur: Si quis alienum cultellum furauerit, etc. Hinc cultellare agrum Frontino de limitibus agrorum est agrum eminentiorem ad planitiem redigere, et quasi cultello decidere tumores. H.

x. Rostrati vectis) Seu pale ferro rostrati. H.

y. Dentali) Dentale lignum illud est, ad quod vomer includitur, inquit Seruius ad illud Virgilii Georg. I. 172. Binæ aures duplice aptantur dentalia dorso. Uſus ea voce Columella II. 2. Celsus, inquit, reformatans impensam, quae scilicet largior est amplioribus armenis, censer exiguis vomeribus dentalibus terram subigere, quo minoris formae bubus administrari id possit. H.

z. Latior haec) Cuspis videlicet. H.

a. Sed acutior mucronem fastigata) Dele verbum sed, et

inuentum b. in Rhaetia Galliae, ut duas adderent
1 alii rotulas, quod genus vocant planarati. c. Cu-
spis effigiem palae habet. Serunt ita 2 non nisi
culta terra, et fere noua. Latitudo vomeris cespiti-
tes versat. Semen protinus iniiciunt, cratesque d.
den-

**I. rali, in V. d. stiuae rot. q. g. v. planaratum. Alii,
quod nempe in planis et pinguib. eo potissimum utan-
tur plamorati. Turn. et Ch. 2. non culta terra,
sed vere noua. Dal.**

et scribe fastigata, ut mil-
lies iam dictum est. Pint.

b. In Rhaetia Galliae) In
parte Rhaetiae, quae Galliae
Togatae adscripta est, vti
Verona, etc. H.

c. Planarati) Gallicum
vocabulum integrum et in-
corruptum est pflugrad: quod
alii in plumarat; alii in pla-
narat detorserunt. Glareanus
in Comment. Caesar. Dal.

Planarati) Rectius plau-
strarati, ob rotulas aratro
additas, similitudinemque
plaustri vel currus. Vide
Not. et Em. N. XVII. (hic
consp.) Non pridem) Sic li-
bri fere omnes editi, tan-
tum post Frobiniū:
Priorēs plamorati habent.
MSS. Reg. Colb. aliique,
Plaumorati. Goropius Be-
canus Gallicorum l. p. II.
mauult Plomerat legi: quod
Cimbrorum lingua, seu ve-
tere Gallica Plograt aratri
rotam notet, Plog met rat
aratum cum rota. Nos sim-
plicius Plaustrarati malumus.

Seruius ad Georg. I. v. 173.
Mantuae, quae in Gallia Toga-
ta et Cisalpina existit, aratra
habuisse rotas, ex eo Virgi-
lii versu colligit: Caeditur
et tilia ante iugo leuis, alta-
que fagus. Stiuaque, quae cur-
rus a tergo torqueat imos.
Curru autem dixit, inquit
Seruius, propter morem pro-
uinciae suae, in qua aratra
habent rotas, quibus iuuantur.
Vt minime mirum sit, gen-
tes eas Latine composita vo-
ce, quae significatum eius
ac usum exprimeret, Plau-
strarati extulisse. Rhaeti
enim, vt Galli Togati, La-
tina lingua, vel Plinii certe
tempore, vtebantur. Ve-
rum non vni huic dumtaxat
voculae, sed et sententiae
integrae medicinam attuli-
mus, quae prius ita legeba-
tur: Id non pridem inuentum
in Rhaetia. Galliae duas ad-
diderunt tali rotulas, quod
genus vocant planarati. H.
d. Cratesque) Crates pro-
occa accipitur, vne Herse:
Quid

dentatas supertrahunt. Nec farrienda sunt hoc modo sata. Sed ¹ protelis ^{e.} binis ternisque sic arant. Vno boum ^{f.} iugo ² censeri anno ³ facilis soli quadragena iugera, difficilis tricena, iustum est.

XLIX. (XIX.) In arando magnopere ⁴ seruandum est Catonis ^{g.} oraculum: Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Sulco ^{h.} vario ne ares. Tempestive ares. Tepidiori-

1. sic et M. Turn. et Ch. porcellis. Gr. et Al. 2.
conseri aruo. Dal. 3. facili. Ch. 4. referuan-
dum. Ch.

Quid sit occare diximus f.
37. Virgilius Georg. I. 94.
*Multum adeo rastris glebas
qui frangit inertes. Vimineasque trabit crates, iuuat
arua.* H.

e. Sed protelis) Ita rescripsimus ex MSS. R. Colb., etc. pro porcellis. Sic Plinius ipse IX. 17. protelis boum extrahi pisces vastae molis dixit: vbi vide quae sunt a nobis adnotata. H.

f. Vno boum) Vnum boum iugum arandi iugeribus quadragenis, si solum est facile, par est: si difficile, tantum tricenis. H.

g. Catonis) C. 61. p. 44. ex veteri cod. Meursii, *Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Arare. Quid tertium? Stercorare.* H.

b. Sulco) Varro de R. R. II. c. 39. „Qua aratum volumere lacunam fecit, sulcus vocatur (*vne rage, vn rayon*)

*Quod est inter duos sulcos,
dicitur porca, (vn fillon.) Sul-
cum varium dicit, qui in ter-
ra varia imprimitur, id est,
superne tantum et leuiter
in superficie irrorata, peni-
tius et inferne sicca, quam
describit Columella II. 4.
disertissime: Sed quandocum-
que arbitur, inquit, obser-
uabimus, ne lutosus ager tra-
ctetur, neue exiguis nimbis
semimadidus, quam terram ru-
stici variam cariosamque ap-
pellant. Ea est quum post
longas siccitates leuis pluvia
superiorem partem glebarum
madefacit, inferiorem non
attингit, etc. Vide quae de
terra cariosa diximus L.
XVII. 3. Theophr. de cauff.
III. 28. p. 293. id terrae
genus αὐθίσγεον vocat et
vehementer improbat. Ca-
tonis verba sunt l. c. *Agrum
frumentarium quum aras, be-
ne et tempestive ares: sulco
vario ne ares.* H.*

dioribus *i.* locis a bruma *k.* proscindi arua oportet; frigidioribus ab aequinoctio verio. Et maturius sicca regione, quam humida. Maturius densa terra, quam soluta, pingui, quam macra. Vbi siccae et graues aestates, terra cretosa aut gracilis, utilius inter solstitium et autumni aequinoctium aratur. Vbi leues aestus, frequentes imbræ, pingue herbosumque solum, ibi ¹ mediis caloribus. Altum et graue solum etiam hieme moueri placet: tenue valde et aridum, paulo ante ² sationis tempus.

2. Sunt et hic suae leges: Lutosam *l.* terram ne tangito. Vi omni arato: prius quam ³ aras, proscindito *m.* Hoc vtilitatem habet, quod inuerso cespiti-

1. sic ex MSS. em. Hard. cons. *M.* medius caloribus Gr. et Al. *2.* sationum. Ch. *3.* sic ex MSS. Hard. et Ch. ares Gr. et Al.

i. Tepidioribus) Virgil. Georg. I. 43. Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor liquitur, et zephyro putris se gleba resolut: Depresso incipiat iam tum mibetaurus aratro ingemere, et sulco attritus splendescere vomer. Vide Colum II. 4. quo anni tempore campi arandi sint. H.

k. A bruma proscindi) Theophr. c. 35. L. III. Caus. Cato c. 34. Colum c. 2. L. III. capite 4. libro II. Virgilius I. Georgic. Dal.

l. Lutosam) Palladius L. II in Ian. c. 3. p. 38. Observandum est, ne lutosus ager aretur . . . Nam terra,

quæ lutoſa tractatur in primordio, fertur toto anno non posse tractari. Columellam sequitur II. 4. Quandocumque arbitur, obseruabimus ne lutosus ager tractetur, neue exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant. Nam quæ limosa versantur arua, toto anno desinunt posse tractari: nec sunt habilia segmenti, aut occasioni, aut sationi. At rursus quæ varia subacta sunt, continuo triennio sterilitate afficiuntur H.

m. Proscindito) Varro I. 19. Terram quum primum arant.

cespite herbarum radices necantur. Quidam utique ab aequinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento, veruactum *n.* vocatur. Hoc in o. nouali ¹ aequa necessarium est. Nouale est *p.*, quod alternis annis feritur. Aratuos *q.* boues quam arctissime iungi oportet, vt capitibus sublatis arent: sic minime colla

1. sic ex MSS. em. Hard- cons. Cb. atque requieto necessarium est. Gr. et Al.

arant, proscindere appellant. H.

n. Veruactum) Rūdis terra Varroni c. 44. I. quae iam diu culta non est: Restibilis, quae quotannis obsita fuerit: veruactum in exemplaribus Columellae manuscriptis veteretum, quae requiecit interdum. Dalec.

Veruactum) Quasi vere actum, id est, aratum. H.

o. Hoc in nouali atque requieto necessarium) Duo illa verba atque requieto, desiderantur in seripto codice. Pint. Hoc in nouali atque requieto necessarium) Leg. Hoc in nouali aequa necessarium. Hinc Veruactum et Nouale pro eodem. Vide Salmas. p. 732. a.

p. Nouale est) Ager noualis proprius est, qui numquam antea proscissus, numquam cultus. Sic Plinius ipse alibi vocat agrum noualem, vnde vetus silua excisa est: sed vsu tamen auctorum iam vox traducta est ad signandum agrum, il-

lum, qui alternis cessat, alternis feritur. Gaius, Lib. L. Dig. tit. de verb. sign. leg. Silua: Noualis est terra praecisa, quae anno cessavit, quam Graeci vēaniv vocant. Lege, vēaniv. Glossae: vēanic, noualia, noualis terra. Festus: Noualis ager, nouiae relictus sementi. Iridor. Noualis ager est primū proscissus, siue qui alternis vacat, nouandarum sibz virium causa. Noualia enim semel cum fructu erant, et semel vacua. H.

q. Aratuos boues, etc.) Colum. c. 2. lib. II. Varro c. 19. et 20. lib. I. Dal.

Aratuos) Colum. de R. R. II. 2. p. 42. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit, quo speciosius ingrediantur sublimes, et elatis capitibus, ac minus eolla eorum labefactentur: iugumque melius aptum ceruicibus insidat: hoc enim genus iuncturæ maxime probatum est. H.

colla contundunt. Si inter arbores vitesque arentur, fiscellis *r.* capistrari, ne germinum tenera praecerpant. *2* Securiculam *s.*, insituam *t.* pendere, qua intercidantur radices. Hoc melius, quam conuelli aratro, bouesque *u.* luctari. In arando *x.*

ver-

1. capistrantur Ch. *2. Sericulam. Ch.*

r. Fiscellis) Sunt veluti sportae quaedam e viminiis funiculisue contextae, quibus ora boum, equorum, mulorumque cernimus capistrari. Cato c. 54. Boues fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, quum arabantur. Graecis Φίμος dicitur. H.

s. Securiculam etc.) Falciam rustriam Cato vocat, qua ruri secantur rubi per agrum serpentes. Turn. c. 26. lib. XIII. Insituam hic quidam exponunt, vruo aut clavo insertam, ut ex eo pendeat. Quidam legunt incisitiam ab incidendo, siue, ut ait, intercidendo. Dal. Pintianus legit in stiua.

Securiculam) Dolabram vocat Columella, l. c. p. 45. Nec minus dolabra, inquit, quam vomere bubulus utatur, et praefractas stirpes, summasque radices, quibus ager arbusto constitutus implicatur, omnes refodiat, ac persequatur. MSS. omnes, sericulam, forte pro ferriculam,

quam serrulam minorem in instrumento rustico Palladius vocat, l. c. vlt. H.

t. Insituam) Ita MSS. quidem: sed cum Pintiano malim in stiua.

u. Bouesque luctari) Graeci αυτορεύειν id dicunt, nempe maximo nisu trahere, ἀπὸ τῷ αὐτορεόν, fune quo boues trahunt, vel ligno iugali, cui collum inferunt. Vide Rhodig. cap. 18. lib. XXVI. Dalec.

x. Versum peragi) Versus peragitur, cum sulco ad finem perducto, iterum eo redditur, unde arationis principium est susceptum, qua rationem metaphoricos Varro dixit, solstitium esse, quum sol ad versum proxime stat: et Pausaniaς βεζεφηδὸν γράφειν dixit eo modo scribere, contra quam nobis mos sit. Dal.

In arando versum) Alii versuram vocant, quum sulco ad finem perducto, iterum eo reuertimur, unde arationis principium est susceptum. Colum. II. 2. H.

versum peragi, ⁱ nec strigare y. in actu spiritus. Iu-
stum

*i. sic et M. et Pellicerius. Ch. striare in actu saepius.
Gr. et Al.*

y. *Striare*) Scalig. ἐν τῷ τῶν πιὸνων ἔκβδωσει, nem-
pe virgata et canaliculata
caelatura, striaturaque, de-
pressus canaliculus στρίξ di-
citur: *stria* vero quod emi-
nulum lac protuberans, in-
star virgae a summo ad mi-
nimum dirigitur. Inde Apu-
leio *striata frons*, rugosa,
capitata, rugis exarata.
Striare, siue *strigare*, Grae-
cis est ἔυμοτομέν, nempe
lineis rectis per longitudi-
nem diametrev, ἔυμοτομέν
σχητοπεδον, Iosepho, ἔυμο-
τομέν καὶ διαμετρέν Φιλο-
τέχνως Αλεξανδρειαν. Dio-
dor. Vide Scalig. Append.
Virgil. Dalec.

y. *Nec strigare*) Nec re-
quiescere, aut cessare imper-
fecto sulci versu, qui vno vel-
uti spiritu agendum est. Vide
Not. et Em. N. XVIII. (hic
pos.) *Nec* Scripserat Her-
molaus contra omnium codi-
cum fidem, editionumque
Parm. aliarumque vetustarum:
*Nec striare in actu sae-
pius*. Antiquam sinceram-
que lectionem repraesentamus,
ex R. i. 2. Colb. aliis-
que exemplaribus: eamdem
V. Cl. Guil. Pellicerii iudi-
cio defendimus, cuius haec
verba Turnebus recitat

Vol. VI.

Aduu. XXIV. i. p. 808. *Est*,
inquit, *strigare in actu spi-
ritus*, in agendo sulco inter-
quiescere: nam *striga*, Hy-
gino auctore in libello de ca-
strorum metatione, ordo est
et series equorum in castris
tendentium. *Vt aurem in
striga quiescent equi*, et *ut
in strigam dum collocantur,
strigare dicuntur*: ita quoque
quum in versu, qui vno spi-
ritu agendum est ad interspi-
randum requiescant, *strigare*
dicuntur. Vtitur in eum-
dem paene sensum de la-
bore strenuo, sed graui, me-
taphorice *strigandi* verbo
Seneca ep. 31. *Quid ergo
bonum? Laboris contemtio.*
Itaque in vanum operosos cul-
pauerim: rursus ad honesta
nientes, quanto magis incu-
buerint, minusque sibi vinci
ac *strigare* permiserint, ad-
mirabor: et clamabo, *Tanto
melior surge, et respira: et
clivum istum vno, si potes,
spiritu exsuperas*. Adiicimus
et nos ad ea, ne videamur
ἀσύνθολοι lepidam Phae-
dri fabellam, e tertio libro
depromtam: *Musca in te-
mone sedit etc. quam ibi
confule*. Hoc illud est quod
pariter praecipit Columella
II. 2. sub finem. *Ne in media
parte*

L

stum est proscindi sulco z. dodrantali iugerum vno die, iterari sesquiugerum, si sit facilitas soli: si minus, proscindi a. semissem, iterari assem, quando et animalium labori natura leges statuit. Omne aruum b. rectis sulcis, mox et obliquis subigi debet. In collibus c. transuerso tantum monte

ara-

parte versurae bubulus consistat: detque requiem in summa, vt spe cessandi totum spatium bos agilius emitatur. Sulcum autem ducere longiorum, quam pedum CXX. convararium pecori est, quoniam plus aequo fatigatur, ubi hunc modum excessit. Quum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellas, ex boues inibebas, vt colla eorum refrigescant, quae celeriter conflagrant, nisi assidue refrigerentur, etc. H.

z. Sulco dodrantali) Sulcus Varroni de re rust. qua aratum vomere lacunam fecit in striam, quod inter duos terrae elatae est. Porca, quod in ea seges frumentum porrigit, vel a porcendo, id est, prohibendo apud Nonium, quia ultra se iaci semen prohibet. Dal.

Sulco dodrantali) Sulco novum pollicibus alto, seu pedis vnius, vt vocant, tribus quartis. Inter duos porro sulcos terra eminens, id enim monere operae pretium est, porca vocatur: hoc est, medius cumulus, qui inter duos latius distantes sulcos, vt ait

Colum l. 4. siccum sedem frumenti praebet. H.

a. Proscindi semissem) Hoc est, iugeri partem medium proscindi: iterari totum. As enim pro integra quacumque re accipitur, quam in semisses duas, unicasque duodecim, et partes alias, ita ut assem, antiqui diuidebant. H.

b. Omne aruum) Praeceptum illud Virgilianum est, e Georg. I. 65. Neque illum Flava Ceres alio nequicquam spectat Olympo: Et qui proscisso quae suscitat aequore terga, Rursus in obliquum verso prorumpit aratro, Exercerque frequens tellurem, atque imperat aruis. Adi et Colum. II. 2. p. 44. Bubulum autem per proscissum ingredi oportet, alternisque versibus obliquum tenere aratum, et alternis recto plenoque sulcare: sed ita nec ubi crudum solum relinquat et immotum, quod agricultae scannum vocant. H.

c. In collibus) Ali quanto planius Columella idem II. 4. p. 48. Sed in arando maxime est obseruandum, semper ut trans-

ararur, sed modo in superiora, modo in inferiora,
¹ rostrante d. vomere. Tantumque est laboris homini, vt etiam boum vice fungatur. Certe sine hoc animali montanae gentes sarculis e. arant. Arator f., nisi incuruus, praeuaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque g, caueatur, vbi inuentum est. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus h. ² rallo. Scamna i, inter duos

L. 2. am. 228. 229. ful-

i. reptante. Vet. 2. sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Ch.

Turn. ralla. Alii. rulla. Gr. et Al.

transuersus mons sulcetur. Nam bac ratione difficultas acclivitatis infringitur, labore que perudum et hominum commodissime sic minuitur. Paulum tamen quotiescumque iterabitur, modo in elatiore, modo in depressiore clivi, obliquum agi sulcum oportebit, ut in utramque partem rescedamus, nec eodem vestigio terram moliamur. H. (ad. Rostrante vomere) Rostrum oblique impingente vomere. Vel rostrato forte vomere dixit, hoc est, simplici, non aurito, quo vntuntur in planis, auctore Palladio l.c. ext. etc. H.

e. Sarculis arant.) Ut ante dictum est, s. 18. H.

f. Arator nisi) Proverbii speciem, inquit Erasmus, Chil. 4. Cent. 5. adag. 85. p. 869. habet quod refert Plinius: Arator, nisi incuruus, praeuaricatur. Praecipit vt arator aruum pri-

mum rectis sulcis prosein- dat: mox et obliquis subi- gat: id fieri yix potest, nisi toto corpore incumbat labo- ri, vnde et Virgilio dictus Curuns arator. Ceterum praeuaricari est a recto sul- co diuertere. Vnde et in causis praeuaricari dicuntur, qui causam diuersam adiu- uant. Videlicet hoc est il- lud quod ait Plinius: Inde translatum, hoc crimen in fo- rum. H.

I.g. Ibi itaqun.) In agro, vnde in forum translata pa- roemia. H.

b. Rulla) An rallo, id est, rallo praefixus? Rallum, fer- ramentum, quo raditur vomer et inhaerente terra li- beratur, atque purgatur, no- men habet a radendo. Legi potest et ralla, quam ve- tus lexicon ξυσηγα exponit. Turneb.

Cuspidatus rallo) Hoc est, rallo praefixus. Est autem rallum

fulcos cruda ne relinquuntur, glebae ne exsultent. Male k. aratur aruum, quod satis frugibus occandum est. Id demum l. recte subactum erit, ubi non intelligetur vtro vomer ierit. In vsu est et collicias m. interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam educant.

3.

u. sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. deducant.

Gr. et Al.

rallum ferramentum, quo raditur vomer, et inhaerente terra liberatur, atque purgatur, ut Turnebus admonet, Aduu. XXIV. I. p. 809. H.

i. Scamna) Agricolae scamna appellant grandiores glebas, quae solent excitari prima aratione, quam in proscisso crudum solum immotumque relinquitur, quod cauendum esse praecipit lex rusticationis. Hac voce vtitur Columella II. 2. p. 44. vt paulo ante retulimus, et alibi passim. H.

k. Male aratur, etc.) Veterum Romanorum id dictum fuisse, Columella scribit. Dal.

Male aratur) Colum. IL 4. p. 48. Sed et compluribus iterationibus sic resoluatur veruactum in puluerem, ut vel nullam, vel exiguum desideret occasionem, quum seminauerimus. Nam veteres Romani dixerunt male subactum

agrum, qui satis frugibus occandus sit. H.

l. Id demum) Colum. I. c. Pingues campi tam frequenter tibus densisque sulcis arandi sunt, ut vix dignoscatur in utram partem vomer actus sit: quoniam sic omnes radices herbarum perruptae necantur. H.

m. Et collicias) In agris colliciae sunt fulci ampliores, qui et porcae dicti, per quos aquam delibrabant. In urbibus colliciae, sive colliciae, sive colliquiae, dicebantur olim canales, qui aquam e stillicidio defluentem excipiebant. Colum. II. 8. Cauabitur, ut patentes liras, crebroisque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes deriuemus. Festus. Elices, fulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris. Simili forma et inlices dicti canales, in quos aqua confluit in viis lapide stra-

3. (XX.) Aratione *n.* per transuersum iterata,
occatio *o.* sequitur, vbi res poscit, crate vel rastro;
et sato *p.* semine iteratio. Haec quoque *q.* vbi
consuetudo patitur, crate *r.* dentata, vel tabula ara-
tro adnexa, quod vocantur lirare, ¹ operiente semi-

L 3 na:

i. sic ex MSS. em. Hard. Alii subcrate, vel tabula. Lego, operiente semina, quod lirare vocant, etc. Vide Varr. cap. 29. operientes semina. Gr. et Al.

stratis, ab eliciendo dicti, ex eodem Festo. H.

n. Aratione — iterata) Offringi autem terra dicitur, auctore Festo, quum iterum transuerso sulco aratur. H.

o. Occatio) Occare Verrio ab occaedendo, quod gran- deis glebas caedant et com- minuant, quod etiam Varroni L. I. de re rust. scriptum est. Ciceroni vero in Catone maiore, et Sereno apud No- niūm, ab occaecando, quod iaētas fatasque fruges occu- lat, abdat, tegat, et quasi occaecet. Prius etymon se- quutus Gaza in vertendo Ci- ceronis Catone Βωλοποτίαν appellauit. Plaut. in Capti- ueis: Sartor satorque scele- rum, et messor maxime. B. Non occatorem prius audebas dicere, Nam semper occant priusquam sarriunt rustici. Victorius cap. 24. II. Sealign. in Festum occare dictum pu- tata ab occa, id est, rastro. Dal.

Occatio sequitur) Graeci Βωλοποτίαν vocant, qua franguntur glebae; occare

Galli, herser: occam, vne herse: vnde hercia et herciare: de quibus V. Cl. Du Cangius in Glossario consulendus. H.

p. Et sato semine iteratio) Leg. et sato semine teritiatio. Vide Salmas. pag. 729. b.

q. Haec quoque vbi consue- tudo patitur) Scribendum puto, Occa quoque vbi, etc. Pint.

r. Crate dentata) Vetus lector non dentata, sed con- tenta praefert; ut scriben- dum forte sit contexta. Verba autem quae mox paulo sequuntur, operientes semina, aduentitia arbitramur. Dal.

Crate dentata) Hinc biden- tare veteres occare dicebant quod occa dentata infringe- bantur iterum glebae. Glos- sae Philoxeni: ΣκαΦετός. Fossura, bidentatio, occatio, iteratio. H.

s. Quod vocant lirare) Var- ro de R. R. I. 29. s. Terrio quum arant iacto semine, bo- ues lirare dicuntur, id est, cum tabellis additis ad vom- rem

na: vnde primum appellata deliratio t. est. Quarto u. seri sulco Virgilius existimatur voluisse, quum dixit optimam esse segetem, quae bis solem, bis frigora sensisset. Spissius solum, sicut plerumque in Italia, quinto sulco seri melius est, in ¹ Tuscis vero nono. At fabam et viciam non proscilso ferere sine damno, compendium operae est.

4. Non omittemus vnam etiamnum arandi rationem, in Transpadana Italia bellorum iniuria ex cogitatam. Salassi quum subiectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque iam excrescens tentauere x. Postquam respuebat natura, inararunt. At illae messes ² multiplicatae docuere, quod nunc vocant artrare y., id est aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, ³ quum iam is bina ternea emiserit folia. Nec re-

cens

1. *Tuscis. Gr.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. (sic et Ch.) docet quod nunc voc. aritare. M.* 3. *vel cum. V.*

rem, simul et satum frumentum operiunt in porcis, et fulcant fossas, quo pluvialis aqua delabatur. H.

t. *Deliratio*) Delirare quasi a lira, rectoque sulco discedere. H.

u. *Quarto seri sulco*) Hoc est, post quartam arationem, ut dictum est s. 35. Virgilii locus est e Georg. I. 47. *Illa seges demum votis respondet auari Agricolae bis quae Solem, bis frigora sentit.* Qua loquendi forma, nihil aliud voluit is intelligi, quam quater siue quadrivio proscindi terram oportere:

vt bis diurnum verna tempestatis teporem, bis nocturnum eiusdem frigus sentiat. Sed longe aliter hunc poetae locum vulgus interpretum accipit. Sic Columella I. II. primo vel altero sulco seri ciceram dixit, mense Marzio. Hoc est, terra semel iterumue arata. Plinius ipse supra, de napis, s. 35. *Diligentiores quinto sulco napum seri iubent, rapa quarto.* Et s. 37. *Vicia uno sulco sata non sarritur, etc.* Atque hoc ipso loco plane statim, *Quinto sulco seri, etc.*

x. *Tentauere*) Subintelli-
ge,

cens subtrahemus exemplum, in Treuerico agro tertio ante z. hunc annum compertum. Nam quum hieme praegelida captae segetes essent, reseruerunt, resarrientes campos mense Martio, uberrimasque messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

L. (XXL) Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato, sarrito, runcato, quibus a. dictum erit diebus. Singulae b. operae cuique generi in iugero sufficient. Sarculatio c. induratam hiberno rigore soli d. tristitiam laxat temporibus vernis, nouosque soles admittit. Qui sarriet e., caueat ne frumenti radices suffodiat. Triticum, hordeum, semen, fabam f. bis sarrire melius. Runcatio g., quum h. seges in articulo est, euulsis inutilibus

L 4

her-

I. et scient. Ch.

ge, depopulari, immisso, ut fit, exercitu. H.

y. Artrare) Hoc est, segetes iam natas rursus arando proscindere. H.

z. Ante hunc annum) Qui Vrbis annus erat DCCCXXX. vt diximus XIV. 5. H.

a. Quibus dictum erit) Seest. 65. H.

b. Singulae operae) Paulo aliter Colum. II. 13. cui titulum fecit, Pro modo cuiusque agri quot operae desiderantur. H.

c. Sarculatio) Siue sarritio. H.

d. Soli tristitiam laxat temporibus vernis) Temporibus verior lectio, quam temporibus: praecessit enim, hiberno rigore. Pint.

e. Qui sarriet) Colum.

II. 12. p. 65. Palladius II. in Ian. c. 9. p. 39 Sarculanda frumenta: quod opus ple- rique negant fieri debere, quia radices eorum detegantur, aut incidentur, et necentur, fri- gore subsequuto: mibi autem videtur herbosis locis tantum esse faciendum. H.

f. Fabam his sarrire) Ter farriendam monet Columella II. 12. p. 66. Palladius, bis: L. II. in Ian. tit. 9. p. 39. H.

g. Runcatio) Colum. II. 12. Subiungenda sarritio runcatio, etc. De runcatione dixi s. 38. H.

h. Quum seges in articulo) Quum seges in articulum ierit, ut loquitur Colum. I.

c.

herbis, frugum ¹ radicem vindicat, segetemque discernit a cespite. Leguminum *i.* cicer eadem, quae far, desiderat. Faba *k.* runcari non gestit: quoniam euincit herbas lupinum, ² runcatur *l.* tantum. Milium, et ³ panicum occatur, et farritur: non iteratur, non runcatur: ⁴ filicia *m.* et faseoli occantur tantum. Sunt genera terrae, quarum vbertas pectinari *n.* segetem in herba cogat: (Cratis)

- i. radices. Cb.* *2. non occatur. M. vocatur. Ch. in emend. occatur..* *3. sic et M. et Ch. milium, panicum. Gr. et Al.* *4. siliqua Dal. id est, dolichus.*

e. hoc est, quum nodum fecerit. Plinius ipse supra, l. 45. Si in articulum seges ire ceperit. H.

i. Leguminum cicer eadem quae far desiderat.) Faba, non far, vetus exemplar. Pint.

k. Faba runcari) Vide N. et Em. N. XIX. (paulo post) Cur porro Faba runcari non gestat, in causa est, inquit Columella, II. 12. ex Corn. Cel- si sententia, quod internatae herbae sero reseruentur. At Columella frugibus his detrahi plurimum scribit, si runcatio relinquitur. Faba) Locum hunc sic interponxi- mus, adducti tum re ipsa, tum scriptorum veterum au- toritate. Columella enim II. 12. p. 66. Excepto lupi- no, inquit, cuius semini con- traria est farritio: quoniam unam radicem habet, quae sine ferro succisa est, seu vulnera- ta, rotus frutex emoritur.

Quod etiamsi non fieret, su- peruacuus tamen esset cultus, quum sola haec res adeo non infestetur herbis, ut ipsas her- bas perimat. Pallad. in Ian. II. tit. 9. p. 39. Lupinus vero, qui unam radicem habet, si sarcularur, exstinguitur: quod nec desideras: quia herbas praeter auxilium cultoris affli- git. Sic locus ille prius le- gebatur, ut ea verba, quoniam euincit herbas, priori affigerentur sententiae, quae de faba est. H.

l. Runcatur tantum) Non sarcularatur. H.

m. Silicia) Pro silitia, quod et c. 24. habetur, scribe silicula vel silicla. Gr. Βε- νέρως. Salmas. 244. a.

Silicia) Hoc est fenum Graecum, de quo s. 39. H.

n. Pectinari) Dentata cra- te agitari Ouidius, a quo- dam citatus in hanc rem:

Et

tis et hoc genus, dentatae stilis ferreis:) ¹ eademque nihilominus et depascuntur o. Quae depasta sunt, sareculo iterum excitari necessarium. At in Baetris, Africa, ² Cyrène, omnia haec superuacua fecit indulgentia caeli: ⁴ a semente non nisi p. messibus in aream redeunt: quia siccitas coerat herbas, fruges nocturno q. tactas rore nutritens. Virgilius r. alternis cessare arua suadet:

L 5

et

1. sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. eadem Gr. et Al.

2. Cyrenis. Ch. 3. terris fecit. M. 4. et a

semente Gr. et Al. 5. sic et Ch. nonis mensibus Gr. et Al.

*Et tonsam raro pectine verrit
humum. H.*

o. Depascuntur) Immissis, vt dictum est, in arua pecudibus. H.

p. Nonnisi messibus) Hoc est messis tempore. Vide N. et Em. N. XX. (hic pos.) Et a semene) In libris hactenus editis, nonnisi nonis mensibus. At vox ea nonis abest a MSS. exemplaribus, R. Colb. Chiff. etc. palamque est creuisse eam ex superioris vocabuli, nonnisi, perquam importuna repetitione. Messibus vero haud cunctanter rescribendum esse, vt fecimus, suadet tum Plinius ipse, tum Columella: Is enim L. II. c. 12. vbi de sarritione agit: Sed nec istud ubique, inquit, fieri censemus; verum incolarum consuetudine vti. Sunt enim regionum propriamunera, sicut Aegypti et Africæ, quibus

Agricola post sementem, ante messem segetem non attingit quoniam caeli conditio, et terrae bonitas ea est, vt vix illa herba exeat, nisi ex semine iacto: sive quia rari sint imbræ, seu quia qualitas humi sic se cultoribus praebet. Praeterea facit, ut dixi, vt quod ipse Plinius superius insinuavit de Aegypti incolis, l. 47. Reliqua pars, inquit, non nisi cum falce arua visit, paulo ante Calendas Apriles: peragitur autem messis Maio. Quid quod et in MSS. iidem non in aream, sed in area legimus? vt in arua legi probabilius merito cuiam videatur. H.

q. Nocturno tactas rore nutritens) Non tactas in vet. exemp. sed tectum habetur, vt scribendum putem tantum. Pint.

r. Virgilius) Georg. I. 71. sq. Alternis idem, tonsas cefare,

¹ et hoc, si patientur ruris spatia, utilissimum procul dubio est. Quod si neget conditio, far serendum, vnde et lupinum, aut vicia, aut faba sublata sint, et quae terram faciant laetiorem. In primisque et hoc notandum, quaedam propter alia seri obiter: sed parum prouenire priori s. diximus volume, ne eadem saepius dicantur: plurimum enim refert soli cuiusque ratio.

LI. (XXII.) Ciuitas Africæ in mediis arenis, petentibus Syrtes Leptinque ² magnam, vocatur Tacape t., felici super omne miraculum riguo solo: ternis fere millibus passuum in omnem partem fons abundat, largus quidem, ³ sed ceteris horarum spatiis dispensatur inter incolas. Palmae ibi praegrandi subditur olea, hinc sieus, fico Punica, illi vitis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno: omniaque aliena umbra aluntur. Quaterna u. cubita eius soli in quadratum, nec ut a porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis x. denariis

¹. et hoc, in M. d. ². magna. Ch. ³. sed et cet.
hor. spat. dispensatur. Ch.

sare nouales Et segnem patiere diu durescere campum. Aut ibi flaua seres mutato sidere farra, vnde prius laetum siliqua quassante legumen, aut tenues fetus viciae, tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos, siluamque sonantem. H.

s. Priori diximus) Libro sup. initio s. 7. Nec non et satis quibusdam ipsis fasci terram dixit. Segetem stercent fruges, lupinum, faba, vicia, etc. H.

t. Tacape) Supra L.XVI. cap. 27. vites etiam triferas esse docens. Hoc autem, inquit, euenit perpetuo in Tacapensi Africæ agro, de quo plura alias: ea est soli fertilitas. Dal.

u. Quaterna cubita) Petita mensura ex hominis vendentis cubito, ac ne porrectis quidem digitis, sed iisdem in pugnum contractis. H.

x. Quaternis denariis) Af-

fes

nariis venundantur. Super omnia est, ¹ biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur vbertas, ² pereunt luxuria singuli fructus. Nunc vero toto anno metitur aliquid: constatque fertilitati non ³ occurrere homines. Aquarum ^{y.} quoque differentia ⁴ magna riguis. Est in Narbonensi prouincia nobilis fons, Orge nomine est: in eo herbae nascuntur in tantum expetiae bubus, ut mersis ^{z.} capitibus totis eas quaerant. Sed illas in aqua nascentes certum est, non nisi imbribus ali. Ergo suam quisque terram aquamque nouerit.

LII. (XXIII.) Si fuerit illa terra, quam ^{a.} appellauimus teneram, poterit ⁵ sublato hordeo milium seri: eo condito ^{b.} ⁶ rapa: his ⁷ sublatis, hor-

deum

^{1.} bifera vite Ch. ^{2.} pereat luxuria fructus. M. ^{3.} præcurrere. V. ^{4.} magna riguis est. In Narbonensi Gr. et Al. ^{5.} sublecto. Ch. ^{6.} sic ex MSS. em. Hard. conf. M. raphanus. Gr. et Al. ^{7.} sublectis. Ch.

ses sunt monetae nostrae triceni bini. H.

^{y.} Aquarum quoque differentia magna riguis est. In Narbonensi prouincia nobilis fons, Orge nomine est) Scribo. Aquarum quoque differentia magna riguis. Est in Narbonensi prouincia nobilis fons, Orge nomine. Nam verbum est in fine positum non legitur in antiquo exemplari. Pint. Aquarum quoque differentia magna riguis est) Funditis fluum, quem Sulgam Strabo vocat, incolae etiamnum Sorgue Dal.

^{z.} Ut mersis capitibus) In Ligéri amne, qua per Vel-launios fluit, passim hoc idem boues faciunt, et in Sebusianorum piscinis. Dal.

^{a.} Quam appellauimus) L. XVII. 3. H.

^{b.} Eo condito raphanus) Leg. Eo condito rapa: his sublatis hordeum rursus vel triticum sicut in Campania. Vide Salmas. 732. b. Sequentia sic legenda: et vernam fabam recipiat, ut ante hibernalem ne cesseret. Hiemalis faba, quae hiberna ratione terrae mandabatur circa Vergiliaram occasum, ut reliqua

deum vel triticum, sicut in Campania: satisque talis terra aratur, quum seritur. Alius ordo, vt ubi adorem fuerit, cesset quatuor mensibus hibernis, et vernam fabam recipiat, ¹ ita c. vt ante hiemalem ne cesset. ² Nimis pinguis alternari ³ potest ita, si frumento sublato legumen tertio seratur. Gracilior, et in annum tertium cesset. Frumentum ⁴ quidam seri vetant, nisi in ea quae proximo anno quieuerit.

LIII. Maximam huius loci partem stercorationis obtinet ratio, de qua et priori d. diximus volume. Hoc tantum ⁵ enim in confessu est, nisi stercorato seri non oportere, quamquam et hic leges sunt propriae. Milium, panicum, rapa, napus, nisi in stercorato non ferantur. Non stercorato e. frumentum potius quam hordeum serito.

Item

- ^{1.} sic et M. aut ante . . . cesset. Nec non nimis pinguis
Gr. et Al. ^{2.} Nec non in Ch. d. ^{3.} potest. Ita
fit vt fr. sublepto. Ch. ^{4.} seri quidem. Ch. ^{5.}
sic et Ch. hoc tantum vnum. Gr. et Al. ^{6.} se-
ritur. Ch.

qua sementiua. *Salmas.* pag. 733. a.

c. *Ita vt ante hiemalem*)
Ita vt ante hiemalis fabae prouentum duret. Hiemalis faba ea est, quam superius dixit, f. 30 seri ante Vergiliarum occasum, vt antecedit hiemem. Verna, quam Virgilius seri iubet per ver, Circumpadanae Italiae ritu. Vide N. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Ita vt*) Sic rescripsimus ex cod. MSS. fide, ita etiam loci eius postulante sententia. Legebatur an-

te in editis, Aut ante hiemalem ne cesset. Nec non minus pinguis, etc. Sed vocula nec non nusquam iu MSS. exstat: et de pingui nimium terra nunc agi vel ex eo liquet, quod vel tergeminae anno uno sationi par esse dicitur: et mox gracilior eidem opponitur, quae in tertium usque annum e contrario cessare praecipitur. H.

d. *Priori diximus*) L. XVII. 6. H.

e. *Non stercorato*) Theoph. Hist. VIII. 6. H.

Item in noualibus, tametsi in illis fabam seri volunt, eamdem vbi cumque quam recentissime ster-
corato solo. Autumno aliquid saturus, Septembri
mense fimum f. inaret post imbrem. Vtique si
verno erit saturus, per hiemem fimum disponat.
Iustum g. est vēhes octōdecim iugero tribui: dis-
pergere autem prius h. quam 2 arescat, aut 3 iacto
semine. Si haec i. omissa sit stercoratio, sequens

i. inarguet. Ch. 2. ares. Ch. 3. sic V. et Ch. ia-
ctato. Gr. et Al.

f. Fimum inaret) Colum.
II. Disiectum protinus fimum
inarari et obrui conuenit, ne
solis balitu vires remittat: et
ut permixta humus praedicto
alimento pinguescat, etc. H.

g. Iustum est) Colum. I.
c. Iugerum autem desiderat,
quod spissius stercoratur, ve-
hes quatuor et viginti: quod
rarius, duo de viginti. Idem
L. XI. 2. in Nouembri sub-
dit: Vēhes autem stercoris
habet modios octoginta. Vēhis
aliud nihil fuit quam plau-
stri onus, vne charetē, et
quidem quantum protelo
boum vehi solet. Cod. Theod.
L. XIV. tit 6. leg. I. Cocto-
ribus calcis per ternas vēhes
singulae amphorae vini prae-
beantur: Vecturariis vero am-
phora ... A Vecturariis etiam
trecentos boves praecepimus
dari. H.

b. Priusquam arescat) Ne
solis halitu, vt dictum est,
vires remittat: Itaque, vt

subdit Colum. I. c. quum in
agro disponentur acerui ster-
coris, non debet maior modus
eorum dissipari, quam quem
bubulci eodem die possint ob-
ruere. Sed disiectum proti-
nus fimum inarari et obrui
conuenit, ne Solis balitu vires
amittat, et ut permixta humus
praedicto alimento pinguescat.
H.

i. Si haec omissa sit sterco-
ratio, sequens est prius quam
serat ante puluerem) Scriben-
dum coniicio, Si haec omissa
sit stercoratio, sequens est prius
quam sarriat iactus pulueris.
Ducunt me in hanc corre-
ctionem verba Columellae
L. II. c. 6. Si tamen, in-
quit, aliqua causa tempesti-
uum stercorationem facere pro-
hibuerit, secunda ratio est,
antequam sarrias, more semi-
nantis ex auiariis puluerem
stercoris per segetem spargere:
si is non erit, caprinum manu
iacere, atque ita terram sar-
culis

est k., prius quam sarriat, auiarii puluere. Quod l.
vt hanc quoque curam determinemus, iustum m.
est singulas vebes fimi denario n. ire, in singulas
pecu-
l. ante pluerit. Sed vt. Alii. serat, ante puluerem.

Gr. et Al.

culis permiscere. Ea res lae-
tas segetes reddit. Confir-
mat hoc ipsum Palladius L.
X. tit. I. Sed omnino verba
hic aliquot desiderari viden-
tur, vt Plinio cum vtroque
auctore conueniat. Pint.

k. Sequens est) Secunda
stercoratio fiet ante sarritio-
nem, iacto puluere ex aui-
ariis. Vide N. et Em. N.
XXII. (hic pos) Si haec) In
MSS. R. 1. priusquam serat
R. 2 sariat. In editis, prius-
quam serat, ante puluerem,
nulla penitus sententia. At
Columella II. 61. Si tamen
aliqua causa, inquit, tempe-
stiuam stercorationem fieri
prohibuerit, secunda ratio est,
antequam sarrias, more semi-
nanis ex auiariis puluerem
stercoris per segetem spargere.
Si et is non erit, caprinum
manu iacere, atque terra sar-
culis permiscere: ea res laetas
segetes reddit. Quam ob rem
non iam vllus de nostra
emendatione dubitandi lo-
cus, quum haec stercoratio,
quae nunc praecipitur, in
subsidium sit prioris, quae
praetermissa fuerit. Nam
quum illa prior peracta iam
satiatione fieri opportune po-

tuerit; haec quae sequens
appellatur, qui fieri tandem
possit, priusquam seras?

l. Quid) Quod hoc loco,
sed, Coelius ad Ciceronem,
Quod non dubito, quin te quo-
que haec deliberatio sit per-
turbatura. Aldus in Cae-
sarem.

Quod vi hanc) Hoc est, Sed
vt hanc. Cicero, L. XIV.
ep. 4. Quod vrinam minus vi-
tae cupidus fuisset. H.

m. Iustum est singulas ve-
bes fimi denario ire in singu-
las pecudes minores, in ma-
iore denas) Lego non dena-
rio, sed die triceno. Colu-
mella L. II. c. 15. Parum
autem diligentes existimo esse
agricolas, apud quos minores
singulae pecudes tricenis diebus,
minus quam singulas, itemque
maiores denas vebes stercoris
efficiunt. Pint.

n. Denario) Hoc est ve-
nire denario singulas fimi
vebes, quas tricenis diebus
singulae pecudes minores ef-
ficiunt; denario item denas,
quas pecudes maiores pariter
mense reddunt. Colum. II.
15. Parum autem diligentes
existimo esse agricultas, apud
quos minores singulae pecudes

tri-

pecudes minores: in maiores denas: nisi contin-
gat hoc, male substrauisse pecori colonum ¹ appa-
reat. Sunt qui optime stercorari potent, sub dio
² nunc retibus o. inclusa pecorum mansione.
Ager p. si ³ non stercoratur, alget: si nimium stercoratus est, aduritur: satiusque est id saepe, quam
supra modum facere. Quo calidius solum est, eo
minus addi stercoris, ratio est.

LIV. Semen r. optimum, anniculum, bimum
deterius, trimūm pessimum, ultra sterile. Et in
vno omnium definita genere ratio est: Quod s. in
ima

¹. apparet. Dal. ². cratibus. Ver. quamquam et re-
tibus id fit. sub dio retibus. Gr. et Al. ³. si non
fuerit stercoratus. Ch.

tricensi diebus minus quam sin-
gulas, itemque maiores denas
vebas stercoris efficiunt, etc.
H.

o. Retibus) Vel, ut fere
fit, cratibus. H.

p. Ager) Colum. II. 16.
Nec ignorare colonos oportet,
sicuti refrigerescere agrum, qui
non stercoretur: ita peruri,
si nimium stercoretur: magis-
que conducere agricultae fre-
quenter id potius quam im-
modice facere. H.

q. Quo calidius) Colum. I.
c. Nec dubium quin aquosus
ager maiorem stercoris copiam,
siccus minorem desideret: al-
ter, quod assiduis humoribus ri-
gens hoc adhibito regelatur:
alter, quod per se tepens siccata-
ribus, hoc assumto largiore
torretur: propter quod nec

deesse ei talem materiam, nec su-
peresse oportet. H.

r. Semen optimum) Haec
Theoph. Hist. VIII. 11. Ea-
dem habet auctor Geop. II.
14. p. 52. H.

s. Quod in ima) Tractat
hoc dilerte Colum. II. 9.
Optimam quamque spicam le-
gere oportet . . . et semper
quod propter magnitudinem
ac pondus in imo subsederit,
ad semen reservandum . . Ne-
quid enim dubium est, ex ro-
busto semine posse fieri non
robustum: quod vero proti-
nus exile natum sit, numquam
robur accipere manifestum est.
Ideoque Virgilius, cum et alia,
rum et hoc de seminibus praec-
clare differuit: Vidi ego lecta-
diu, et multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis hu-
mana

ima ¹ area subsedit, ad semen reseruandum est. Id enim optimum, quoniam grauissimum: neque alio modo utilius ² discernitio. Quae spica per interualla semina habebit, abiicitur. Optimum granum quod rubet, ³ et dentibus fractum, eundem habet colorem: deterius, cui plus intus albi est. Certum u. terras alias plus ^x seminis recipere, alias minus. Religiosumque inde primum colonis augurium, quum audius accipiat, esurire creditur, et comesse semen. Sationem locis humidis celebrius fieri ratio est, ne semen imbre putrefescat: siccis serius, ut pluiae sequantur: ne diu iacens atque non concipiens, euanescat. Itemque festinata satione densum spargi semen, quia tarde concipiatur: ferotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis quoque cuiusdam est, ⁴ spargere ^z. Manus vti-
que

1. arca. M. 2. dispergitur. M. 3. et dein. M.
4. est, aequaliter spargere. Gr. et Al.

manu quotannis Maxima quaque manu legeret: sic omnia satis In peius ruere, ac retro sublapsa referri. H.

t. Optimum granum) Colum. II. 9. Granum autem rutilum, si quum diffissum est, eundem colorem interiorem habet, integrum esse non dubitamus. Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue ac vacuum intelligi debet, etc. H.

u. Certum terras) Theoph. Hist. VIII. 6. H.

x. Plus seminis recipere) Idem c. 6. L. eod. Columel. c. 13. L. II. Dal.

y. Religiosumque inde primum colonis augurium) Scribendum reor, Religiosumque id et pessimum colonis augurium. Theophrastus L.VIII.c. 6 Quamquam dici soleat aliis plus alias minus eandem recipere segetem, infaustoque augurio capiant quum plus receperit. Terram enim esurire atque esitare protinus semen existimant. Addit autem exemplar antiquum verbum videtur; Religiosum id videtur, et pessimum, etc. Pint.

Religiosumque) Ridet id merito Theophr. l. c. H.

z. Aequaliter spargere) Ut in

que congruere debet cum gradu, semperque cum dextro pede. Fit quoque *a.* quorumdam occulta ratione, quod *b.* fors genialis atque secunda est. Non transferendum est ex frigidis locis semen in calida, neque ex praecocibus in serotina: idque in contrarium praeceperit quidam falsa diligentia. *Jus.*

LV. Serere *c.* in iugera *b.* temperato solo iustum est, tritici aut filiginis modios *v.*, farris aut seminis (quod frumenti genus ita *c.* appellamus) *x.* Hordei *vi.* Fabae *d.* quintam partem amplius quam tritici: viciae *xii.* *e.*, ciceris et cicerculae, et pisii, *iii.* lupini

1. fors. Ch. 2. in iugero temperati soli. Gr. et Al.

in terram aequali copia cadant, et tempore, tam curiosa in hoc veterum diligentia, ut quae in proiectu vel cornua boum ferirent (*νεράσθολα*) vocabant) existimarent *ἀρχαίς*, *ἄτελη*, dura, *ἀτέραμνα*, et minime bonae frugis. Theoph. Plutarchus, Rhodig. c. *i.* XXX. qua ratione et Plato *νεράσθολον* hominem appellauit horridum, agrestem, inconditum. Hac aequalitate cauent et *ἐπισπορίαν*, malum ingens, quātū exceptum iam terrae semen, alterum iniicitur. *Dal.*

a. Fit quoque) Fit ex arte quadam occulta, inditoque a natura solerti membrorum motu, satio laeta et secunda. *H.*

b. Serere in iugero temperati) Vargo c. 44. L. I. Columel. ibid. *Dal.*

Vol. VI.

Serere in iugero) Colum. II. 9. p. 51. *Iugerum agri pinguis*, plerunque modios tritici quatuor: modiocris, siue temperati, quinque postulat: adorei modios nquem, si est laetum solum, etc. Idem p. 55. de hordeo: *Iugerum sex modios postulat*. Vide et Varronem de R. R. I. 44. *H.*

c. Ita appellamus) Appellauimus sane l. 19. *H.*

d. Fabae) Ita fere Colum.

II. 10. p. 57. *H.*

e. Viciae XII) Subintellige modios, ut in sequentibus. *H.*

f. Cicerculae etc.) Colum.

II. 10. p. 61. Cicerculae, quae pisii est similis . . . tres modios iugera implent. Ac paulo post de cicere p. 61. *Iugero modii tres abunde sunt.*

De lupino p. 57. *Iugerum decem modii occupant.* Etp. M. 59.

pinis x g., lentis iii.: sed hanc cum simo arido seri
volunt: erui vi h., siliciae vi i., fascolorum iii.,
pabuli xx. milii, panici sextarios¹ quatuor. Pingui
solo plus, gracili minus. Est et alia distin^{tio}:
In denso k., aut creto, aut viginoso solo, tritici
aut siliginis modios l. sex: in soluta m. terra nuda,
et

I. sex. V.

59. de lente: *Iugerum agri paulo plus quam modius occupat.* Et p. 57. de fascoloribus idem cum Plinio sentit: de milio quoque, et panico, p. 56. Vide rursus eundem Columellam in Octobri, XI.

2. H.

g. *Lupini X)* Colum. II.
10. de lupino: *Iugerum decem modii occupant.* Et mox de ipso: *Eadem mensura iugorum, vel modio minus quam phaselum, licet obserere.* H.

b. *Erui VI)* Quinque dumtaxat modios desiderat Pallad. L. II. in Ian. c. 8. de eruo. H.

i. *Siliciae VI.)* Hoc est, seni Graeci. Ita Pallad. I. c. c. 7. p. 39. H.

k. *In denso aut creto, aut viginoso solo tritici aut siliginis modios sex.* Scribo modios quinque. Columella Li. II. cap. 9. *Siliginis autem vel tritici, si mediocriter cretosus aut viginosus ager est, etiam plus, quam ut prius iam dixi, quinque modiis ad sationem opus est.* At si siccus et resolutus locus est idemque vel pinguis vel exilis est, quatuor:

Idem errori corrigendus paulo post. Pint.

l. *Modios sex*) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic coll.) *In denso*) Defendit hanc scripturam librorum omnium mira consensio, contra Pintianum, cui modios quinque legi verius videtur, quoniam Columella II. 9. *Siliginis autem, inquit, vel tritici, si mediocriter cretosus, viginosusque ager est, etiam paulo plus quam, ut prius iam dixi, quinque modiis ad sationem opus est.* At si siccus et resolutus locus, idemque vel pinguis vel exilis est, quatuor, etc. Sed suo ipsis telo perimitur Pintianus: nam quum paulo plus quinque modiis Columella exposcat: mox vero Plinius inter quatuor et sex pro ratione soli sationis modum definendum pronunciet; quis non intelligit modios sex hoc loco scribi oportuisse? H.

m. *In soluta terra et nuda et secca et laeta*) Duo illa verba, et nuda non sunt in veteri exemplari. Pint.

et sicca, et laeta, quatuor. ¹ Macies *n.* enim soli, nisi rarum culmum habeat, spicam minutam facit et inanem. Pinguia arua ² ex uno semine fruticem numerosum fundunt, sensamque segetem e raro semine emittunt. Ergo inter quatuor et sex modios pro natura soli, alii quinque non minus feri, pluresque praecipiunt; item in consito, aut cliuoso, ³ ut in macro. Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendam; Segetem *o.* ne defruges. Adiecit ⁴ iis Accius in Praxidico, ut sereatur, quum Luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario. Zoroastres Sole duodecim partes Scorpionis transgresso, quum Luna esset in Tauro.

M. 2

LVI.

1. sic ex MSS. em. Hard. Macrum enim solum nisi rarum. Ch. macies enim soli maior si Gr. et Al. *2.*

sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. ex una seminis radiis. Gr. et Al. *3.* aut in Dal. *4.* iis Actius.

V. his Artius. Ch.

n. Macies enim) Colum. II.
9. Et e contrario macer locus tantumdem seminis poscit. Nam nisi rare conseritur, vanam et minutam spicam facit. At ubi ex uno semine pluribus culmis fruticauit, et ex rara segete densam facit. H.

o. Segetem ne defruges) Cato c. 5. Vbi et Fulu. Vrf. varias affert lectiones, praesentique confimilem ex Columel. Dal.

Segetem ne defruges) Cato de R. R. I. 5. Segetem ne defruges: nam id infelix est. Defrugare segetem videtur, in-

quit Hermolaus, quivel nimia fetura exinanuit agros, vel per incitiam, aut negligentiam perdit. MSS. quidem omnes, defruges, prae se ferunt. At Catonis, ut quidam aiunt, antiqui libri, defrudet. Atque ut defrundat, siue defraudat genium suum homo, qui sibi non indulget, et misere vivit, et tamquam demenso suo detrahit: idem facit, inquietunt, qui segeti et agro culturam et opera iusta non tribuit: sed vel de aratione, vel laetamine, vel semente, deducit. H.

LVI. Sequitur huc dilata et maxima indigens cura de tempore fruges ferendi quaestio, magna que ex parte ratione siderum connexa. Quamobrem sententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura praecepit, unum tempus ferendi tradidit a Vergiliarum occasu. Scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita p. seri diximus. Inter diligentissimos conuenit, ut in balitum quadrupedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus et terrae. Hoc Graeci ita definit: quum sit calida et humida. Virgilius q. triticum et fara Vergiliarum occasu seri iubet, hordeum r. inter aequinoctium autumni et brumam: viciam s. vero, fasulos et lentem, Bootē occidente: Quo fit, vt

horum

- i. prima hominum. Ch. in emend. p. Ita seri diximus) Initio f. 10. H.
 q. Virgilius) Et eum sequuntur Colum. II. 8. p. 50. Placetur nostro poetae adorem, arque etiam triticum, non ante seminare, quam occiderint Vergiliae: quod ipsum numeris sic edisserit: At si triticeam in messem, robustaque farra, Exercebis humum, solisque instabis aristis: Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur. Absconduntur autem altero et trigesimo die post autunmale aequinoctium, quod fere conficitur nono Calend. Octobris etc. H.
 r. Hordeum inter) Virg. Georg. II. 208. Libra die somnique pares ubi fecerit he-
- ras, Et medium luat atque umbris iam diuidet orbem: Exercete viri tauros, serite bordea campis, Usque sub extrellum brumae intractabilis imbre. H.
 s. Viciam vero.) Idem v. 227. Si vero viciamque seres, vilemque faselum, Nec Pelusiace curam aspernabere lentis: Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes: Incipe, et ad medias fermentem extende pruinias. Hoc est ab occasu Bootae ad brumam usque seri vicia, lens, faselus potest. Bootae porro occasum; arcturi intelligo, quae stella in Bootae est. Dicemus de occasu eo f. 74. H.

horum siderum aliorumque exortus t. et occasus
digerendi sint in suos dies. Suntque ante Ver-
giliarum occasum seri iubeant, dumtaxat in arida
terra, calidisque prouinciis: Custodiri u. enim se-
men, corrupte x. humore, et a proximo im-
bre

M 3

2. dirigendi. Ch.

t. Exortus et occasus, etc.)
Hieme sicca et suda, vere
pluuiio et humido secundam
segetem esse monstrat
hoc carmen veteris poetae
apud Festum: *Hiberno puluere, verno luto, grandia farra Camille metes.* Expressit
et Virgilius illam sententiam
his versibus: — *hiberno laetissima puluere farra, Laetus ager, nullo tantum se Moesia cultu lactat, et ipsa suas mirantur Gargara messes.* Cato: *Agro sicco per sementim, laeto per ver.* Plutarchi in Quaest. nat. διὰ τὶ λέγεται, σῖτον ἐν πηλῷ Φυτεύετε, τὴν δὲ οὐρθὴν ἐν νόνει; Ratio est, quod πυρΦόρος χώρα πίων καὶ βασία, οὐρθοΦόρος δὲ μᾶλλον λεπτόγεως. Camillus, πᾶς ἀμφιθαλῆς, puer patrimus matrimusque. Dal.

u. Custodiri enim semen
corrupte humore, et a proximo imbre uno die erumpere)
Scribo, custodiri enim semen
incorruptum ut horreo, et a
proximo imbre, etc. Colum-
mella L. II. c. 8. Sed si quod
euenit, nonnumquam seri sunt

imbres, quamvis sitienti solo
recte semen committitur: id-
que etiam in quibusdam pro-
uinciis ubi status caeli talis est,
vsurpat. Nam quod sicco
solo ingestum et inoccatum
est, perinde ac si repositum in
horreo non corruptitur: at-
que ubi venit imber, multo-
rum dierum sementis uno dis-
surgit. Pintian.

Custodiri) Custodiri enim
in arida terra semen, quem-
admodum e contrario humore
corruptitur. H.

x. Corrupte humore)
Quod alioqui ab humore
corrumperetur. Sunt haec
apud Colum. II. 8. Si seri
sunt imbres, quamvis sitienti
solo recte semen committitur:
idque etiam in quibusdam pro-
uinciis, ubi status caeli talis
est, usurpat. Namque quod
sicco solo ingestum et inoccatum
est, perinde ac si repon-
sum in horreo, non cor-
ruptitur. Atque ubi venit
imber, multorum dierum se-
mentis uno die surgit. Eo-
dem fere sensu legi hic pos-
set, non corrupte humore.
H.

bre vno die erumpere. Alii statim ab occasu Vergiliarum sequi imbræ, a septimo fere die. Aliqui in frigidis ab aequinoctio autumni: in calidis serius, ne ante hiemem luxurient. Inter omnes y. autem conuenit circa z. brumam serendum non esse, magno argumento: quoniam ¹ hiberna semina, quum ante brumam ² sata sint, septimo die erumpant: si post brumam, vix quadragesimo. Sunt a. qui properent, atque ita pronuncient, festinatam semen tem saepe decipere, serotinam semper. E contrario alii, vel vere potius serendum, quam ³ malo autu-

- I.** Abundare hanc dictiōnē autumat Ful. Vrsin. ad Varr. pag. 46. 2. sic ex MSS. em. Hard. sata sunt. M. nata sunt. Gr. et Al. 3. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. quam male in autumno. Gr. et alii.

y. Inter omnes (autem conuenit circa brumam serendum non esse) Legendum videatur alterutro modo, aut, citra brumam serendum esse aut ultra brumam serendum non esse. M. Varro L. I. c. 34. Post brumam nisi qua necessaria causa coegerit non serere: quod tantum intersit, ut ante brumam sata quadragesimo die vix exeat. Pint.

z. Circa brumam) Vide N. et Em. N. XXIV. (paulo post) Tradita haec maximæ ex parte et a Varrone de R. R. I. 34. Circa) Emen dat hunc locum Fulu. Vrsin. in Nott. ad Varr. p. 46. ac citra brumam, ex Varrone de R. R. I. 34 legi praecipit. At quidquid demum aut senserit Varro, aut sen-

tire porro debuerit, defendit egregie librorum omnium constantem scripturam Columellæ locus e L. II. 8. Quod sit seminandi tempus p. 50. Sic enim seruant, inquit, prudentes agricultæ, ut quindecim diebus prius quam conficiatur bruma, rotidemque post eam confectam, neque arent, neque vitem, aut arborem putent, etc. Idem Varro I. 35. diebus ante et post brumam quindecim, quidquam seri vetat, præter ulmos. H.

a. Sunt qui properent) Colum. de R. R. XI. 2. Sed tum omnia in agricultura strenue facienda sunt, tum maxime sementis. Veterus agricultarum proverbiū: Marum sationem saepe decipere soleve:

autumno. Atque ubi fuerit necesse, inter Fauonium *b.* et vernum aequinoctium. Quidam omissa *i.* caelesti cura, ut inutili, temporibus definiunt. Vere *c.* linum, et avenam, et papauer: atque uti nunc *z.* etiam Transpadani seruant, usque in Quinquatus *d.*: fabam, filiginem *z.* Nouembri mense: far Septembri extremo usque in Idus Octobris. Alii post hunc diem in Calendas Nouembri. Ita his nulla naturae cura est: illis nimia, et ideo caeca subtilitas: quum res inter rusticos geratur, literarumque expertes, non modo siderum. *4.* Et contendum est, caelo maxime constare ea: quippe Virgilio iubente praedisci ventos ante omnia, ac siderum *e.* *5.* mores: *6.* neque aliter, quam nauigantibus, seruari. Spes ardua et immensa, misceri pos-

M 4 fe

- 1. cael. subtilitate, temp. serunt. Ch.* *2. etiam in*
Ch. d. *3. Nouembre. Ch.* *4. sed conf. V.*
5. moras, V. *6. non aliter. Gr. et Al.*

*Solere: seram numquam, quin
mala sit.* H.

b. Inter Fauonium) Spirare is incipit circa 7. aut 8. Februarii. Lugdunenses vocant *le vent fudillet*, quod arborum folia eliciat. *Dal.*

Inter Fauonium) Quo tempore Fauonii spirent, diximus L. II. 47. H.

c. Vere linum) Virg. tamen Georg. I. 212. lini ac papaueris sationem autumno adiudicat. H.

d. In Quinquatus) Celebrantur in honorem Mineruae per quinque dies eae feriae, XV. Calend. April.

Postremè dies Tubilustrium vocabatur. *Dal.*

Quinquatus) Dies festus Mineruae fuit: sic dictus, quod esset post diem quintum Idus Martias, hoc est, XIV. Cal. Aprilis. Vide Voss. in Etymol. De his multa Ouidius Fastor. III. 810. Festus verbo, *Quinquatus*, aliique. H.

e. Ac siderum mores) Locus Virgilii est Georg. I. 204. *Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis Haedorumque dies seruandi, et lucidus Anguis,* *Quam quibus in patram ventosa per aequora vēctis*

se f. caelestem diuinitatem imperitiae: sed ¹ tentanda tam grandi vitae emolumento. ² Frius tamen fidealis difficultas, quam sensere etiam periti, subiicienda contemplationi est: quo ³ deinde laetior mens discedat a caelo: et ⁴ facta sentiat, quae futura praenosci non possint.

LVII. (XXV.) g. Primum omnium dierum ipsorum anni solisque motus prope inexplicabilis ratio est. Ad ccclxv. adiiciunt etiamnum ⁵ intercalarios h. diei noctisque quadrantes. Ita fit, ut traditum possint certa siderum tempora. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc praecurrente i., nec

pau-

1. contemplanda tamen. M. 2. Plus. M. 3. sic
ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. quod deinde Gr.
et Al. 4. facta. Ch. 5. intercalarios. M.

cis Pontus, et ostriferi fauces tentantur Abydi. H.

f. Misceri posse caelestem diuinitatem imperitiae) Addendum verbum rusticæ, ex codice scripto, imperitiae rusticæ. Pintian.

g. Ad Inst. digestio siderum in) Columel. c. 2. L. II. Dal.

b. Intercalarios) Dies intercalarius is est, qui quanto cuique anno vertenti accessit, quem sex horae appendices quater ductæ, hoc est, diei viii quadrans, seu quarta pars quater repetita colligit. H.

i. Nunc praecurrente) Nunc maturius et ante sui sideris tempus, ortumue et occasum, hiberna, aestiva, ac ceteræ deinde

tempestates anteuertunt: id quod Graeci προχειματιν: nunc tardius eadem anno recurrunt, quod ἐπιχειματιν, vel ut alii μεταχειματιν vocant. Festus, Paulusue: Praesiderare dicitur, quum maturius hiberna tempestas mouetur, quasi ante sideris tempus. Vegetius, IV. 40. Aut enim circa diem statutum, aut ante, vel postea, tempestates fieri, compertum est: unde praecedentes, προχειματιν: nascentes die solemni, ἐπιχειματιν: subsequentes μεταχειματιν, Graeco vocabulo nuncupantur. Eleganter Colum. in Praef. Neque enim semper eundem caelum er annus velut ex praescripto habitum gerunt: nec omnibus annis eodem

paucis diebus, tempestatum ¹ significatu, quod
² προχειμασικ. Graeci vocant: nunc postueniente,
quod ³ ἐπιχειμασιν: et plerumque alias citius, alias
tardius caeli effectu ad terram deciduo: ⁴ vulgo ⁴
serenitate redditum, confectum, sidus audimus. Prae-
terea quum omnia haec statim sideribus caeloque af-
fixis constent, interueniunt ^{m.} ⁵ motu stellarum
grandines, imbrres, et ipsi non leui effectu, ut
docuimus ^{n.}, turbantque conceptae spei ordinem.
Idque ne nobis tantum putemus accidere, et reli-

qua

^{1.} significacione. M. ^{2.} prochimazin. Gr. ^{3.} ephi-
chimazin. Gr. ^{4.} sic ex MSS. em. Hard. cons. M.
vnde vulgo, Gr. et Al. ^{5.} motus stel. grandinum,
imbrium. M.

dem vultu venit aetas, aut
biems, etc. H.

k. Quod προχειμάζειν
Graeci vocant) Non aliter
confectum sidus dici solebat,
quam vbi tempestas, quae
sideris erat effectus, deci-
derat, ac desaeuierat, etc. ἐπι-
χειμάζειν vocat quum tem-
pestaris significatio, post si-
dus venit. Salmasius pagi-
na 425. b. Quod prochima-
zin (Graeci vocant) Προχειμά-
ζειν Festus dicit praesiderare,
quum maturius et ante sive-
ris tempus hiberna tempe-
stas praecurrit: ἐπιχειμάζειν,
quum post venit. Itaque
quum a sideribus oriri vide-
antur tempestates, vbi hae
praeteriere et sua coelo redi-
ta est serenitas, confectum
sidus dicitur. Tuneb. cap.
10. L. III. Aduers. confectum
sidus et auctor posthac dicit

c. 28. quum Solstitium per-
actum est, et supra c. 41.
L. II. Dal.

l. Vulgo serenitate) Quum
a sideribus oriri tempestates
vulgus existimet, vbi hae
praeteriere, et sua caelo redi-
ta serenitas est, tunc sidus
confectum dicitur. H.

m. Interueniunt motu stel-
larum (grandines) Lege, In-
terueniunt motus stellarum,
grandinum, imbrium, et ipsi
non leui effectu. interue-
niunt motus stellarum, qui
et ipsi non leuem effectum
habent grandinum et im-
brium: nam licet siderum
motus maiore effectu sint,
non leui tamen et ipsi sunt
stellarum motus, in excitan-
dis imbris et grandinibus.
Salmas. pag. 426. a.

n. Ut docuimus) L. XVII.
2. H.

qua fallit animalia sagaciora o. circa hoc, vt quo vi-
ta eorum constet: aestiuasque alites praeposteri aut
praeproperi rigores necant, hibernas aestus. Ideo p. Virgilius errantium quoque siderum rationem
ediscendam praecipit, admonens obseruandum fri-
gidae Saturni stellae transitum. Sunt qui certissi-
mum veris indicium arbitrentur ob infirmitatem
animalis, papilionis prouentum. Id eo q. ipso anno,
quum commentaremur haec, notatum est, pro-
uentum r. eorum ter repetito frigore extinctum,
aduenasque s. volucres a. d. vi. Calendas Februarii
spem veris attulisse, mox saevissima hieme confli-
ctatas. Res anceps: primum, omnium a caelo peti
legem: deinde eam argumentis t. esse quaerendam.
Super omnia est mundi u. 2 conuexitas, terrarum-
que globi differentia, eodem sidere alio tempore
aliis aperiente se gentibus: quo fit x. vt causa eius
non iisdem diebus vbique valeat. Addidere diffi-
culturam et autores diuersis in locis obseruando,

mox

1. speciem. V. 2. sic ex MSS. em. Hard. cons. M.
conuexitate. Gr. et Al.

o. Sagaciora) In eo prae-
fessionem genere alioqui
sagacissima. H.

p. Ideo Virgilius) Georg.
I. 335. Hoc metuens, caeli
menses ei sidera serua: Fri-
gida Saturni quo sese stella
recepit, etc. H.

q. Id eo ipso anno) Vrbis
DCCCXXX. vt diximus L.
XIV. 5. H.

r. Prouentum eorum ter
repetito frigore extinctum)
Elegantius et magis ex con-
suetudine Pliniana casu au-

ferendi, prouentis eorum ter
repetito frigore extincto, et
verba quae paulo ante praec-
cedunt, Ob infirmitatem ani-
malis, non esse Pliniana ex-
istiens, sed expositionem su-
per verbum extincto. Pint.

s. Aduenasque volucres)
Hirundines. H.

t. Argumentis) Certis sig-
nis. H.

u. Mundi) Caeli. H.
x. Quo fit vt causa eius)
Vis eius et efficientia. H.

mox etiam in iisdem diuersa prodendo. Tres *y.*
autem fuere sectae: Chaldaea *z.*, Aegyptia, Grae-
ca. His addidit apud nos quartam Caesar *a.* Dicta-
tor, annos ad Solis cursum redigens singulos, Sosi-
gene perito scientiae eius adhibito. Et ea ipsa ra-
tio postea comperto *b.* errore correcta est: ita ut

xii.

y. Tres autem fuere) Apud Chaldaeos Astrologiae in-
uentorem fuisse Abrah-
mum, auctor est Eusebius
Praep. IX. 17. p. 419. et
Berosus apud ipsum c. 16. De
Chaldaeis, Aegyptiisque Ci-
cero de Diuin. l. n. 93. Ae-
gyptii et Babylonii in campo-
rum patentium aequoribus ha-
bitantes, quum ex terra nibil
eminere, quod contemplationi
caeli officere posset, omnem cu-
ram in siderum cognitione po-
suerunt. Graeci ab vtraque
gente Calendaria et ημερο-
λόγεια accepere. Sic enim
Theon de iis scribit, in Διο-
σηνίων Arati: Ἐδέξαντο
δὲ αὐτὰ "Ἐλλῆνες παρὰ Αἰ-
γυπτίων καὶ Χαλδαῖων".
Chaldaica anni forma, eadem
ac Iudaica est. De Aegy-
ptia autem et Graeca veter-
e, vide Herodotum L. II.
N. IV. H.

*z. Chaldaea, Aegyptia,
Graeca)* Vitruu. cap. 7. lib.
IX. Cic. L. I. de diuinat. Dalec.

a. Caesar dictator) Suet. in Iulio c. 40. Fastos corre-
xit, iampridem vitio Pontifi-
cum, per intercalandi licen-
tiam adeo turbatos, ut neque

messium feriae aestati, neque
vindemiarum autumno com-
peterent, annumque ad cur-
sum Solis accommodauit, ut
CCCLXV. dierum esset, et
intercalario mense sublato
vnus dies quarto anno inter-
calaretur, etc. H.

b. Comperio errore) Haec
quae angustiore sermone
Plinius contraxit, fusius a
Macrobio explicantur, Sat.
I. toto c. 14. p. 255. Sacer-
dotes, inquit, sibi errorem no-
num ex ipsa emendatione fe-
cerunt. Nam quum oportet
diem, qui ex quadrantibus
confit, quarto quoque anno
confecto, antequam quintus
inciperet, intercalare, illi
quarto non peracto, sed inci-
piente intercalabant. Hic
error sex et triginta annis
permansit; quibus annis in-
tercalari sunt dies duodecim,
quum deberent intercalari no-
num. Sed hunc quoque erro-
rem sero deprehensum corre-
xit Augustus: qui annos duo-
decim fine intercalari die
transigi iussit: ut illi tres
dies, qui per annos triginta et
sex vitio sacerdotalis festina-
tionis excreuerant, sequenti-
bus

xii. annis continuis non intercalaretur c., quia ¹ceperat sidera annus morari, qui prius antecedebat. Et Sosigenes ipse trinis commentationibus, quamquam diligentior ²ceteris, non cessauit tamen addubitarē, ipse semet corrigendo. Auctores prodidere ea, quos praeteximus d. Volumini huic, raro vllius sententia cum alio congruente. Minus hoc in reliquis mirum, quos diuersi ³excusauerint tractus. Eorum qui in eadem regione dissedere, vnam discordiam ponemus exempli gratia: Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) e. tradidit fieri, quum aequinoctium autumni conficeretur: Thales vigesimo quinto die ab aequinoctio, Anaximander vigesimo nono: Euctemon f. XLVIII. Nos se-

que:
 1. ceperant sidera annum. V. 2. sic ex MSS. em.
 Hard. cons. Ver. diligentior esset ceteris. Gr. et Al.
 3. excusauerunt. M.

bus annis duodecim, nullo die
 intercalato, deuorarentur.
 Post hoc vnum diem, secun-
 dum ordinationem Caesaris,
 quinio quoque incipiente an-
 no intercalari iussit: et omnem
 hunc ordinem aereae tabulae
 ad aeternam custodiam incisio-
 ne mandauit. Iisdem paene
 verbis rem narrat Solin. c.
 I. p. 5. Vide ap. Petau. de
 doctr. temp. IV. 3. p. 319.
 diagramma, in quo bissexti-
 les dies tam vitiosi, quam
 emendati apertissime subii-
 ciuntur oculis. H.

c. Non intercalaretur) De
 hac obseruatione vide Alex.

ab Alex. cap. 23. lib. III.
 Dalec.

d. Quos praeteximus) Su-
 pra N. V. H.

e. Astrologia) Laudatur
 hic Hesiodi liber a Theone,
 et vocatur Ἀράτη Βιβλος;
 idque Hesiodi genuinum
 opus fuisse Callimachus do-
 cet in Epigrammate, quod
 exstat in Arati vita, quam
 Petavius edidit in Vranolo-
 gio, p. 270. De hac Hesio-
 di, Thaletisque et Anaxi-
 mandri sententia eundem
 Petavium consule, Varr. Diff.
 in Vranol. II. 9. p. 97. H.

f. Euctemon) Εὐκτήμων,
 De eo in auctorum Indice.

Sic

quemur obseruationem Caesaris: ¹ maxime g. haec erit Italiae ratio. Dicemus tamen et aliorum placita: quoniam non vnius terrae, sed totius naturae interpretes sumus: non auctoribus positis (id enim verbosum est) sed regionibus: ² legentes tantum meminerint, breuitatis gratia, quum Attica nominata fuerit, simul intelligere Cycladas insulas: quum Macedonia, Magnesiam, Thraciam: quum Aegyptus, Phoenicem, Cyprum, Ciliciam: quum Boeotia, Locridem, Phocidem, et finitimos semper traetus: quum Helleponstus, ³ Cherronesum, et continentia usque Atho montem: quum Ionia, Asiam, et insulas Asiae: quum Peloponnesus, Achaiam, et ad ⁴ Hesperum h. iacentes terras. Chaldaei Assyriam et Babyloniam demonstrabunt. Africam, ⁵ Hispanias, Gallias fileri non erit mirum. Nemo enim obseruauit in iis, qui siderum proderet exortus. Non tamen i. difficulti ratione dignoscen-

- I. maximeque. Gr. 2. sic ex MSS. em. Hard. conf.
Vet. vt legentes. Gr. et Al. 3. Chersonesum. M.
4. vesperam. M. 5. Hispaniam. M.

Sic libri omnes. Perperam Eudaemon reponere ntitur Pithoeus, Aduu. II. 13. p. 434. H.

g. Maximeque haec erit Italiae ratio, dicemus tamen et aliorum placita. Id quoniam non vnius, etc.) Dele coniunctionem que, et pronomen id, ex Vet. lectione. Pint.

b. Et ad Hesperum) Eudem, Arcadiam, Messeniam. H.

i. Non tamen) Tamen in

promptu ratio est, qua id noscatur, per segmenta scilicet et circulos, vt est a nobis libro sexto extremo traditum: vnde et caeli habitus, et positio non genitum modo, sed quod maioris diligentiae est, singularum urbium, cognoscitur. Assumpta enim per Africam exempli gratia, aliasue terras, quas obseruator adierit, conuexitate circuli, hoc est, delecto segmento, vel ex gnomone, vel ex quantitate

scentur in illis quoque terris digestione circulorum, quam in sexto volumine fecimus: ⁱ qua cognatio caeli, non gentium modo, verum urbium quoque singularum intelligitur, nota k. ex his terris, quas nominauimus, sumpta conuexitate circuli, pertinentis ad quas quisque quaeret terras, et ad earum siderum exortus, per omnium circulorum pares umbras. Indicandum et illud, tempestates ipsas ardores suos l. habere quadrinisi annis: et easdem non magna differentia feuerti ratione Solis: octonis vero augeri easdem, centesima reuoluente se Luna.

LVIII. Omnis autem ratio obseruata est tribus modis: exortu siderum, occasuque, et ipsorum tein-
i. quoniam cognitio. M.

te diei et noctis: regionem deinde vel urbem desumet, paribus umbris respondentem: unde pars colliget siderum ortus atque occasus. H.

k. Nota ex his terris quas nominauimus, sumpta conuexitate circuli pertinentis ad quas quisque quaeret terras, et ad earum siderum exortus) Scribo, Ergo ex his terris, quas nominauimus, sumpta conuexitate circuli pertinentis ad quas quisque quaeret terras, iidem erunt sidereum exortus, ex eodem. H.

l. Ardore suos habere quadrinisi annis) Legendum reor cardines, non ardore, ut paulo post: Cardo temporum

quadriparita anni distinctio-
ne constat. Pint.

Ardores suos) Regressus, ac vices maiori cum vi et effici-
entia Id ex Eudoxi manu schola ipse antea pro-
didit II. 48. Redire vices easdem tempestatum, anno-
rum quaternum circuitu, videtur etiam sensisse Columella III. 6. extre-
mo: Quo tempore, inquit, sol in
eamdem partem signiferi per
eosdem numeros redit, per
quos cursus sui principium ce-
perat: quem circuitum meatus
dierum integrorum mille quadri-
gentorum sexaginta unius
annorum vocant studiosi rerum caelestium. H.

temporum cardinibus *m.* Exortus occasusque binis modis intelliguntur. Aut *n.* enim aduentu Solis occultantur stellae *o.* et conspici desinunt, aut eiusdem abscessu proferunt se. Emersum *p.* hoc melius, quam exortum consuetudo dixisset: et illud occultationem potius, quam occasum. Alio modo *q.*, quo die incipiunt apparere vel desinunt, oriente Sole, aut occidente, matutini vespertiniue cognoscuntur.

i. cum die. Pint.

*m. Cardinibus} Solsticiis et
aequinoctiis. Dalec.*

*Cardinibus} Qui cardines
anni vocentur, mox aperit.
H.*

n. Aut enim aduentu) Aut aduentu solis orientis, occultantur stellae, nec tam is occasus stellarum, quam occultatio dici debet. Aut eiusdem solis occidentis abscessu proferunt se stellae omnes, immenso illo caeli tractu quem cernimus: atque is emersus potius quidam dici debet, quam exortus. Nihil dum Plinius hoc loco de ortu matutino vespertinoque stellarum, seu vero, seu heliaco, et apparente: quamquam ita visum viris alias eruditis. Quum nihil aliud velit auctor, quam quod L. II. dixit s. II. affixas caelo stellas solis fulgore non cerni interdiu. Neque in tota hac concertatione subtilitatem nimiam af-

fert, quum, ut ipse prae-
monuit, s. 56. res inter ru-
sticos geratur, litterarum
que expertes. H.

o. Stellae} Quae illius ex-
ortum praecesserant. Occa-
sus hic est Heliacus. *Dal.*

p. Emersum} Hic est ortus
Heliacus. *Dal.*

q. Alio modo} Exortus et
occasus dicuntur cosmici A-
strologis. *Dal.*

Alio modo) Hic alter mo-
odus ortus occasusque stellarum,
bifariam diuiditur. Ortus matutinus dicitur,
quum apparere stella incipi-
pit, paulo ante Solis ortum
horizontem superans. Ortus vespertinus, quum occi-
dente Sole ab horizonte or-
tiuo stella emergit. Occa-
sus matutinus, quum stella
infra occiduum horizontem
conditur, sole exoriens. Occa-
sus vespertinus, quum
paulo post Solis occasum,
in eundem occiduum hori-
zontem, demergitur. H.

cognominati, prout ⁱ alterutri eorum mane vel crepusculo contingit. Dodrantes ^{r.} horarum quum minimum interualla ea desiderant ante Solis ortum, vel post occasum, ut aspici possint. Praeterea ^{s.} bis quaedam exoriuntur et occidunt. Omnisque sermo de his est stellis, quas adhaerere caelo diximus.

LIX. Cardo ^{t.} temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur haec a bruma, et aequatur noctibus verno aequinoctio diebus xc. horis tribus. Deinde ^{u.} superat noctes

I. Alteruter. M.

r. Dodrantes) Tres horae quadrantes. H.

s. Praeterea bis quaedam) Ut Arcturus Maii idibus, Iuniiisque, occidit matutino, vt dicetur, s. 69 Aquila bis exoritur, vt dicemus s. 69. H.

t. Cardo temporum) Cardinem vocat, vnde anni quarta quaeque pars incipit: ver, aestas, etc. H.

u. Deinde superat) Vide N. et Em. N. XXV. (hic coll) *Deinde*) Ita libri omnes, etiam manu exarati: sed manifestissimo mendo locus hic tenetur. Desideratur enim interualli circumscriptio, quod a solsticio aestiuo ad autumnale pertinet. Legendum itaque diebus XCIII. boris duodecim: et inde minuitur diebus XCII. boris duodecim, usque ad aequinoctium autumni. Nam tria inter-

ualla, quae in vulgatis libris exprimuntur, dies conficiunt 262. horas 18. Ea detracta de diebus 365. $\frac{1}{4}$ residuos faciunt dies 92. horas 12. Quare ex mente Plinii Iulius Caesar annua haec interualla descripsit: Ab aequinoctio verno ad solstitium dies 93. horas 12. A solsticio ad aequinoctium autumnale d. 92. h. 12. A bruma ad vernum aequinoctium, d. 90. h. 3. Quod si aequinoctium vernum statuatur in XXV. Martii, vt Columella Pliniusque affuerant, additis diebus 93. calculus definet in 25. Iunii, $\frac{1}{2}$. Ab eo die exclusue, ad aequinoctium autumnale, quod coniicitur in 26. Septembris, dies 92. horas 12. A die 26. Septb. ad brumam in 24 Decembr. $\frac{1}{2}$ dies

noctes ad solstitium diebus x. xciii. horis duodecim, usque ad aequinoctium autumni. Et tum aequata die procedit ex y. eo ad brumam diebus LXXXIX. horis tribus. Horae nunc in omni accessione aequinoctiales z., non cuiuscumque diei significantur: omnesque eae differentiae fiunt in octauis

89. horae tres: ut inde exclusue ad vernum aequinoctium 25. Martii $\frac{1}{2}$ dies reliqui sint 90. $\frac{1}{4}$ minima aliqua diuersitate neglecta. Ita fere Petau. Varr. diss. II. 5. p. 81. et Riccioli Almag. T. I. L. III. 135. H.

x. Diebus 93. horis 12. usque ad aequinoctium autumni. Et tum aequata die) Scribe, diebus 92. horis 12. Deinde diminuitur usque ad aequinoctium autumni diebus 91. horis 12. Et tum aequata, etc. tum ex Plinio ipso hoc praesenti libro infra, numerante ab aequinoctio verno ad solstitium dies 91. et a solsticio ad aequinoctium autumnale 92. tum ex ratione calculi id depositente. Pint.

y. Procedit ex eo ad brumam diebus 89. horis 3.) Scribendnm 92. non 89. aliqui non efficitur debita summa dierum anni 365. et horarum 7. ad stipulante etiam mox Plinio ipso. Dal.

z. Aequinoctiales) Duodecim, in quas diem prisci

Romani diuiserunt, quod vt Gal. scribit L. de peccatorum cuiusque cognitione, numerus ille sit commodissimus, quia dimidium continet, duplum, quartum, sextum, duodecimum, quae nullus alias, usque ad vicesimum quartum. Quamobrem in herciscunda haereditate, ponderibus et mensuris, potius quam aliis qui us usurpatus est Magius c. 15. V. Dal.

Aequinoctiales) Graeci ἡσημερινας vocant, horas inter se aequales, cuiusmodi sunt aequinoctiali die: quum hora quaelibet diurna cuilibet nocturnae per se est aequalis. Aliae praeterea sunt Inaequales dictae, et Temporales, quarum quaelibet duodecima pars est diei cuiusvis, noctisue, seu brevior illa, seu longior sit. Harum in Italia hodieque usus. Ex dierum noctiumque inaequalitate, bruma vel solsticio, die vel nocte, horarum huiuscemodi inaequalitas oritur. H.

octauis a. partibus signorum. Bruma Capricorni;
a. d. VIII. Calendas b Ianuarii fere: aequinoctium
vernum, Arietis: solstium, Cancri: alterumque
aequinoctium, Librae: qui et ipsi dies raro non
aliquos tempestatum significatus habent. Rursus c.
hi cardines singulis etiamnum articulis d. tempo-
rum diuiduntur, per media omnes dierum spatia.
Quoniam inter solstium et aequinoctium autumni,
Fidiculae e. occasus autumnum inchoat f. die XLVI.

At

i. XVIII. Dal. ad VIII. Cal. Gr. et Al.

a. In octauis partibus) Quum sol octauum signi cuiuspiam gradum perlustrat. Verum quum priscis illis scriptoribus visum est cardines annuos, non in signorum initiiis, sed in octauis partibus statuere: non tam eos ad exacta solis aequinoctia, solstitiaue, respexisse arbitror, quam vii populo seruirent, cui accommodata magis ea ratio fuit, ad tempestatum significatus: quod non in ipso praecise signi capite, sed aliquantum in eo spatio proiectus vim suam efficientiamque monstraret. Audi Colum. IX. 14. Nec me fallit Hipparchi ratio, quae docet solsticia et aequinoctia, non octauis, sed primis partibus signorum confici. Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi et Metonis, antiquorumque fastos Astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis:

quia et notior ista vetus agricultoris concepta opinio, etc. H.

b. A. d. VIII) Hoc est, ante diem octauum Cal. Ita Sosigenes Solis ingressum in Arietem, VIII. Cal. Apr. seu XXV. Martii: in Capricornum, VIII. Cal. Ian. seu XXV. Dec. et sic de aliis constituendum censuit: quod quamobrem ita censuerit, explicat eruditus Petavius, de doctr. temp. IV. 27. p. 369. Verus tamen et angelicus Solis ingressus non in hos dies incidit. H.

c. Rursus hi cardines) Hae quatuor anni partes interuallis aliis et sectionibus singulæ diuiduntur. H.

d. Articulis temporum) Interuallis et sectionibus temporum. Varro a cap. 27. ad 37. L. I. Dal.

e. Fidiculae occasus autumnum inchoat die 45.) Veutor lectio quorumdam exemplarum 46. Nam a solsticio ad aequi-

At ab aequinoctio eo ad brumam, Vergiliarum g.
matutinus occasus hiemem h. die XLIV. Inter brumam et aequinoctium die XLV. fatus Fauonii vernum tempus. Ab aequinoctio k. verno initium aestatis l. die XLVIII. Vergiliarum exortu matuti-

N 2

no

1. XLIII. Gr. et Al. 2. sic ex MSS. em. Hard. ex-
ortus matutinus. Gr. et Al.

aequinoctium autumni dies
sunt 92. et statim ante dixit:
*Rursus bi cardines singulis et-
iamnum articulis temporum
diuiduntur per media omnes
dierum spatia.* Pint.

f. Inchoat die XLVI) Ita
MSS. R. Colb. aliisque: sic
quoque ratione calculi ex-
poscente. Colum. IX. 2. Pri-
die Idus Augusti, Fidis occi-
dit mane, et Autumnus incipit.
H.

g. Vergiliarum matutinis
occasus hiemem die 43.) Lego
44. ex ipso Plinio L. II. 27.
Post id aequinoctium diebus
fere quatuor et quadraginta
Vergiliarum occasus hiemem
inchoat. Repetit hoc ipsum
libro praesenti. infra. Pint.

b. Hiemem die XLIV) Ita
MSS. ipseque Plinius II. 47.
vbi et id tempus in III. Idus
Nouembr. ait incidere. Etsi
Colum. XI. 2. Sexto Idus
Nouembri, Solis exortu, Ver-
giliac mane occidunt, signifi-
cat tempestatem, hiemat. Quin-
to Idus Nouembri, hiemis
initium. H.

i. Dies XLV. fatus Fau-

nii) Is dies sextus est ante
Februarias Idus, vt dictum
est L. II. s. 47. H.

k. Ab aequinoctio, etc.) Le-
gend. Ab aequinoctio verno
initium aestatis die quadrage-
simo octavo Vergiliarum ex-
ortu matutino. Vide Salmas.
p. 742. b. Ab aequinoctio
verno aestatis die 48. Vergi-
liarum exortus matutinus)
Scribo die 46. non 48. Nam
aequinoctium vernum Plinius
in sequentibus est, 8.
Calendas Aprilis, hoc est 25.
die Martii, exortus autem
Vergiliarum matutinus est
6. Idus Maias, hoc est 10.
die Maii. Sunt ergo a 25.
die Martii ad 10. diem Maii
dies 46. Praeterea ab aequi-
noctio verno ad solstitium
dies sunt 92. quorum pars
dimidia sunt 46. et ostendit
paulo ante, cardines
anni singulis temporum di-
vidit iper media omnes die-
rum spatia. Pint.

l. Aestatis, die XLVIII.)
Colum. XI. 2. Septimo Idus
Maias, aestatis initium . . .
Sexto Idus, Vergiliac totae ap-
parent

no. Nos incipiems a sementibus frumenti, hoc est, Vergilijarum occasu matutino. Nec deinde paruorum siderum mentione concidenda m. ratio est, et difficultas rerum augenda, quum fidus n. vehemens Orionis iisdem diebus longo o. decedat spatio.

LX. Sementibus p. tempora q. plerique praesumunt, et ab vndecimo die autumnalis aequinoctii fruges serunt, adueniente r. Coronae exortu, continuis

parent. De matutino exortu haec accipe. Consule etiam ea quae dicturi sumus s. 66. H.

m. Concidenda) Breuiter expedienda. H.

n. Sidus vehemens Orionis) Musaeo, Θεατύς ὠρέων, Homerō σθένος ὠρέωνος. Sic porro vocauerunt Poëtae, quod Pleionem matrem Pleiadum eum persequi tradant, vt vim afferat. De Vergiliis vide cap. 41. L. II. Dal.

Quum fidus vehemens) De quo Maro Aen. I. 539. Quum subito assurgens fiuctu nimbus Orion. Et Horat I. od. 28. vbi austrum pluuium comitem vocat occidentis Orionis: Me quoque deuksi rapi dus comes Orionis Illyricis notus obruit vndis. Constat id fidus stellis amplius quingentis, telescopio deprehensis: quarum insigues sex eae sunt, quae in Orionis ense iam pridem adnotatae: aliaeque tres in cingulo, quas S. Iacobi baculum, vel Tres Re-

ges agricolæ vulgo vocant. De occasu illius dicetur s.

74. H.

o. Longo decedat spatio) Decidat non decedat in antiquo exemplari, hoc est, occidat. Pint.

Longo) Longum caeli spatium decurrat, quum occidit. H.

p. Sementibus tempora) Leg. Sementis tempora plerique praesumunt, etc. Xenophon antequam Deus signum dederit. Hoc Cicero noster imbre fieri interpretatus est, etc. Salmas. 734. a.

q. Tempora plerique praesumunt) Varro cap. 34. L. I. Columel, cap. 2. L. II. Dal.

Praesumunt) Anteuertunt. H.

r. Adueniente Coronae exortu) Breuius in antiquo exemplari, a Coronae exortu, Pintian.

Coronae exortu) Borealis scilicet, siue Gnostiae, Thesei, aut Ariadnae. Quo die oriatur

tinuis diebus certo prope imbrium promisso. Xenophon s. antequam Deus signum dederit. Hoc Cicero t. Nouembris imbre fieri interpretatus est; quum sit vera ratio non prius serendi, quam folia ceperint decidere. Hoc ipso u. Vergiliarum occasu fieri putant aliqui, a. d. III. Idus x. Nouembris, isobrū ellī hoc dicitur No 3 ut dicitur ut
 1. Cicero NR. Ch. id est, noster. Latinus, non extenuus. Sic c. 6. l. XXIX. Varro noster. 2. Fieri putari. Aliqui ad III. . . . seruant, quoniam id sidus etiam vestis institoris est. Gr. et Al.

oriatur dicemus s. 74. Hunc exortum Coronae matutinum Virgilius intellexit, ac sementis initium esse voluit, Georg. I. 222. Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur, Gnoisaque ardentis decedat stella Coronae, Debita quam fulcis committas semina: quamque Inuitae properes anni spem credere terrae. Democritus tamen in Geop. II. 12. p. 50. circa Coronae occasum seri iubet, quia tunc imbræ plurimi: Θημόνειτος δὲ περὶ τὴν τὰς Στεφάνας δύσιν σπείρειν συμβέλειν. Τότε γὰρ καὶ μένον ὄμβροις ἐπέμπεσθαι πολλοὶ εἰώθασιν, etc. H.

s. Xenophon) Legitur in Oeon. p. 860. de sementis tempore: Ἐπειδὰν γὰρ ὁ μετοπωριὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες πχ οἱ ἀνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ἐπότε βρέξας τὴν γῆν ἀΦήσει αὐτᾶς σπείρειν. Quum autumni tempus aduenerit, ho-

mines omnes ad Deum respi- ciunt, quando terra irrigata seminandi potestatem eis factu- rus sit. H.
 t. Hoc Cicero) In MSS. R. I. et 2. Ciceio N.R. At editiones omnes Romana, anni 1470. Parmensis, Vene- ta, aliaeque vetustissimæ, Nouembris imbre, rectissime, vt suadet quod proxime se- quitur, a. d. III. Idus No- uembris. H.

u. Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant. Aliqui ad tertium Idus Nouembris, vt diximus, seruant, quoniam id sidus etiam vestis institoris est) Scribo, Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant ali- qui, ad tertium Idus Nouembris vt diximus. Seruantque id sidus etiam vestis institores, ex eodem codice. Legere tamen mallem hoc ipsum, quam hoc ipso, et obseruant potius, quam seruant. Pint.

x. Aliqui ad III. Idus No- uembris) Leg. Aliqui ante diem

ut diximus y. Seruantque id sidus etiam vestis z.
Institutes; et est in caelo notatu facillimum. Ergo
ex occasu eius de hieme augurantur, quibus a. est
cura insidiandi negotiatoris avaritia. Nubilo oc-
casu pluuiosam hiemem denunciat: statimque au-
gent b. lucernarum pretia. sereno asperam, et re-
liquarum b. vestium accendunt. Sed ille indoci-

1. institutor. M. institutor. V. 2. avaritiae. V. 3.
lucernarum Hard. ex operarum vito. 4. et tum
rel. Dal.

diem tertium Idus, etc. Sed
quinam illi aliqui? Vide
Sal. 736. a. Sequentia lege:
Quoniam id sidus vestis in-
stitutor est: quare hoc sidus ve-
stis institutorem appellat, in
sequentibus explicat. Et in
praecedentibus lege: At ab
aequinoctio ad brumam Fer-
giliarum matutinus occasus
die quadragesimo quarto. Vi-
de Salmas. ibi. pag. 736. a.

y. Ut diximus) L. II. 47.
Vergiliatum ergo occasus
in diem D. Martini festam
incidit: qui dies solemnis πτι-
θονιῶν, in quo dolia reli-
nuntur, et potum vini re-
centis gustandum amici pro-
pinant. H.
z. Vestis institutors) Mer-
catores. Apud Iuuenal. Sat.
7. institutor hibernae tegetis.
Vide N. et Em. N. XXVI.
(hic coll.) Seruantque) Hunc
locum ex fide codicium R.
et Colb. representamus.
Praepōstera interpunctione
perturbata omnia prius

erant mirum in modum:
quum sic legeretur: Vergi-
liarum occasus fieri putant.
Aliqui ad III Idus Noembris,
ut diximus, seruant quoniam
id sidus, etiam vestis institu-
tor est, etc. Vbi sidus vestis
institutorem appellari Sipontius
existimauit, aliique post
eum. Nugae merae. H.
a: Quibus est cura insidiandi
negotiatoris avaritia) Scri-
bendum reor negotiatoribus
non negotiatoris: et verbum
avaritia falso adiectum puto.
Pint.

Quibus est cura) Sincerius
fortasse ac planius fuerit,
Quibus est cura insidiandi ne-
gotiatoribus, avaritia. Ad-
iectitiā illam esse Pintianus
sensit avaritiae voculam.
sic Plinius s. 74. damnat sae-
uitiam insidiantium caritati
annonae. H.

b. Et reliquarum) Hoc
est, et tum reliquarum ve-
stium pretia augent, anno-
namque vrunt. H.

lis c. ¹ caeli agricola, hoc signum habeat inter suos vepres, humumque suam aspiciens, quum folia viderit decidua. Si indicatur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius. Ita enim sentitur, ut caeli locique ² afficit natura: idque in hac ratione praecellit, quod eadem et in mundo publica est, et vnicuique loco peculiaris. Miretur hoc, qui non meminerit ipso brumali die pulegium d. ³ in carnariis florere: adeo nihil occultum esse natura voluit. Et ferendi igitur hoc dedit signum. Haec est vera interpretatio, argumentum e. naturae secum afferens. Quippe ⁴ sic terram peti suadet, promittitque quamdam stercoris vicem, et ⁵ contra rigores terram flatusque operiri f. a se nunciat, et monet festinare.

N. 4 LXI.

I. caeli d. in V. **2.** efficit. M. **3.** e coronariis.
V. Theophr. c. 8. **I.** Caus. legitur tamen, in carnariis, c. 6. lib. XIX. sub finem. et, suspensa in tectis, c. 4. l. II. **4.** sic terra se peti. **5.** con. rig. flat. operiri se. M.

c. Indocilis) Qui caeli signa nosse nequit. H.

d. In carnariis) Carnarium locus est, vbi salitae carnes domi reponuntur. Vide N. et Em. N. XXVII. (paulo post) Interim id obseruan- dum, quod in carnariis suspenso pulegio accidere Plinius ait, id in tectis pariter suspenso contingere ab eo- dem obseruatum iam antea II. 41. **Ipso)** Placuit nonnullis, in coronariis potius legi, quam in carnariis. Frustra. In carnariis suspensi carnes mos antiquus fuit: quo mo-

re et suspendi pulegium nunc Plinius innuit. Colum. XII. 53. A duodecima die ad lacum falsuram deferri oportebit, et salem prius excutii, deinde aqua dulci diligenter perlui, necubi sal inhaereat, et paululum assicaram in carnario suspendi. Varro de R. R. I. 54. de vuis pensilibus: **Alia**, inquit, quae in piscinam in amphora picata descen- dat; **alia** quae in aram, ut in carnarium ascendat. Corri- go, quae in borreum, ut in carnariis ascendat. H. **(e. Argumentum)** Signum a natura datum. H.

LXI. Varrog. in fabae utique satu hanc obseruationem custodiri praecepit. Alii h. plena Luna serendam. Lentem vero a vigesimo quinto ad trigesimum. Viciam i. quoque iisdem Lunae diebus; ita demum sine limacibus fore. Quidam pabuli causa sic seri iubent, seminis autem vere. Est et alia manifestior ratio, mirabiliore naturae prouidentia, in qua Ciceronis k. sententiam ipsius verbis sub-signabimus:

*Iam vero l. semper viridis, semperque grauata
Lentiscus, triplici solita est grandescere fetu:*

Ter.

f. Operiri) Foliis cadentibus. H.

g. Varro in fabae) Varro de R. R. I. 34. Fabam optimè seri in Vergiliarum occasu. H.

b. Alii plena) Pallad. XII. in Noubr. tit. I. p. 161. H.

i. Viciam quoque) Colum. II. II. Viciae autem duae sationes sunt. Prima, quam pabuli causa circa aequinoctium autunnale serimus, septem modios eius in unum ingерum. Secunda, qua sex modios mense Ianuario, vel etiam serius iacimus semini progenerando . . . obseruandum erit, ne ante quintam et vigesimam lunam terrae mandetur. Aliter sarae fere limacem nocere comperimus. H.

k. Ciceronis) Exstat nunc ea in L. de diuin. I. n. 15. H.

l. Iam vero semper viridis) Constant. in Geoponicis L.

XI. ή δὲ σχῖνος τρεῖς καρπές Φέρει, καὶ εἰ μὲν ὁ πρώτος καρπὸς καλὸς γένηται, τὸν πρῶτον σπορὸν καλῶς καρποφορεῖν σημαίνει, ὅμοιως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Aratus: — εδὲ μέλαινας σχῖνος ἀπείρητοι, Τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει· τρισσαὶ δὲ γένεας Γίνονται καρποῖ, Φέρει δέ τε σήμανθ' ἐνάση. Ἐξεῖς ἀρότω, καὶ γὰρ ἀροτῆσιν ὥρην τριπλοα μείρουται μέσσην κυψέπ' ἀμφότερούς ἀνερας. Idem et de scilla quam etiam ut Lentiscum σχίνον vocant, prodidit Theophr. cap. 12. VII. hist. quod et rursum confirmat Aratus his verbis: "Οσσα δέ επὶ σχίνῃς ἀροτήῃς ἐπιδράσσατο καρπῷ, Τόσσα καὶ ἐν σπιλλῇς τειμάρεται ἀνθει λευκῷ. Lentisci in fructu quod seruat rusticus, albo in flore et scillae seruandum existimat idem Dalec.

Ter fruges m. fundens, tria tempora monstrat arandi.
 Ex his unum hoc erit, idem et lino ac papaueri se-
 rendo. Cato de papauere ita tradit: Virgas et
 farmenta, quae n. tibi visioni supererunt, in se-
 gete comburito. Vbi eas combusseris, ibi papau-
 er serito silvestre, quod o. in miro usu est melle
 decoctum ad faecium remedia. Visque somnifera
 etiam satiuo. Et haec tenus de hiberna semente.

N. 5 LXII.

i. incisioni supererunt. M. quae tibi satione superant.

Gr. et Al.

m. Ter fruges) Vide N.
 et Em. N. XXVIII. (hic adi.)
Ter) Ita libri omnes, etiam
 MSS. ipseque Tullius, apud
 quem carmen illud occurrit,
 de diuin. L. n. 15. An vero
 nihilominus, *ter flores*, since-
 riūs videri possit, consideran-
 dum. Nam post eos versicu-
 los subiicit Cicero statim: *Ne*
boc quidem quaero, cur haec
arbor una ter floreat, aut cur
arandi maturitatem ad signum
floris accommodet. Tamen
Geop. auēt. XI. 13. ἡ δὲ σχι-
ρος τρεῖς παρπτὲς Φέρει, etc.
 post Aratum, quem Cicero
 transtulit; *Τριπλῶα δὲ σχι-*
ρος κύστει. Τρισσαὶ δὲ αὐξα-
γίονται παρποῦ. Φέρει δὲ
τε σήμασθενάση Ἐξεῖς
ἀρότω, etc. H.

n. Quae tibi visioni) Quod
 post tuum usum supererit Vi-
 de N. et Em. N. XXIX. (hic
 pos.) *Virgas etc.*) Hoc est,
 quae supererunt post tuum
 usum. In libris vulgatis ha-
 ec tenus legebatur, quae tibi

in satione superant. MSS.
R. 1. Quae tibi cisioni. R. 2:
quae tibi osioni. Verum ex
 Catone ipso, qui eadem ha-
 bet, visioni legi oportere, per-
 spicuum est. Sic enim ille
 de R. R. c. 38. p. 34. *Si li-*
gna et virgas non poteris ven-
dere, neque lapidem habebis,
vnde calcem coquas, de lignis
carbones coquizo: virgas et
farmenta, qui tibi visioni su-
pererunt, in segete comburito:
vbi eas combusseris, ibi papau-
er serito. Visionis autem
 voce usus est iterum idem
 Cato, c. 145. vbi de lege
 oleae faciundae: *Si viride*
oleum fiet, facito accedat oleum
et sal suae visioni, quod satis
siet et vasa viminea. Et rur-
sum c. 149. Scaeuela quoque
apud Gellium IV. I. p. 271.
Quae longae visionis gratia con-
trahuntur et reconduuntur. Sic
 et abusionem, pro abuso di-
 cimus. H.

o. Quod in miro usu) Q.
 Seren. Samonicus, c. Vuae,
 fauci-

LXII. (XXVI.) Verum ut pariter omnis culturae quoddam p. breuiarium peragatur, eodem tempore conuenit et arbores stercorare, accumulare item vineas: sufficit q. in iugerum opera: et ubi patietur loci ratio, arbusta ac vineas putare, seminatiis solum bipalio praeparare, incilia r. aperire, aquam de agro pellere, torcular s. lauare et recon-

sic et M. leuare. Gr. et Al.

faucibus etc. medendis: Disce etiam miram ex humili medicamine curam: Actiaco melli iungas agreste papauer, Decoctumque simul mandes, mansumque vorabis. De vi papaueris somnifica dicetur inferius suo loco. H.

p. Quoddam breuiarium)

Quod veteres summarium, Graeci epitomen; nunc vulgus Compendium vocat. Huius vocis usus apud Suet. in Augusto, c. 101. et in Galba, c. 12. Seneca ep. 39, p. 241. Commentarios, quos desideras, diligenter ornatos, et in angustum coactos, ego vero componam. Sed vide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quam haec quae nunc vulgo Breuiarium dicitur, olim quum Latine loqueremur, summarium vocabatur. H.

q. Sufficit (...) opera) Opera, pro diurno opere, seu labore diei unius accipi, trahitum est. Sic Colum II. 13. Pro modo cuiusque agri quot opera designantur. Et mox Legumina occupant opera

LX. id est, menses duos. Et paulo ante: Segetes sarriuntur sesquiopera. Et IX. 2. in Octobri: Antiqui singulis operis singulis iugera sarriri et occari volunt: quod an recte fieri possit, affirmare non ausim Galli dicunt: par journées, les journées des ouvriers. H.

r. Incilia) Incilia sunt principia fossarum, quibus e flumine, vel e lacu deduci aquae possint. Cato c. 155. Per biemem aquam de agro depellere oportet. Quum vero pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis excire oportet, et incilia aperire, aquam dividere in vias, et segetem curare oportet, ut fluat. Elices et fulcos aquarios appellat Columella, l. c. Incilia idem, L. V. 9. Si olea in clivo sit, incilia excitentur, quae limosam aquam deducant. H. t. s. Torcular lauare) Vide N. et Em. N. XXX. (hic coll.) Torcular) Sic libri omnes tum publici, tum etiam conditiui, ante Dalecam-

recondere. A Calendis Nouembris gallinis oua supponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum t. diem ternadena subiicit aestate tota, hie me pauciora, non tamen infra nouena. Democritus tam futuram hiemem arbitratur, qualis fuerit brumae dies, et circa eum terni: item solsticio aestatem. Circa brumam¹ plerisque bis septem u., halcyonum setura, ventorum quiete, & mollius caelum: sed et in his et in aliis omnibus ex euentu significationum intelligi sidera debebunt, non ad dies utique praefinitos exspectari tempestatum vadimonia.

² I. quinque. V. 2. mollit. Ket. molliunt. M. sub. dies. 14. H. vides videntur. extreum Februarium reiiciente. VIII. Calendas Marias, inquit, Halcyonei dies vocantur: in Atlantico quidem mari summa tranquillitas notata est. H.

x. Per brumam) Varro de R. R. I. 35. Septimo inter-

vallo inter Vergiliarum occa-

sam, et brumam . . . vineas, arbustumque purare: dum in XV. diebus ante et post brumam . . . ne facias. Colum. L. de arbor 5. Per brumam vitem ne colito, etc: H.

y. Vel etiam diffundi) Quid sit vina diffundi, diximus L. XIV. 16. H.

z. A confecta ea) Post brumam confectam. H.

petat. Cerasa *a.* circa brumam seri. Bubus *b.* glandem tunc aspergi conuenit in iuga singula modios. Largior valetudinem infestat, et quocumque tempore detur, si minus xxx. diebus continuis data sit, narrant verna scabie poenitere. Materiei caedeniae *c.* tempus hoc dedimus. Reliqua opera nocturna maxime vigilia constant, quum sint noctes tanto ampliores. Qualos *d.*, crates, fiscinas texere: faces *e.* incidere: ridicas praeparare interdiu xxx. palos *LX.* In lucubratione *f.* vespertina ridicas v. palos *x.* totidem antelucana.

LXIV. Abruma *g.* in Fauonium *h.* Caesari *i.* nocte *j.* ad diurnum *k.* abilia *l.* Caesar. nob. fid. significat. M. *m.* ante Iov. *n.* post

a. Cerasa) Varro de R.R. I. 39. Circiter solstitium inseri ficus solet: nec non brumalibus diebus cerasus. *H.*

b. Bubus glandem tunc) Cato cap. 54. Columel. cap. 2. lib. II. in Octobri. *Dal.* *Bubus glandem)* Cato, c. 54. *Vbi* sementem paraueris, glandem parari legique conuenit, et in aquam contici. *Inde* semidios singulis bubus in dies dari oportet, etc. Colum. XI. 2. in Octobri: *Glandis* quoque non inutile est singulis iugis modios singulos dare: nec rament amplius, ne laborent; nec minus diebus XXX praebueris. *Nam* si paucioribus diebus de tur, ut ait Hyginus, per ver scabiosi boues fiunt. *H.*

c. Materiei dedimus) L. XVI. 74. *H.*

d. Qualos, crates) Colum. XI. 2. in Decbr. Sed etiam

longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adiiciendum est. Nam multa sunt quae in lucubratione recte aguntur. Siue enim vineas possidemus, pali et ridicae possunt dolari, exacuique . . . siue palmae spartinae secunda est, fiscinae, sportaeque, seu virgultorum corbes ex vimine etc. *H.*

e. Faces incidere) Et, ut ait Virgilius, inspicare, id est, in spicae modum fingere. *Dal.*

f. In lucubratione) Virgilii hoc praeceptum est Georg. I. 291. *Et* quidam seros biberni ad luminis ignes Peruigilat, ferroque faces inspicat acuto. *H.*

g. In lucubratione) Columel. XI. 2. in Febr. p. 370. Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere: totidemque

nobilia sidera significant, tertio i. Calend. Ianuarii matutino Canis occidens. Quo die Atticae et finitimi regionibus Aquila vesperi occidere traditur. Pridie Nonas Ianuarii Caesari Delphinus k. matutino exoritur, et postero l. die Fidicula, quo Aegypto Sagitta vesperi occidit. Item ad vi. Idus Ianuarii eiusdem Delphini vespertino occasu continui dies hiemant¹ Italiae, et quum Sol in Aquarium sentiatur transire, quod m. fere xvi. Calendas

i. Italiae, cum sol in Aqu. sentitur trans. Dal.

demque per antelucanam lucubrationem, etc. H.

g. A bruma) Concinnauit Calendarium vetus Romanorum, notato ortu occasuque stellarum, ex hoc Plinii libro, e Columella, Ouidiique Fastis, Petavius noster in Vranologio p. 102. seqq. H.

b. Caesari-significant) Ex sententia Caesaris, tempestatem, aut aliud quidpiam praesignificant. Frequens ea loquutio et familiaris Ptolemaeo, L. de appar. Καίσαρι ἐπισημαῖει. Καλιππώ ἐπισημαῖει, etc. Simplex, at celebris est vox apud Graecos ἐπισημασία, praesignificatio, seu simpliciter maius, significatio: quod sidera nempe, prout orientur, aut occiderent, significarent, tum tempestates, quibus arandum, metendum, simile quid agendum foret: tum dies, quibus speraretur, metuereturue pluvia,

vventus, aut vis quaepiam in aere. Notanda hic Columellae verba IX. 2. p. 369. Si derum occasus tempestatem facit: interdum tantummodo significat. H.

i. Tertio Cal.) Colum. I. c. p. 388. Tertio Calend. Ianuarias Canicula vespero occidit, tempestatem significat. Quarto Calend. Ianuar. Aquila vespero occidit: hiemar. De ortu et occasu stellarum matutino aut vespertino abunde egimus, s. 58. H.

k. Delphinus) Ouidio Fast. I. 457. VI. Idus oritur matutino. H.

l. Et postero die) Nempe Nonis. Ita Columel. „Nonis Ianuariis Fidis exoritur mane: tempestas varia.“ Ouidius quoque Fastorum I. 315. Institerint Nonae: missi tibi nubibus atris Signa dabunt imbres exidente Lyra. H.

m. Quod fere XVI.) Colum. I. c. XVII. Cal. Ian. Sol

das stella *n.* regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occedit matutino. Et pridie *o.* Nonas Februarias Fidicula vesperi. Huius *p.* temporis noniusmis diebus, ubicumque patietur caeli ratio, terram ad rosarum et vineae satum vertere bipalio oportet. Iugero operae LX. sufficiunt. Fossas purgare, aut nouas facere. Antelucanis *q.* ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassa sarcire, ipsorumque *r.* laminas scabendo purgare, aut nouas facere.

LXV. i. A Fauonio in aequinoctium *s.* vernum Caesari significat, *z.* XIV. Calendas Martii triduum *t.* *z.* varie. Et VIII. Calendas *u.* hirundinis visu

i. *laminas M.* 2. XVII. *Cal. Gr. et Al.* 3. *varium V.*

Sol in Aquarium transiit: Leo mane incipit occidere XVI. Cal. hiematis. Plinio concinit Ouid. Fast. I. 651. H.

n. Stella regia) Claram stellam Columella vocat, et occidere VI. Calend. Februarias tradit. *Dal.*

Stella regia) Quae et Cor Leonis a situ vocatur, et βασιλίσκος seu regulus: quod quibus ea in ortu praest, ii regiam habere nativitatem videantur, inquit Gemin. Elem. Astron. c. 2. p. 12. Colum. XI. 2. in Ian. VI. *Cal. Ian. Leonis* quae est in pectore clara stella occidit: nonnumquam significatur hiems bipartita. Ouidio, ut videtur, Fast. I. 655. VIII. quoque *Cal. Ianuarii* ea stella occidit. *H.*

o. Et pridie Nonas) Columell. Tertio Nonas. *H.* *p. Huius temporis*) Colum. XI. 2. in Febr. *p. 371: 372.* *H.*

q. Antelucanis) Colum. l.c. in Decembri. *H.*

r. Ipsorumque laminas) MSS. omnes, *lanas*. Ut vt est, tabulas, asperesque intelligit, quibus dolia compinguntur. *H.*

s. In aequinoctium) Varro. c. 29. lib. I. *Dal.*

t. Triduum varie) Per triduum varia tempestas. Vide Not. et Em. N. XXXI. (hic appos.) *XIV. Cal.* Prius legebatur XVII. *Calendas.* At sedecim omnino Calendae sunt Martiae, etiam quum intercalatur annus: nam tum bis sexto *Calendas* dicitur, *H.*

visu *x.*, et postero die Arcturi *y.* exortu vespertino! Item tertio Nonas Martii Caesar Cancri *z.* exortu id fieri obseruauit. Maior pars auctorum *1.* Vindemitoris *a.* emersu, *viii.* *b.* Idus Aquilonii piscis *2.* exortu, et postero die Orionis. *c.* In Attica³ Miluum apparere obseruatur. Caesar et Idus *d.* Martias

1. sic ex MSS. em. Hard. vindemioris Gr. et Al. 2. exortus Dal. 3. sic ex MSS. em. Hard. cons. Dal.

Milium. Gr. et Al.

u. Et VIII. Calendas) Sub-intellige, varia tempestas est, quo die hirundo conspicitur: et postero, quo Arcturus vespertino exortur. Colum. l. c. VII. Calendas Martias, Ventosa tempestas: Hirundo conspicitur. Ex quo hic forte, Et VII. Calendas scribendum, ut dixi II. 47. Et prius, IX. Cal. Mart Arcturus prima nocte oritur: frigidus dies Aquilone vel Coro: interdum pluvia. Arcturum biduo posterius oriri Plinius facit. H.

x. Hirundinis visu) Ab hirundinis visu et Chelidonium et ornithiam olim Fauonium vocauerunt. Supra cap. 47. L. II. Dal.

y. Arcturi exortu) Columel. oritur ix. Calend. Mart. Dal.

z. Cancri exortu id fieri) Variam tempestatem, nunc Africo flante, nunc Austro, nunc ventis Septemtrionalibus, nunc Fauonio. Columel. Dal.

Id fieri obseruauit) Nempe

varium incertumque tempus. Et Colum. l. c. p. 373.

IV. Nonas Martii Fauonius, interdum Auster biemat. H.

a. Vindemioris) Ita MSS. Ouidius quoque Fast. III. 407. At non effugiet Vindemitor, quem oriri is ait tertio Nonas Martias. Colum. sexto, l. c. VI. Nonas Martii, Vindemior appareret, quena Graeci τευγητης | dicunt. Septemtrionales venti. Emersum porro intellige matutinum. H.

b. VIII. Idus) Subintellige, ut prius, varia tempestas. Colum. l. c. III. Idus Martii, Piscis Aquilonius definit oriri. Septemtrionales venti. De exortu matutino haec accipe. H.

c. Orionis) Sidus id Plautus in Amphitruone Ingulam vocat, quod ut ait Festus, ceteris sit amplior nucis iuglandis magnitudine. Locus Plauti citatur cap. 8. L. II. Dal.

d. Idus Martias ferales) De Idibus Martiis, quo die Cae-

tias ferales sibi annotauit Scorpionis *e. occasu*: xv.
vero Calendas Aprilis Italiae Miluum *f.* ostendi:
duodecimo Calendas Equum *g.* occidere matutino.

2. Hoc interuallum temporis vegetissimum *h.*
agricolis, maximeque operosum est, in quo prae-
cipue falluntur. Neque enim eo die vocantur ad
munia, quo Fauonius flare debeat, sed quo ceperit. Hoc
acri intentione seruandum est. Hoc illo mense si-
gnum Deus habet, obseruatione minime fallaci aut
dubia, si quis attendat. Vnde autem spiret *i.* is
ventus, quaque parte veniat, diximus *i.* secundo
volumine, et dicemus mox paulo operosius. Inter-
rim ab eo die (quisquis ille fuerit) quo flare cepe-
rit non utique *k.* vi. Idus Februarii, sed *l.* siue ante

quan-

l. sic quoque Alii. iis Gr. et vulg.

Caesar in Senatu dicitur in-
terfectus, vide Plutarch. in
Caefare, p. 737. Celebratum
eo die Caesaris funus
fuisse, Plinius eo verbo in-
dicat. At non eo pertinere
nummum inscriptum BRVT.
IMP. Brutus Imperator, cum
vultu Bruti prioris: et al-
tera parte, **EID MAR.** cum
pileo inter pugiones duos;
iamdudum monuimus. H.

e. Scorpionis occasu) Nem-
pe vespertino. Cotum. l. c.
Idibus Martii: Nepa incipit
occidere: significat tempesta-
tem. Nepa, Scorpio est. H.

f. Miluum ostendi) Oriri
matutino Miluum, aliis Cy-
enum et Olorem: Miluum
Nafo vocat, vnoque die or-
tum eius stellae anticipat:
assignat enim decimo sexto

Calendas Aprilis, Fastor. III.
793. Stella Lycaoniam vergit
declivis ad Arcton Miluius:
haec illa nocte videnda venit.
Quid dederit volucri, si vis
cognoscere, caelum, etc. H.
g. Equum occidere) Colu-
m. l. c. p. 374. XII. Calen-
das Aprilis, Equus occidit ma-
ne. H.

h. Vegetissimum agricultoris)
Opportunissimum, tempe-
stiuissimum ad obeunda ru-
ris opera, ὁραιῶτατον. Dal.

Vegetissimum) Vegetas
maxime poscit agricultas, et
maxima affert opera. H.

i. Diximus) L. II. 46. 47.
H.

k. Non utique sexto Idus
Februarii) Legendum vide-
tur VII. **Idus**, non VI. ex
M. Varrone L. I. c. 23. et
Colu-

quando praeuernat, siue post, quando hiemat: post eam diem, inquam, innumera rusticos cura distracti-
gat, et prima quaeque peragantur, quae differri
nequeunt. Trimestria m. serantur. Vites puten-
tur, qua n. diximus ratione. Oleae curentur. Po-
ma serantur inferanturque. Vineae pastinentur:
Semina digerantur, instarentur alia. Arundines,
salices, genistae serantur, caedanturque. Serantur
o. vero vimi, populi, platani, vti p. dictum est. Tum
et segetes conuenit purgare, farrire hibernas fruges,

maxime-

Columella L. II. cap. 2. quo-
rum traditionem videtur re-
fellere. Pint.

l. Sed siue ante quando prae-
uernat, siue post quando hie-
mat) Quando praeuernat, id
est, quando prae mature ver
incipit. Quando hiemat, hoc
est, quando hiems nondum
desaeuiit. In priore verbo
elegans est compositio; po-
sterius ex Graeco χειμάζειν
translatum est. Gelen.

Quando praeuernat) Quan-
do ver prae mature in cipit.
H.

m. Trimestria) Haec l. viiius
interualli opera, quae ver-
na dicuntur, eadem Varro
praecipit de R. R. I. 29. p.
62. et c. 30. Colum. XI. 2.
in Febr. et Pallad. in Febr.
tit. 3. H.

n. Qua diximus) L. XVII.
35. H.

Vol. VI.

o. Serantur vero vimi, po-
puli, platani, vti dictum est)
Lego fraxini non platani,
tum quia superius L. XVII,
cap. II. de populo, vimo,
fraxino differuit; quem lo-
cum videtur hic demonstrare,
cum dicit, Vti dictum est,
tum quia patet euidenter
desumptum ex Columella
hunc locum lib. II. cap. 2.
Populos, inquit, et salices et
fraxinos prius quam fronde-
scant, plantasque vlmorum
tunc ponere vtile. Porro ver-
bum vero superfluit ex codi-
ce antiquo. Pint.

p. Vti dictum est.) L. XVII.
15. et de vlmis ibi, popu-
lis, fraxinisque actum est:
non de platanis: sed et ha-
rium pat ratio est: quum se-
minaria omne genus ut se-
rantur hoc temporis inter-
uallo, Varro praecipiat l. c.
H.

G

maximeque far. Lex q. certa in eo, quum r. quatuor fibrarum esse ceperit. Faba s. vero non antequam trium foliorum. Tunc t. quoque leui sarculo purgare verius, quam fodere. Florentem utique xv. primis diebus non attingere. Hordeum u. nisi ¹ siccum ne sarrito. Putationem x. aequinoctio

I. Sic et M. siccō ne serito Gr. et Al.

q. Lex certa in eo.) In sariendo farre. Columella, II.
12. Triticum et adoreum,
 quum quatuor fibras habere
 ceperint, hordeum quum quinque:
faba et cetera legumina,
quum quatuor digitis a terra
exstiterint, recte sarrientur.
 Pallad II. in Ianuar. tit. 9,
 p. 39. *Triticum ei far sarri-*
zur quatuor foliorum: horde-
um quinque, etc. H.

r. Quum quatuor) Quum
 quatuor fibra radix habere
 ceperit. H.

s. *Faba vero non antequam*
trium foliorum) Scribo, *faba*
vero non antequam quatuor
digitorum, ex Columella
 I. II. cap. 2. his verbis: *Sed*
et faba eadem curam exigit,
si iam coliculus eius in qua-
tuor digitos altitudinis creue-
rit. Pint.

t. Tunc quoque) Haec ve-
 ro non ad fabam tantum,
 verum ad omnia quae sar-
 riuntur, refert Columella, II.
12. sicut et de florentibus
 non attingendis. *Curandum*
inquit, ne florentem segetem

tangamus: sed aut antea,
aut mox quum defloruerit.
 H.

u. *Hordeum*) Colum. l. c.
 Vide N. et Em. N. XXXII.
 (hic consp.) *Hordeum.*) Lo-
 cum hunc ope codicum R.
 et Colb. sanauimus, in qui-
 bus *sarito* legitur: adstipu-
 lante Columella II. 12. At
 aliae segetes, quae vel bumi-
 dae moueri possunt, melius ta-
 men *siccae sarriuntur, quoni-*
am sic tractatae non infestan-
tur rubigine: hordeum vero
nisi siccissimum tangi non de-
bet. Palladio quoque II. in
 Ian. tit. 9. p. 39. *Hoc mensē*
serenis et siccis diebus, dum
gelidium non est, sunt sar-
culanda frumenta... si siccas
segetes sarculareris, aliquid
contra rubiginem praestiristi:
maxime si hordeum siccum sar-
rietur. Prius legebatur, *Ne*
serito. At de sarritione et
 purgatione hibernarum se-
 getum hic sermo est, non
 de fatione. H.

x. *Putationem*) Colum.
 XI. 12. *A calendis Martiis*
eximia

noctio peractam habeto. Vineae *y* jugerum quaternae operae putant alligantque: in arbusto singulae operae arbores *xv*. Eodem hoc tempore hortorum *z*. rosariorumque cura est, quae seperatim *i* proximis voluminibus dicetur: eodem et topiariorum. Tunc optime scrobes fiunt. Terra in futurum proscinditur, Virgilio *a* maxime auctore, ut glebas sol coquat. Utilior sententia, quae non nisi temperatum solum in *b*. medio vere arari iubet: quoniam *c*. in pingui statim sulcos occupant herbae, gracili inseguuti aestus *z* exsiccant: tum namque succum venturis seminibus auferunt. Talia autumno melius arari certum est.

3. Cato d. verna opera sic definit: scrobes e. fieri,

O 2 semi-

1. proximo volume. V. 2. exsiccant, certumque succum futuris. V. exic. ideoque succum. Alii. V.

eximia est vitium putatio, usque in decimum Calendarum Aprilium, si tamen se gemmae nondum moueant. H.

y. Vineae iugera) Colu-
mella, L. de arb. c. 5. *Iuge-*
rum valentis et iam constitu-
tae vineae quatuor operis pu-
tatur, sex alligatur Arbusto-
nib[us] eiusmodi potest apre si-
niri, etc. H.

z. Hortorum etc.) Colum.
l. c. Rosarium serotinum per-
foſſum et cultum habere tem-
pus iam est. Et paulo ante:
His diebus commode instruun-
tur horti, etc. H.

a. Virgilio) Georg I. 63.
Ergo age terrae Pingue fo-
ſum, primus exemplo a menſi-

bus anni Fortes inuertant rau-
ri, glebasque iacentes Pul-
uerulenta coquat maturis foli-
bus aestas. Primos anni men-
ses appellat, quod paulo
antea ver nouum dixerat.
H.

b. In medio vere) Anni
tempore iam iam incalescen-
te, inquit Colum. II. 4. H.

c. Quoniam in pingui.)
Quae duo gemino ver-
su complexus est elegan-
ter Virgil. Georg I. 69. Il-
lic, officiant laetis ne frugibus
herbae: *Hic, sterilem exiguum*
ne deserat humor arenam. H.

d. Cato verna.) De R. R.
40. p. 35. *Per ver haec fieri*
oportet. Sulcos et scrobes fie-
ri

seminaria propagari: in locis crassis et humidis vlm̄os, ficos, poma, ¹ oleas seri: prata f. stercoreari Luna g. sitiente: quae rigua non erunt: ab afflato Fauonii defendi, purgari, herbas malas radicitus erui, ficus h. interpurgari, seminaria ² fieri, et vetera sarciri. Haec i. antequam vinea florere incipiat. ³ Itemque k. piro florente arare incipiat macra arenosaque.

Postea

1. Sic ex MSS. em. Hard. similia habet, Cato oleas, prata stercoreari Gr. et Al. ² noua fieri, Ex Catone.
3. Idemque. M. Itaque. V.

ri seminariis: vitiariis locum verti. In locis crassis et humectis vlm̄os, ficos, poma, oleas seri oportet, etc. H.

e. Scrobes fieri, seminaria propagari) Vitiatissimus locus, et omissis non paucis verbis mutilatus. Monstrat hoc Cato ipse capite 40. Per ver, inquit, haec fieri oportet: fulcos et scrobes fieri: seminariis vitiariisque locum verti, vites purgari: in locis crassis et humectis vlm̄os, ficos, poma, oleas seri oportet. Ex quibus verbis liquet paulo infra post verbum oleas addendam esse vocem seri. Pint.

f. Prata stercoreari luna sitiente) Silente non sitiente, Cato ipse cap. I. Idem.

g. Luna sitiente) Cato c. 50. p. 40. Luna silente, vt puto, mendose. De priore voce diximus XVII. 8. Posteriorem Plinius ipse interpretatur XVI. 74. Catonis

verba haec sunt, quae institutam a nobis huius loci interpunctionem defendunt: Prata primo vere stercoreato, Luna silenti, quae irrigua non erunt. Vbi Fauonius flare ceperit, tum prata defendes: depurgato, herbasque malas omnes radicitus effodito ... Ficos interpretato, et in vinea ficos succidito alte ... Seminarium facito, et vetera resarcito. Hoc facito antequam vineam defodere incipias. H.

h. Ficus interpurgari) Scribe, interpretari. Cato cap. 50. ficos interpretatio. Eodem verbo vsus est Varro lib. I. cap. 30. Oleam seri interpretari que oportet. Pint.

i. Haec antequam vinea florere incipiat) Lege, Hoc antequam vineam fodere incipias. Cato cap. 50. Seminaria facito et vetera resarcito. Hoc facito antequam vineam fodere incipias. Idem.

k. Itemque piro) Cato, c.

131.

¹ Postea vti quaeque *l.* grauissima et aquosissima:
² ita postremo arato. Ergo haec aratio has habebit
 notas, lentisci *m.* primum fructum ostendentis, ac
 piri florentis. Erit et tertia *z* in bulborum satu, scil-
 lae. *n.* Item in coronamentorum, narcissi: namque
 et *o.* haec ter florent, primoque flore primam arati-
 onem ostendunt, medio secundam, tertio nouissi-
 mam, quando inter se alia aliis notas praebent.
 Ac non in nouissimis cauetur, ne fabis florentibus
 attingatur edera: id enim inoxium et exitiale ei est
 tempus. Quaedam vero et suas habent notas, sic-
 uti fucus. Quum folia pauca in cacumine acceta-

O *3* buli

1. Sic ex MSS. em. Hard. postea vriue Gr. et Al. 2.
ista V. 3. Lego, in coronamentorum satu, narcissi:
item in bulborum scillae. Namque et haec ter floret
prim. etc. ostendit. Ex Tb. et Arato.

131. p. 68. *Dapem pro bus-
 bus piro florente facito. Post-
 ea verno arare incipito: ea lo-
 ca primum arato, quae rudecta
 arenosaque erunt: postea vti
 quaeque grauissima atque aquo-
 sissima erunt, ita postremo ara-
 to. H.*

*l. Postea vriue grauissima
 et aquosissima, ita postremo
 arato) Scribo, vti quaeque,
 non vriue: et crassissima non
 grauissima. Cato eodem cap.
 50. Verno arare incipito et
 loca primum arato quae fuccissi-
 ma erunt: et quae crassissi-
 ma et aquosissima erunt, ea
 postremum arato, dum ne pri-
 us obdurescant. Idem.*

*m. Lentisci) Ut dictum est,
 f. 61. H.*

*n. Scillae) Subintellige,
 florentis. Nam vti lentiscum,
 sic etiam ter florere scillam
 Aratus prodidit, in Διοση-
 μεῖα: Οστα δ' ἐπὶ σχίνου
 ἀροτῆς ἐπιδράσσων αρεπῶ,
 Τόστα καὶ ἐν σκίλλης τε-
 μαίρεται ἀνθει λευκῶ. De
 narcissō prodit idem Theophr.
 Hist. VII. 12. vt quidem
 videtur. H.*

*o. Haec ter florent) Len-
 tiscum et Narcissum ter flo-
 rere, nec verum est, nec
 aliquis scribit. Lentiscum
 autem constat, trino veluti
 conatu, quem concepit, frue-
 ctum maturare et perficere.
 Id quod ostendit arandi tria
 tempora. Dalec.*

buli p. modo ¹ germinent, tunc maxime ferendas fucus.

LXVI. I. Aequinoctium vernum ² a. d. viii. Calendas Aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum, Caesari q. significant Calendae Aprilis iii. Nonas Aprilis in Attica Vergiliae vespere occultantur. Eadem postridie in Boeotia: Caesari autem et Chaldaeis r. Nonis: Aegypto Orion et gladius eius incipiunt abscondi. Caesari s. sexto Idus significatur imber Librae occasu: XIV. Calendas Maii t. Aegypto Suculae u. occidunt vesperi, sidus vehemens, et terra marique turbidum: decimosexto Atticae: xv. Caesari, continuoque triduo significat. Assyriae autem xii Calendas. Hoc est vulgo appellatum sidus 3 Parilicum, x. quoniam xi. Calend. Maii urbis Romae natalis, quo fere serenitas reddi-

1. germinant, tunc mox serenae sic. Dal. 2. ad VIII. Gr. et Al. 3. Palilicum Gr. et Al.

p. Acetabuli modo) Quum frondes e gemma ceperint aperire se se, et explicare: ac caliculorum similitudinem quamdam praese ferre. H.

q. Caesari significant) Tempestatem. Scripserat in Calendario suo Caesar, Calendas Aprilis: Tempestas. H.

r. Et Chaldaeis Nonis) Postridie Columellae IX. 2. p. 375. Octauo Idus Aprilis, Vergiliae vespere celantur. H.

s. Caesari sexto Idus) Bi-duo post Columellae, l. c. Quarto Idus Aprilis, sole oriente Libra occidere incipit:

interdum tempestatem significat. H.

t. XIV. Cal. Maii) Sic etiam Columellae, l. c. XIV. Calendas Maias, Suculae se vespere celant: pluuiam significat. H.

u. Suculae occidunt) Columellae occidere incipiunt prid. id. Aprilis: absconduntur vero prorsus XIV. Calend. Maias. Dalec.

x. Palilicum) A Paliliciis feriis, quibus pastores Pali-pabuli deae sacrificabant, ut pecudes a morbis ea tueretur. Idem.

Pari-

reditur, claritatem obseruationi dedit: nimborum argumento Hyadas y appellantibus Graecis has stellas. Quod z. nostri a similitudine cognominis Graeci propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellauere Suculas. Caesari a. d. viii. Calendas notatur a. dies. vii. Calend. Aegypto Hoedi exoriuntur: vi. Calendas Boeotiae et Atticae. Canis

O 4

vesperi

ad VIII. Gr. et Al.

(Parilicium) Ita MSS. non Palilicum. Quoniam quum sit natura pluviū fidus, tam XI. Cal. Maii quo Romae Parilia, vrbisque natales, celebrantur, serenitatem addicere solebat: eiusque idecirco obseruatio insignis fuit. Parilia melius scribi quam Palilia, tum MSS. omnes monent, tum fusius ipsi docebimus L. XIX. 24. H.

y. Hydas.) Hesiodo νύμΦαις υδαῖς παλέσσοι Φύλ' αὐθεωπωγ, sunt quinque Phaesole, Coronis, Cleia, Phaea, Eudora, Atlantis filiae. Proclo vero Diadocho septem et diuersis nominibus: Stelaeno, Sterope, Merope, Electra, Alcyone, Naea, Taygeta. Vide Rhodig. cap. 16. XVI. et supra cap. 39. lib. II. Hyadas dictas putat Rhodig. cap. 6. XXIX. à forma Y. cuius imagine tauri frontem delineant. Vide cap. 8. lib. II. Dal.

z. Quod nostri a similitu-

dine cognominis) Verbum quod, puto delendum esse. Pint.

Quod nostri.) Cuiusdam Tullii Tironis in Pandectis verba Gellius recitat XIII. 9. p. 667. Adeo, inquit, veteres Romani litteras Graecas nesciuerunt, et rudes Graecae linguae fuerunt, ut stellas, quae in capite Tauri sunt, propterea Suculas appellarint, quod eas Graeci υάδας vocant: tamquam id verbum Latinum Graeci verbi interpretamentum sit: quia Graece υες sues Latine dicantur: sed υάδες οὐν ἀπὸ τῶν υῶν, ita ut nostri Opici putauerunt, sed ab eo quod est υειν appellantur: nam et quum oriuntur et quum occidunt, tempestates, pluuias, largosque imbres cident. Pluere autem et Graeca lingua υειν dicitur. Ita ille: quem quum Gellius reprehendere conatur, nihil nisi nugas affert. H.

a. Notatur dies) Tempestatem eo die significat. H.

vesperi occultatur, Fidicula *b.* mane oritur: *v.* Calendas Assyriae Orion totus absconditur, tertio *c.*, autem Canis: *vi.* Nonas Maii *d.* Caesari Suculae matutino exoriuntur, et *e.* *viii.* Idus Capella pluvialis. Aegypto autem eodem die Canis vesperi occultatur. Sic fere in *vi.* Idus Maii, qui est Vergiliarum *f.* exortus, decurrunt sidera.

g. In *g.* hoc temporis interuallo, *xv.* diebus primis agricolae rapienda sunt ea, quibus peragendis ante aequinoctium non suffecerit, dum *h.* sciat

b. *Fidicula mane*) In nouum Calendas Fidiculae ortum coniicit Colum. *l. c. H.*

c. Tertio autem) Postero die Colum. *l. c. Pridie Calendas Maias, Canis se vespre celat: tempestatem significat.* *H.*

d. VI. Nonas Maii.) Et Columella, *l. c. p. 376. VI Nonas Maias Sucula cum sole exoritur.* *H.*

e. Et VIII Idus Capella pluvialis) Ipsis Maii Calendis oriri Ouidius censet Fast. *V. III. Ab Ioue surgat opus: prima mibi nocte videnda. Stella est in cunas officiosa Iouis. Nascitur Oleniae sidus pluviale Capellae: Illa dari Caelum praemia lactis habet.* *H.*

f. Vergiliarum exortus) Nonis exoriuntur, sed hoc die totae apparent. Columel. Dalec.

Vergiliarum exortus.) Nempe matutinus. Colum-

mella, *l. c. Nonis Maii Vergiliae exoriuntur mane ... VI. Idus, Vergiliae totae apparent. Ouidus Fastor. V. 599. Pleiadas aspices omnes, totumque sororum Agmen, ubi ante Idus nox erit una super. Tum mibi non dubiis auctoribus incipit aestas: Et repedit finem tempora veris habent.* *H.*

g. In hoc temporis) Colum. *l. c. H.*

b. Dum sciat inde natam) Probro nimirum solebat obiici vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes vineam: et a viatoribus cuculi vocabantur per imitationem cantus hu- ius aus. Horat. *I. Sat. 7. v. 28. Tum Praenestinus salso multumque fluenti Expressa arbusto regerit conuicia, durus Vindemiator et inuictus, cui saepe viator Cessisset, magna compellans voce cucullum.*

Vbi

inde natam exprobationem foedam, putantium
vites, per imitationem cantus ² alitis ^{i.} temporarii, quem cuculum vocant. ^{j.} Dede^{cus} ^{k.} enim ha-
betur, opprobriumque meritum, falcam ab illa vo-
lucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiae ^{l.} sa-
les etiam cum primo ^{m.} vere ludantur. Auspicio ^{n.}
tamen detestabiles videntur. Adeo minima quae-
que in agro naturalibus trahentur argumentis. Ex-
tremo ^{o.} autem hoc tempore ³ panici miliique satio
est.

^{i.} rum vites per initium cantus. Dal. ^{2.} al. tempo-
ni id est variae, quam. V. ^{3.} 3. panaci Gr.

Vbi Porphyrio: Solent, in-
quit, rusticis circa viam arbu-
sta vindemiantes, a viatori-
bus cuculi appellari; quum il-
li prouocari tantam verborum
amaritudinem in eos effun-
dant, ut viatores illis cedant,
contenti eos cuculos iterum at-
que iterum appellare. Deri-
debatur itaque vinitor, et
appellabatur avis pigra, ac
nidi sui immemor. H.

^{i.} Alitis temporarii) Est
enim cuculus avis aestiva.
Vide quae dicta sunt L. X.
II. H.

^{k.} Dede^{cus} enim habetur)
Hoc sumptum est e dicaci-
bus preatereuntium viato-
rum conuitiis, quibus vini-
tores tanquam serius vitem
colentes laceffunt in pro-
brum ignauiae et desidis otii.
Ausonius in Mosella, —
inde viator Riparum subiecta
petens, huic nauira labens Pro-
brae canunt seris cultoribus.

Turneb. cap. 7. lib. XI. Adu.
Erasmus prouerbio, Cuculus.
Vide cap. 9. lib. X. Dal.
(^{l.} Perulantiae.) Suadet
pudor, ut multo malim ex
alio te, optime lector, quam
ex me discere, quos petu-
lantiae sales appeleret. Ita-
que, si ita lubet, Erasmus
adi, Chil. 4. cent. 5. Ad. 84.
Cuculus, p. 869. H.

^{m.} Primo vere ludantur)
Id est, ineunte, nouo Virgil.
 $\pi\varrho\omega\tau\varsigma \chi\eta\ \nu\epsilon\ \epsilon\alpha\rho\varsigma$: ut me-
dio, vel adulto, $\alpha\mu\alpha\zeta\sigma\tau\varsigma$,
 $\mu\epsilon\sigma\delta\eta\tau\varsigma$; prouecto, sene-
fcente, extremo, prono,
praecipiti, $\pi\alpha\nu\omega\mu\epsilon\chi$, $\lambda\eta\gamma\varsigma\tau\varsigma$,
 $\alpha\pi\iota\sigma\tau\varsigma$, $\Phi\theta\iota\sigma\tau\varsigma$.
Summam hiemem, medium
brumam Cicero dixit pro le-
ge Manilia. Hadrian. Iuni-
us cap. 19. lib. I. Dal.

^{n.} Auspicio tamen detesta-
biles videntur) Puto haec
verba adulterina esse. Pint.

^{o.} Extremo autem) Con-
fer

est. Justum¹ est hoc seri maturato hordeo; ² atque etiam in eodem aruo est p. signum illius maturitati, et horum sationi commune, lucentes vespere per arua cicindelae. Ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero lampyridas, incredibili benignitate naturae.

LXVII. (XXVII). Jam q. Vergilias in caelo notabiles caterua fecerat: non tamen his contenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans: Cur caelum
 3 intuearis agricola? cur sidera quaeras rustice?⁴ iam te breuiore somno fessum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo⁵ peculiares r. stellas, easque vespere et ab s. opere disiungenti ostendo: ac ne⁶ possis praeterire, miraculo sollicito. t. Vide sine ut fulgor igni similis alarum compressu⁶ tegatur, secumque lucem habeat et nocte? Dedi tibi herbas horarum indi-

1. est, in M. d. 2. Aique etiam in eodem aruo. Estque signum illius maturitatis sationis Gr. et Al.
 3. intueris agr. Cur sid. quaeris. M. 4. speculares. M.
 5. possit praet. miraculi sollicitudo, vi-
 desne. M. 6. subtegatur. M.

fer ista cum iis quae habet Colum. II. 9. fere sub finem de milii ac panici satione. H.

p. Estque signum illius maturitatis et horum sationis commune) In eodem; Signum illius maturitati et horum sationi commune, cetera desiderantur. Pint.

Cicindelae) De his XI. 34. Stellantes volatus lepide appellat lucida stellularum in-

spissis aliis culisno miscet animalcula, quae subsiliant, ac volent. H.

(q. Iam Vergilias) In Gallis vulgus appellat la Poussiniere. H.

r. Peculiares stellas) Nimirum cicindelas. H.

s. Ab opere disiungenti) Quum vespere cessas ab opere rustico. H.

t. Sollicito.) Hoc te prætereuntem fulgore sollicito ac moneo. H.

cur: et u. vt¹ ne sole quidem oculos tuos a terra auoces,
heliotropum ac lupinum circumaguntur cum illo.
Cur etiam nunc altius spectas, ipsumque caelum scruta-
taris? Habes ante pedes tuos ecce x. Vergilias. In
certis eae diebus proueniunt, durantque foedere y.
sideris huiuscē: partumque eas illius esse certum est:
Proinde quisquis aestiuos fructus ante illas feuerit,
ipse frustrabitur sese. Hoc interuallo et apicula
procedens fabam florere indicat: fabaque florescens
eam euocat. Dabitur et aliud finiti frigoris indicium.
Quum z. germinare videris morum, iniuriam
postea frigoris timere nolito.

2. Ergo a. opera, taleas oliuarum ponere, ip-
fasque oleas interradere b., rigare prata, aequino-
ctii diebus primis. Quum herba creuerit in
festu-

i. ne sic quidem. M.

u. Ne sole) Ne solis qui-
dem causa. Ne vel propter
solem caelum aspicias. H.

x. Ecce Vergilias) Cicin-
delas, quae quum Vergili-
arum tempore oriuntur, in-
star earum esse possint. H.

y. Foedere) Quasi iecto
foedere cum Vergiliis. H.

z. Quum germinare videris
etc) Theophrast. c. 21. lib.
I. caus. Dalec.

Quum germinare) Ideo
sapientissima arborum dicta
morus, quod nisi exacto fri-
gore non germinat, vt di-
ctum est XVI. 41. Passera-
tius in eam rem carmine
singulari de moro: Sit pu-
dor insanis, Morus sapit, il-
la doloso nil temere credit Ze-

phyro: nam veris adultri Iam
certum exspectans solem, non
germinat ante, Frigoris infe-
sti quum cuncta recesserit aura:
Tum florez, viretque simul:
longaeque rependit Dam-
nae morae: atque una totam
se nocte profundit. Et mox.
Insidias caeli ne tunc vereare
serni Amplius, et vasto quae
coeta pericula ponto: Ut be-
ne subductam deducas nauita-
pinum, Sint tibi Vergiliae, vi-
deas quum germina mori. H.

a. Ergo opera) Varro cap.
30. et 31. lib. I. Cato cap.
40. Columel. cap. 2. lib. II. D.

Ergo opera) Varro de R.
R. I. 31. H.

b. Interradere) Siue vt Ca-
to loquitur, v. 150. interpu-
tare.

festucem, arcere aquas: vineas pampinare. c. Ethuic lex sua, quum pampini quatuor digitos longitudine expleuerint. Pampinat una opera iugerum. Segetes iterare. d. Sarritur vero diebus viginti. Ab aequinoctio sartura nocere et vineae et segeti aestimatur. Et oves lauandi e. hoc idem tempus est.

3. A Vergiliarum exortu significant Caesari, postridie Arcturi f. occasus matutinus; 3 tertio g. Idus Maii Fidiculae exortus: xii. Calendas Iunii Capella vesperi occidens, et in Attica Canis. xi. Calendas Caesari Orionis h. gladius occidere incipit: tertio Nonas Iunii Caesari et Assyriae Aquila vesperi oritur: octavo i. Idus Arcturus matutino occidit, Italiae sexto: et quarto Idus Delphinus vesperi exoritur: decimo septimo Calendas Julii gladi-

us

i. runcare. Sarriuntur. Vet. 2. Sic ex MSS. em.
Hard. Arcturi occasus matutini Gr. et Al. 3. et
tert. V. quarto. M.

tare. Egimus de hac voce L. XV. 2. Colum. XI. 2. p. 376. Oleae putantur et emuscuntur. Palladius in Maio, tit. 4. p. 116. Nunc locis praegelidis et pluviosis oleae putantur, et eis muscus abraditur. H.

c. Et buic lex sua) Colum. L. de arboribus, c. 5. Vineam nouellam omnes gemmas agere finito: simul atque pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato, etc. H.

d. Segetes iterare) Iterato farrire. Vide Colum. II.

12. H.

e. Et oves lauandi) Co-

lum. XI. 2. in Aprili: Oves Tarentinac radice lanaria lauari debent, ut tonsurae parentur. H.

f. Postridie Arcturi) Hoc est, V. Idus Maias, occidit matutino Arcturus. Et his occasus tempestate significat. Nam VI idus Vergiliæ oriuntur. H.

g. Tertio Idus) Colum. l. c. Tertio idus Maias, Fidis oritur, significat tempestatem. H.

b. Orionis gladius occidere) Paulo antea id fieri dixit XI. Calend. Iunii. Dalec.

i. Octavo Idus Arcturus) Colum, l. c. H.

us Orionis oritur, quod Aegypto post quatriduum. Vnde Calendas eiusdem Orionis gladius Cae-sari occidere incipit. viii. Calendas Julii vero longissima dies totius anni, et nox breuissima solstitium conficiunt.

4. In hoc temporis interuallo vineae pampi-nantur: curaturque ut vinea vetus semel fossa sit, bis nouella. Oves tondentur: lupinum stercoran-di causa vertitur: terra proscinditur: vicia in pa-bulum secatur: k. faba metitur, dein concutitur. (XXVIII.) Prata l. circa Calendas Iunii caeduntur, quorum facillima agricolis cura ac minimi impen-dii, haec de se postulat dici. m. Relinqui debent in laeto solo vel humido, vel riguo, eaque aqua pluua rigari via publica. Utilissimum simul et her-bae arare, deinde cratire, ferere florem ex fenili-bus

i. in riguo solo, vel laeto, et humido, eaque aqua plurig.
vel. publ.

k. *Faba metitur, deinde concutitur*) Legendum ex scripto codice, cuditur, non concutitur, astipulante etiam Comici proverbio, *In me haec cuderur faba. Pint.*

Dein concutitur) Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic coll.) *Faba*) Ita libri omnes, etiam MSS. quos videre licuit; frustra emendando Pintiano, dein cuditur, nec merito in eam sententiam illud Comici trahente, *In me haec cu-detur faba*. Nam Palladius haec ipsa huius interualli opera describens, lib. VII.

in Iunio, tit. 3. p. 123. Col- ligemus viciam, inquit, fe-num Graecum resecabimus ad pa-bulum. Nunc et faba Lu-na minuente velletur. Ante lucem sane, et ante quam Lu-na procedat, excussa et refri- gerata ponatur. Ita gurgulia nos non patietur infestos. H.

l. *Prata circa, etc.*) Cato cap. 50. et 53. Varro cap. 49. lib. I. Colum. cap. 17. 18. 19. lib. II. Palladius cap. 10. Septembribus. Dalec.

m. *Relinqui debent*) Re-linqui dicuntur prata, quoniam solum nec aratur, nec con-seritur,

bus, atque ex praecepibus feno dilapsum spargere, prius quam cratiuntur. Nec primo anno rigari, nec n. pasci ante secunda fenisezia, ne herbae vellantur, obtrituque hebetentur. Senescunt o. prata, restituique debent faba in his sata, vel rapis vel milio. Mox insequente anno frumento, rursusque in prata tertio relinqui. Praeterea quoties secta sint, siciliri p., hoc est, quae feniseces praeterierunt, secari. Est enim in primis inutile, enasci herbas sementaturas. q. Herba optima in prato trifolii, proxima graminis, pessima mimmuli: r. siliquas etiam

i. siliqua etiam dira: fenisecis inuisa et equiselis est Gr.
et alii dira haerendo inuisa Vet.

seritur, sed ad herbae fenique prouentum summittitur.

Dalec.

Relinqui, debent) In herbae fenique prouentum summitti. Tractat haec etiam Columella II. 17. p. 74. Pab. Iad. in Septc. tit. 10. H.

n. Nec pasci ante) Nec immitti pecora, nisi post fenisezia anni secundi. Columella II. 18. p. 76. Nec pecu*i* quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis immittere: sed quoties herba profluerit, desecare. Nam pecudes molli solo infigunt vngulas, atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere, et condensare. Altero tamen anno minora pecora post fenisezia permittemus admitti ... Tertio deinde, quum pratum solidius ac durius erit,

poterit etiam maiores recipere pecudes, etc. H.

o. Senescunt prata) Eleganter haec Columella de R. R. II. 18. p. 75. Igitur eum locum, quem prato destinauerunt, etc. Et Palladius, l. c.

p. Siciliri) Hinc sicilimenta de prato Cato vocat, de R. R. 5. ea defegmina. Veteres sicilire pro secare usurpabant. Varro de R. R. 49. p. 68. Quo facta sicilienda prata, id est, falcibus consecuta quae feniseces praeterierunt: ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum. H.

q. Sementaturas) Sementare est semen producere. Gallis, Gréner, venir à gréne. H.

r. Mimmuli) Quidam Mim-

etiam s. diras ferentis. Inuisa et equisetis est t., a similitudine equinae setae. Secandi tempus, quum spica deflorescere 2 cepit, atque roborari: 3 secundum

1. et equiselis. Gr. 2. cooperit. M. 3. secundum Alij.

Nummulum esse volunt, herbam latis, longis, magnis, duris foliis, proceram, nascentem in paludosis pratis, quam vix boves comedunt, nedum equi. Rustici vocant des *Leches*. Genus ferme id *Caricis* est. Alii legunt *Nummulum*, et herbam esse putant, quam a rotunditate foliorum numinis pari etiamnum officinae *Nummulariam* vocant, tam noxiā pecori, ut ea degustata oves ulceratis pulmonibus tabidae intereant. Herbam et morbum rura vocant. *La clavelée*. D.

Pessima mimmuli.) Haud satis compertum herbae genus. Vide N. et Em. N. XXIV. (hic pos.) *Herba*) Significat non caule modo, sed et siliqua nocere in prato mimmulum. Sunt qui *ranunculi* legi suspicentur commodius posse: vetant MSS, codices: quorum ex fide, quum illi exhibeant diserte, *siliqua etiam dira ferentis*, hunc locum ita expressimus. In libris haecenus editis: *Pessima mimmuli*: *siliqua etiam dira*: *fenicis inuisa et equisetis est*. H.

S. *Siliqua*, etc.) Vide cap. 13. Lib. XXVI. Johannes Baptista Persii interpres legit ex vetusto codice, *duram, baerendo*; ac vulgatis saeculo suo exemplaribus adnotauit scriptum fuisse: *dira ferendis*. Siliquam autem ononin vocat, quoniam semen latum fert in exiguis siliquis. Est autem molestissima senisecibus, quoniam et firmis durisque stipitibus aciem falcis retundit, et rigidis spinis suis crura vulnerat. Scio tamen a Columella cap. II. Lib. II. Siliquam vocari *fenum Graecum*. Siliquam nonnulli siliqua omnia vocant, ut viciam, aphacam, quae paulo laboriosius demetuntur. Colum. cap. 18. Lib. II. inter ea quae pratis nocent, refert stirpes, spinas, herbas validioris incrementi, rubos, virgulta, iuncos, intyba, solstitiales spinas, quas quidam esse volunt *les Chaussetrapes*; alii vero spinae genus, quod prouinciales vocant *Aureoles*. Dal,

2. *Equisetis est*.) Vide cap. 13. Lib. XXVI. Idem.

dum, *a.* antequam inarescat. Cato *x.* fenum, inquit, ne fero feces: prius quam semen maturum sit, secato. Quidam pridie rigant, vbi sunt rigua. Noctibus *y.* roscidis secari melius. Quaedam partes ¹ Italiae post mellem secant.

5. Fuit hoc quoque maioris impendii apud priores. Creticis *z.* tantum transmarinisque *a.* cotibus notis, nec nisi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fenifex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limae ² vicem imperantes ferro. Sed aquariae ³ protinus virent. Falcium ipsarum duo genera: Italicum breuius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendii: quippe medias caedunt herbas, breuioresque praetereunt. *4* Italus *b.* fenifex

- 1. Italiae, in M. d.* *2. Sic ex MSS. em. Hard. conf.*
M. vicem Gr. et Al. *3. pr. viger. Quidam, id est,*
aciem trahit potius durat. Alii. viret Gr. *4. Itali*
fenifeces dex. un. ma secant. M.

Et equisetis) De qua L. XXVI. 83. *Equisetum hippuris a Graecis dicta, et in pratis vituperata nobis, etc.* H.

u. Secundum) Colum. II. 19. p. 77. *Fenum autem demittitur optime antequam inarescat: nam et largius percipitur, et iucundiorem cibum pecudibus praebet.* H.

x. Cato) C. 53. p. 41. *Fenum, vbi tempus erit, secato: cauetoque, ne sero feces. Priusquam semen maturum fiet, secato: et quod optimum fenum erit, seorsum condito.* H.

y. Noctibus roscidis.) Virg.

Georg. I. 289. *Noctes leues stipulae melius, nocte arida prata Tondentur: noctes lentus non deficit humor.* H.

z. Creticis tantum) Quum ad acuendas falces non nisi Creticis et trans mare vectis cotibus vsus foret. De his cotibus L. XXXVI. 47. vbi et de aquariis dicetur. H.

a. Transmarinisque cotibus) Ad barbaros eas ferre, tamquam illicitas merces prohibet l. Cotem §. illicitarum. ff. public. Brissonius c. 4. Lib. IV. Dalec.

b. Italus fenifex dextera una

sex dextra vna manu secat. Justum c. est vna opera iugerum in die defecari: alligarique manipulos mille ducentos, ¹ quaterna pondo. Sectum d. verti ad solem, nec nisi siccum construi oportet: nisi fuerit hoc obseruatum diligenter, exhalare matutino nebulam quamdam, metasque e. mox sole accendi, et conflagrare certum est. Rursus f. rigari defecta oportet, vt secetur autumnale fenum, quod vocant cordum. Interamnae in Umbria quater anno secantur: etiam non rigua. Ter vero plerisque in locis:

I. quaternum pondo. Alii.

vna manu secat.) Expendendum an ima potius quam una legi expediat. Nam quia paulo ante dixerat, in Galliae latifundiis herbas medias fecari, quod fieri nequit nisi sublata et celsa manu, ideo subdit, in Italia fenisece ima manu secant herbas. Pint.

*c. Iustum est.) Colum. XI.
2. in Maio: Per hos dies feniseiae instituendae. Bonus operarius prati iugerum defecat, nec minus mille ducentos manipulos unus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum H.*

*d. Sectum verti.) Colum.
II. 19. Nonnumquam etiam quum cecidimus, imber oppressit: quod si permaduit, inutile est venum mouere, meliusque patiemur superiorem partem sole siccari: tunc dum conuertemus, etc. H.*

e. Metasque mox.) Colum.

Vol. VI.

II. 19. Est autem modus in siccando, ut neque per aridum, neque rursus viride colligatur: alterum, quod omnem succum si amisit, stramenti vicem obtinet: alterum, quod si nimium retinuit, in tabulato putrescit: ac saepe conciliuit, ignem creat et incendium... Certe quidquid ad eum modum, quo debet, siccatur erit, in metas extrui conueniet, easque ipsas in acutissimos vertices exacui. Sic enim commodissime fenum defenditur a pluviis: quae etiam si non sint, non alienum tamen est praedictas metas facere, ut si quis humor herbis inest, exsudet, atque excoquatur in aceruis. Meta porro dicitur seni congeries vel strues in acutissimum verticem exacuta. H.

*f. Rursus rigari.) Colum.
II. 18. totidem verbis. H.*

P

locis: et postea in ipso pabulo g. non minus emolumenti est, quam a feno. Armentorum id cura, iumentorumque progeneratio suum h. cuique ¹ consilium dabit, optimo maxime quadrigarum quaestu.

LXVIII. 1. Solstitium peragi i. in octaua parte Cancri, et octauo Calendas Iulii diximus. Magnus hic anni cardo, magna res mundi. In hoc usque a bruma dies creuerunt, sex mensibus. Sol ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua ² enitus ab ea meta incipit fleti, et digredi ad Austrum, aucturus noctes aliis sex mensibus, ablatusque diei mensuram. Ex hoc deinde rapiendi conuehendique fructus alios atque alios tempus, et praeparandi se contra saeuam feramque hiemem: decebatque hoc discriben indubitatis notis signasse naturam. Quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique iussit ipsa die folia, et l. esse confecti sideris signum:

1. Sic ex MSS. em. Hard. consilium dabit optimum, maxime Gr. et Al.

2. enixus Pint.

g. In ipso pabulo.) Colum.

II. 17. Praetrum, inquit, minimi sumtus egens, per omnes annos praebet redditum: neque eum simplicem: quum etiam in pabulo non minus reddat, quam in feno. H.

b. Suum cuique consilium dabit optimum, maxime quadrigarum quaestu.) Scribo suum cuique consilium dabit, optima maxime quadrigarum quaestu. Nam et antiquum exemplar optimo habet, non optimam. Pint.

i. Solstitium diximus.) Libri huius s. 59. H.

k. In hoc usque.) Aliter in eodem. In hoc usque tempus a bruma crescunt dies, creuit et sol ipse; ac per ardua emensus, etc. quae postrema verba vitiosissime scripta sic pro tempore corrigo, Creuit et sol ipse ac peractis sex mensibus. Cui correctioni videntur sauere verba mox paulum sequentia, aucturus noctes aliis sex mensibus. Pint.

l. Et esse confecti.) Confecti solstitii. Sic XVI. 36. Mirum in primis id, quod ulmo, tiliaeque, et oleae, et populo albace, et salici euenit.

Cir-

signum: nec silvestrium arborum remotarumque,
ne in saltus deuios montesque eundum esset quae-
rentibus signa: non rursus urbanarum, ² et quae
topiario tantum coluntur, quamquam et in his illa
visantur. Vertit *m.* oleae ante pedes fatae, vertit
tiliae ad mille usus petenda: vertit populi albae
etiam vitibus nuptae. Adhuc ³ parum, inquit: ul-
lum vite dotatam habes: et huius ⁴ vertam. Pa-
bulo *n.* folia eius stringis, vitem deputas. Aspice,
et tenes fidus. Alia parte caelum respiciunt, quam
qua spectauere pridie. Salice omnia alligas, humil-
lima arborum, ipse toto capite altior: et huius cir-
cumagam. Quid te rusticum quereris? Non stat
per me, quo minus caelum intelligas, et caelestia
scias. Dabo ⁵ et auribus signum. Palumbum uti-
que exaudi gemitus. Transisse solstitium caueto pu-
tes, nisi quum incubantem videris palumbum.

P. 2

2.

1. ut Pint. ex. M. 2. sic et M. urbanarum quaeque
z. Gr. 3. parum est inquit Gr. 4. veterino-
rum pabulo versa folia stringis, stringens vitem depu-
tas. Aspice et tenebris fidus. Vet. stringens autem.
Alii. 5. et ex auibus. V. et M.

Circumaguntur enim folia
earum post solstitium: nec alio
argumento certius intelligitur
fidus confectum. Vide etiam
Varronem de R. R. I. 46.
Gellium quoque IX. 7. p.
471. Vulgo et scriptum, in-
quit, et creditum est, folia
olearum arborum brumali et
solstitiali die conuerti: et quae
pars eorum fuerat inferior at-
que occultior, eam supra fieri
aque exponi ad oculos, et ad
solem, quod nobis quoque se-

mel atque iterum experiri vo-
lentibus ita esse propemodum
visum est. Addet Schol.
Niciacandri in Ther. p. 32.
Ἡ ἐλαῖα τὰ γλαυκὰ τῶν
Φύλλων ἄνω ἔχει ἐν Θέρες
ώρᾳ τὰ δὲ μέλανα, χειμῶ-
νος. H.

m. Vertit oleae ante pedes.)
Eleganter haec Plinius ec-
16. Lib. I. hist. Theoph. et
c. 26. Lib. II. caus. Dalec.
n. Pabulo.) Iumentorum
Vide quae diximus XVI. 38
Strin.

2. A solstitio ad Fidiculae occasum o sexto Calendas i Iulii Caesari Orion exoritur; zona autem eius quarto Nonas Assyriae: Aegypto vero Procyon matutino aestuoso: quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi p. caniculam hanc velimus intellegi, hoc est, ² minorem canem, ut in astris pingitur.

1. Sic ex MSS. em. Hard. (25; Iun.) Varro c. 31. I. Col.

c. 2. XI. Hadr. Iun. ex Tabula Caesaris dictat. cap. 32.

1. VI. Iunii Gr. et Al. 2. sic. ex MSS. em. Hard.

minorem canem, sane ut Gr. et Al.

Stringere porro folia dici pro decutere tralatitium est. Virgilius in Eclogis: *Hic ubi densas Agricolae stringunt frondes.* H.

o. Sexto Calendas Iunii eis) Leg. Sexto Calendas Iulii Caesari Orion exoritur, Zona autem eius quarto Nonas, Assyriae; Aegypto vero procyon, etc. hoc est minorem canem, ut in astris pingitur, ad aestum magnopere pertinens. Προκύων Graecis μικρός κύων dicitur, minusculum canem vocat Vitruvius. Ergo canicula Plinio qui Graecis προκύων sic dictus quod ante canem oriatur, vel quod indicet canis ortum. Vide Salmas. p. 429. b. 430. a.

p. Nisi Caniculam.) Nisi Caniculam, inquit, appelles, quae vox minorem canem sonat. Caniculam Plinius vocat, quem alii Σείγον, quae stella est lucidissima et flagrantissima in ore

maioris Canis: quae et Προκύων dicta est, quod ante Canem oritur. Ita Galenus Epid. Hipp. I. Sirium προκύων vocat. Κύων μέν γαρ, inquit, τὸ σύμπτων ἀργον. ἐδὲ ἐπὶ τοῦ γένους αὐτοῦ Σείριος, ὃν ἀρσῖνος ἦν τις ἐνομάζει τὸν προκύωνα. Sirium additum appellari a nonnullis κύνα, quod totius nomen est sideris: rectius tamen Antecanem, προκύωνa appellari, quam canem. Haec et alia multa Laelius Bisciola soc. Iesu Horar. subces. XII. 2. Tom. II. Est enim benignum, Plinii verbis vtor, et plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non ut plerique faciunt. Sciro enim conferentem auctores me deprehendisse a Salmasio in Solin. p. 430. haec aliaque quam plurima ex Bisciola transcripta ad verbum, nec Bisciolam tamen nominatum. H.

gitur. Est q. autem magnopere pertinens, sicut paulo r. mox decebimus. Tertio s. Nonas Chaldaeis Corona occidit matutino; Atticae Orion totus eo die exoritur. Pridie Idus Iulii et Aegyptiis Orion desinit exoriri: ^lxvi. Calendas Augusti Assyriae ² Procyon exoritur. Dein t. postridie fere ubique confessum inter omnes sidus indicans, quod Canis ortum vocamus; Sole u. partem primam Leonis ingresso.

P 3

r. XVII. Ch.

2. Cheirón. Tab. Caes. Had. quod tam
men suspectum est.

q. Est autem.) Magna vis huius sideris est, lateque pertinet, magnaque efficiētia. Vide N. et Em. N. XXXV, (hic. pos.) Est) De Sirio fide Canicula agitur. Ita porro MSS omnes, quos quidem vidimus. At scripsit in ora codicis sui Pellerius, *Ad aestum magnopere pertinens*, ut iamdudum obseruauit Petavius, Varr. Diff. in Vranol. II. 10. p. 103. Pertinere ad aestum dicitur, si vera ea lectio est, quod ingentem aestum denunciat, immo et ex parte facit. Hinc Hor. III. Od. 29. *Iam Procyon fuit, Et stella vesani Leonis, Sole dies referente siccōs.* Procyonem Horatius, quemadmodum et Plinius, pro Sirio accipit, quoniam prima haec asterismi Canis stella ante ceteras, adeoque ante totum ipsum Canem apparet. H.

r. Sicut paulo mox.) His verbis proxime fere sequen-

tibus: Sentiant id maria... et magnam aestus obtiner causam. H.

s. Tertio Nonas.) Colum. XI. 2. p. 378. *Quarto Nonas Iulias Corona occidit matine.* H.

t. Dein postridie.) Hoc est, XV. Calendas Augusti. Sic ipse II. 47. Ardentissimo autem aestatis tempore exortur Caniculae sidus, solem primam partem Leonis ingrediente, qui dies XV. ante Augustas Calendas est. Adde his ea, quae ibidiximus. Vide N. et Em. N. XXXVI. (hic adi.) Dein) Sic libri omnes, etiam MSS. Sic et ratio calculi exigit, ut ex Plinio ipso docuimus. Vnde Caesaris Tabulam emendabis, ex qua Hadr. Iunius, et post ipsum Salmasius in Sol. p. 430. post triduum legi malunt. H.

u. Sole partem primam, etc.) Lege, Sole partem primam Leonis ingresso, post solstiti- um

gresso. Hoc fit post solstitium **xix.** **x.** die. Sentient **y.** id maria et terrae, multae vero et ferae, ut **z.** suis locis diximus. Neque est minor ei a. veneratio, quam descriptis in Deos stellis. Acceditque solem, et magnam aëstus obtinet causam.

xix. **b.** Calend. Augusti Aegypto Aquila occidit

matutinum diem. Vide ad hanc etiam in aliis annis matutinum diem.

I. post triduum Tab. Caes. **2. XVIII. Gr. et Al.**

um **XXXIII. die.** Salmas. p.

430. a.

Sole partem primam.) Hoc ex veterum intentio scripsit. Reipsa anno primo Iuliano, ortus Sirii matutinus heliacus, de quo nunc sermo est, Romae contigit in Gradu Leonis 7. 43. Augusti fere 2. Nunc in Leonis 20. 40. incurrit, Augusti circiter 14. Itaque Canicularium dierum initium ab ortu illo heliaco descivit: ac semper longius deinde recedet. Hanc μετάπτωσιν orbis stellati, seu progressiōnem astrorum in consequentia, prisca aetas ignorabat: ideoque designatos semel a maioribus suis ortus occasusque constanter tenebat. H.

x. **XXXIII. die.)** Hoc iterum repetit sect. sq. Est igitur is dies XVIII. Iulii, siue ut dictum est L. II. 47. XV. Calendas Augusti. H.

y. *Sentient id maria.)* De hoc arguento vide Geminiūm, c. 14. p. 58. et Petar-

ium Varr. Diff. in Vranol. II. 10. p. 101. H.

z. *Suis locis diximus.)* Cap. 40. Lib. II. et una in apothecis c. 18. XIV. Dal.

Vt sui locis diximus.) L. II. 40. IX. 25. His adde ea quae Cicero habet de Diuin. I. p. 209. et Manil. I. v. 383; H.

a. *Ei veneratio.)* De fidei re Caniculae et augurio canario vide multa apud Rhodig. c. 27. XVII. Eius augurii meminit Festus. Ceos quot annis ortum Caniculae diligenter seruare, conjecturamusque capere, vt scribit Ponticus Heraclides, salubrisne, an pestilens annus futurus sit tradit Cicero. Lib. I. de Diuinat. Cuius moris initia vide apud Victorium c. 21. XIX. explicata ex interprete Apollonii II. Argonaut. κέω δὲ ἔτι νῦν τέρηντος αὐτολέου προταρούθε ουνός γέγεται θυηλάς. Dal.

b. **XIII. Cal. Aug.)** Vide N. et Em. N. XXXVII. (hic consp.) XIII. In libris omnibus

matutino, Etesiarumque c. prodromi fatus incipiunt, quod Caesar x. Calendas sentire Italiam existimauit. Aquila d. Atticae matutino occidit: ¹ iii. Calendas regia in pectore Leonis stella matutino Caesari e. immegritur. viii. f. Idus Aug. Arcturus medius occidit: iii. Idus Fidicula occasu suo autumnum inchoat, vti is adnotat: sed ² vt vera ratio id fieri inuenit, sexto Idus eiusdem.

3. In hoc temporis intervallo res summa vi-
tium agitur, decretorio vuis sidere illo, quod Cani-
culam ³ appellauimus. Vnde ⁴ carbunculare g. di-
cuntur, vt ⁵ quodam vredinis carbone exustae. Non

P 4 com-

- | | | |
|----------------------|--------------------------------------|---------------|
| 1. nono. Colum. | 2. vt, in M. d. | 3. vocamus M. |
| 4. carbunculari Dal. | 5. quadam carbonis vred-
ne. Dal. | |

bus editis, plurimisque MSS. legitur, XVIII. Cal. At quis hunc diem XVIII Calendas Augustas vidit vñquam? Nos audacter, dempta quinarii nota, XIII. rescribimus: tum quia series dierum ita postulat: nam dixit ante de XVI. Calendas: quare nunc aliquis subsequentium dierum nominari debet: tum quia XIII. Calendas Augusti etesias flare ipse admonuit, II. 47. his verbis: Post biduum vero exortus, etc. H.

c. Etesiarumque.) De his egimus II. 147. H.

d. Aquila Atticae.) Colum. quoque IX. c. 2. p. 379. Tertio Calendas Augustas Aquila oc-

cidit, tempestatem significat. H.

e. Caesari immegritur) Matutinum exortum haec verba demonstrant quem pridie Colum. statuit, l. c. Quarto Calendas Augusti, Leonis in pectore clarae stellae exoriuntur, interdum tempestatem significat. In MSS. immergit. Mallem, emergit. H.

f. VIII. Idus Aug.) Colum. p. 380. VII. idus Augusti Aquarius (lege Arcturus) occidit medius: nebulosus aestus. Pridie Idus Augusti, Fidis occidit mane, et Autumnus incipit. H.

g. Vnde carbunculare.) De carbunculatione diximus XVII. 37. H.

comparantur huic malo grandines, procellae, ¹ quaeque h. numquam annonae intulere caritatem. Agrorum quippe mala sunt illa: carbunculus autem regionum late patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines, quam sibi prodesse, mallingent. Ferunt i. Democritum, qui primus intellexit, ostenditque cum terris caeli societatem, spernentibus hanc curam eius opulentissimis ciuium, praeuisa k. olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua l. diximus ratione, ostendemusque iam m. plenius, magna tum ² vilitate propter spem oliuae, coemisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem et quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque ut apparuit causa,

i. nec quaque umquam. M. 2. tunc. M.

b. Quaeque numquam.) Sic MSS. quos vidimus. Forte, quaeque umquam. H.

i. Ferunt Democritum, qui primus intellexit, etc.) Thaleti hoc, non Democrito tribuitur, vt Hermolaus probat ex Aristotele et Ciceronе: potuissetque etiam citare Diogenem libro primo. Pintian.

Ferunt Democritum.) Thaleti hoc Cicero adscribit de Diuin II. p. 201. Aristot. quoque Polit. I. 7. et Laertius in Thalete. Plinius omne oleum coemisse ait: Cicero omnem oleam, antequam florere cepisset: Aristoteles et Laertius, τὰ ἐλαῖα-

ευγεῖα, hoc est, trapeta sive torcularia oleo premendo. H.

k. Praeuisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu.) Puto luxatum esse verborum ordinem, legendumque, praeuisa olei caritate futura ex Vergiliarum ortu. quamquam verbum futura adiectum puto. Pint.

l. Qua diximus.) Initio sectionis superioris. H.

m. Ostendemusque iam plenius.) Vetus lectio planius non plenius. quod et rectius: quia sequitur paulo infra, Quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero, dilucide atque perspicue. Pint.

causa, et ingens diuitiarum cursus, restituisse *n.* mercedem anxiae et auidae dominorum poenitentiae, contentum ita probasse, opes sibi in facili, quum vellet, fore. Hoc postea Sextius *o.* e Romanis sapientiae affectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta literarum occasio est: quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero dilucide atque perspicue. Plerique dixerunt rorem inustum Sole acri, frugibus rubiginis causam esse, et carbunculi vitibus: quod ex parte falsum arbitror, omnemque vredinem frigore tantum constare, sole innoxio. Id manifestum fiet attendentibus. Nam primum omnium non hoc euenire, nisi noctibus et ante solis ardorem, deprehenditur, totumque *p.* lunari ratione constat: quoniam talis iniuria non fit nisi interlunio, plenaue luna, hoc est, praeualeat: utroque enim habitu plena est, ut saepius *q.* diximus: sed

P 5

inter-

n. Restituisse mercedem anxiae et auidae dominorum poenitentiae.) Lege mercem, non mercedem, ex veteri lectione, et paulo post *Affectatoribus*, non *sextatoribus*, in eadem. et ita sane loqui magis Plinius consuevit. *Pint.*

Restituisse mercedem.) Ita MSS. Forte sincerius, *mercem.* *H.*

o. Sextius.) De eo Seneca, ep. 59. p. 288. Sextium ecce quum maxime lego, virum acrem, Graecis verbis, Romanis moribus philosophantem, etc. *Q.* Sextium patrem appellat, ep. 64. p. 295. *H.*

p. Totumque Lunari.) A

luna vitium rubiginis oritur. Theophr. de cauſſ. III. 27. p. 292. Ἡ δὲ ἐρυσίβη, σαπρότης τις οὐδὲν δὲ σαπρὸν ἀνεύ θερμότητος ἀλλοτρίας μάλιστα δὲ ἐρυσίβουταισι ταῖς πανσελήνοις. Διὸ καὶ τὴν σελήνην τῇ θερμότητι σήπειν τῆς νυκτός. Rubigo autem putredo quaedam est: nec putridum esse quidquam potest sine alieno calore. Triticum plenilunis potissimum rubiginem capit. Ratio in calore est, quo etiam noctu Luna puerefacere potest. *H.*

q. Ut saepius diximus.) In primis L. II. 6. ubi in ipso

interlunio omne lumen, quod a sole ¹ accepit, caelo regerit. Differentia vtriusque habitus magna, ² sed manifesta: namque interlunio aestate calidissima est, hieme gelida. ³ E diuerso in plenilunio aestate frigidas ⁴ facit noctes, hieme tepidas. Causa euidens: sed ⁵ alia redditur a Fabiano, Graecisque auctoriibus. Aestate enim interlunio necesse est, quum sole nobis proximo circulo currat, igne eius cominus recepto candens: eademque interlunio absit hieme, quando abscedit et Sol. Item plenilunio aestiuo procul abeat aduersa Soli: hieme autem ad nos per aestiuum circulum accedat. Ergo per se roscida quoties alget, infinitum quantum illo tempore carentes pruinias congelat.

LXIX. 1. Ante omnia autem duo genera esse caelestis iniuriae meminisse debemus. Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, proceliae, ceteraque similia intelliguntur: quae quum acciderint, ⁶ vis maior r. appellatur. Haec ab horridis sideribus exirent, vt saepius diximus, veluti Arcturo, Orione, Hoedis. Alia sunt illa, quae silente caelo serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi quum facta

1. accipit, coelo regyrat. M. 2. et. V. 3. E contrario. M. 4. sic ex MSS. em. Hard. gelidas Gr. et vulgg. 5. alia quam V. 6. cum plenilunio, acced. vi maiore impelluntur. Had. Iun. Legitur et, vi maiore impelluntur, in Vet.

ipso coitu non cerni Lunam admonet, quoniam haustum omnem Lucis auersa illo regerat, unde acceperat. H.

r. Vis maior appellatur.) Vis maior in frugibus et terae fructibus diuina Vlpiano

dicitur ff. de damno infecto. l. fluminum §. vitium autem. Eidem calamitosa tempestas ff. de loc. et cond. l. ex conducto, eodem tit. Caius exponit τὴν Θεόφιν. De hominibus id loquendi genus usur-

facta sunt. Publica haec, et magnae differentiae a prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis carbunculum s. appellantibus, omnibus vero sterilitatem. De his nunc dicimus, a nullo ante nos prodita, priusque causas reddemus.

(XXIX.) 2. Duæ sunt praeter lunarem, paucisque caeli locis constant. Namque Vergiliae priuatim attinent ad fructus, ut t. quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae. Est praeterea in caelo, qui vocatur lacteus circulus, etiam visu facilis. Huius u. defluvio, velut ex vbe-
cunisq[ue] re

R. primatum tenent. V. Hadr. Iun. c. 22. l. VI.
utrius autem iudicetur usurpos si tempore oritur e usurpat Cicero pro Plancio,
et Seneca libro quarto de
benefic. *Vadimonium pro-*
mittimus, tamen deseritur;
non in omnes datur actio: de-
ferentem vis maior excusat,
id est, ineuitabilis necessitas.
Vide lexicon Stephani. Por-
ro calamitosam grandinem
a daemonibus immitti, scri-
bit Theophrast. Caus. V. 9.
Dalecampius.

Vis maior) Graeci Θεοῦ Βι-
ανοῦ vocant; Latine vim di-
uinam dixit Vlpianus, leg.
fluminum §. seruus, Dig.
damni infecti. Idem, leg.
19. Dig. tit. 2. locati condu-
cti §. Ex conducto, vim tem-
pestatis calamitosae. Et §.
Culpa autem, eodem titulo:
Vis maior quam Graeci Θεοῦ
Βιανοῦ appellant, non debet con-

ducōri damosa esse, si plus
quam tolerabile est, laeti fue-
rint fructus. Caeli vim ma-
iorem appellat Colum. l. 7.
H.

s. Aliis carbunculum) Ca-
niculam legit Turneb. cap.
23. L. XXIV. Aduersar. eam-
que interpretatur sideratio-
niem et carbunculationem,
qua sata afflantur et ad steri-
litatem castrantur, quum Ca-
nicula insana messes coquat,
aestuosoque impetu suo
omnia torreat. *Dalec.*

t. Vt quarum exortu) Sie
Aratus, et qui Aratum trans-
lalere, Tullius et Auie-
nus. Vide Petauium, Varr.
diss. II. 9. in Vranol. p. 100.
H.

u. Huius defluvio) Hoc ve-
terum commentum hodie
meri-

re aliquo, sata cuncta lactescunt, duorum siderum obseruatione, Aquilae in septemtrionali parte, et in austriño Caniculae, cuius mentionem suo x. loco fecimus. Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos, Solis¹ centro bis aequinoctiale circulum secans, commissuras eorum obtinente hinc Aquila, illinc Canicula. Ideo effectus utriusque ad omnes frugiferas pertinent terras; quoniam in his tantum locis Solis terraeque centra y. congruunt. Igitur horum siderum diebus, si purus atque mitis aer genitalem illum lacteumque succum transmiserit in terras, laeta adolescunt sata. ² Si Luna, qua ³ dictum est ratione, roscidum frigus asperferit, admixta amaritudo, vt in lacte, puerperium necat. a. Modus in terris huius iniuriae, quem ³ fecit in quacumque conuexitate comitatus utrius-

1. centrum infra aequia.

2. Sin. Pint.

V. centro vix aequin. M.

3. facit. Dal.

merito Philosophi rident. Vide Fromondum Meteorol. II. art. vlt. p. 86. H, x. (Suo loco fecimus) Sect. sup. circa initium. Mox centra solis ac tetræ vocat, caeli terraeque partem medium a sole signatam, quum circulum aequinoctiale describit. H.

y. Centra congruunt) Orbis quo sol vehitur, centrum habet aliud quam terra et suae conuersione spatio inaequaliter a terra discedit. Solis vero centrum cum terrae centro congruit, quo

momento fiunt aequinoctia. Aequinoctiorum enim principia, et, vt aiunt (vulgo, puncta, centrum terræ Mathematici vocant, quoniam in his medium terram aequaliter Sol diuidit. Dal.

z. Qua dictum est) In fine sect. sup. H.

a. Puerperium necat) Puerperium de prole quoque ipsa, fetuque, dicitur. Plinius VII. 9. Vno partu duodecim puerperia egesta. Et s. 3. Aut puerperæ, aut puerperio. H.

que causae, Et ideo non pariter in toto orbe sentitur, ut nec dies. Aquilam b. diximus in Italia exoriri a. d. xiii. Calendas Ianuarii. Nec patitur ratio naturae quidquam in satis ante eum diem spei esse certae. Si vero interlunium incidat, omnes hibernos fructus et praecoces laedi necesse est.

3. Ruris fuit prisorum vita atque sine litteris: non minus tamen ingeniosam fuisse in illis obseruationem apparebit, quam nunc esse rationem. Tria namque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias, diesque festos, Rubigalia c., Floralia d., Vinalia. Rubigalia e. Numa

con-

I. ad Gron.

b. *Aquilam diximus*) Ante mensem Ianuarium, sed non appellato die, oriri Aquilam subobscurè innuit, L. XVI. 42. vbi amygdalam concipere Aquila exidente ait, eamdem florere mense Ianuario H.

c. *Rubigalia*) Varro de L. L. V. p. 47. *Robigalia dicta ab Robigo*. Secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes. Paulus ex Festo: *Robigalia, dies festus, septimo Kal. Maias, quo Robigo Deo suo, quem putabant rubiginem auertere, sacrificabant*. Ouid. Fast. IV. 907. *Flamen in antiquae lucum Rubiginis ibat. Extas canis flammis, exta daturus ouis. Protinus accessit, ritus ne nescius esset, Edidit haec flamen verba, Quirine, tuus. Aspera rubigo, parcas cerealibus her-*

bis, etc. *Vetus inscriptio apud Reines. p. 218. ROBIGO. ET. CERERI. ET FLORAE. SACRVM. H.*

d. *Floralia*) Varro de R. R. I. i. *Quarto inuoco Rubigum ac Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta, atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. itaque publicae Robigo feriae Robigalia: Florae ludi Floralia sunt instituti. Arnobius aduers. gent. IV. Flora illa genetrix et sancta, obscenitate ludorum bene curat ut arua florescant. Ludorum Floralium mentio est in nummo Seruiliae gentis argenteo apud Patinum, in Famil. p. 260. n. 4. et in Museo nostro. Hinc duos exhibet gladiatores: in imo c. SERVIL. M. F. (quas duas postremas litteras Patinus*

ma constituit anno regni sui xi. quae nunc ¹ aguntur ² a. d. septimum Calendas Maii, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc f. tempus Varro determinat, Sole Tauri partem decimam obtinente, ³ sicut tunc ferebat ratio. Sed vera causa est, quod post dies ^{g.} vndeūiginti ab aequinoctio verno; per id

1. agunt. *Dal.* 2. ad *Gr.* et *vulg.* 3. sic. *V.*

tinus omisit; vidit etiam, vt in nostro sunt, Begerus in Thesauro Brandenburgico p. 585.) In altera parte caput Deae Florae est: retro lituus, insigne C. Seruili auguratus: inscriptio **FLO-RAL. PRIMVS.** Quod caue legas, vt vulgo fit, *Floralia primus?* nam ubi verbum, aut quale subintelligitur? Lege ergo **FLORALIA PROPRIIS IMPENSIS VENERI SACRAUIT:** neme *Seruilius*, cuius nomen in parte nummi priore legitur. In tutela Veneris sunt horti, vt Varro dicit infra, lit. 2. *H.*

e. *Rubigalia*) Varro cap. I. lib. 1. agricult. *Dal.*

f. *Hoc tempus Varro*) De hac Varronis sententia Petavium vide Varr. *Diff. II.* 10. p. 104. *H.*

g. *Quod post dies vndeūiginti* Scribo *vndeūriginta* non *vndeūiginti*. Nam aequinoctium vernum, vt supra ostensum est capite 36. conficitur 8. Calendas Aprilis, hoc

est 25 die Martii, a quotransactis 29. diebus occurret tibi 24 dies Aprilis: post quem ad quartum diem Calendas Maias, hoc est ad 28. diem Aprilis, reliqui sunt dies quatuor, quod est Plini quatriiduum. Opinor autem haec verba alio ordine scribenda esse, hoc pacto: *Quod post dies duodeciminti ab aequinoctio verno in 4. Calendas Maias, id quatriiduum varia gentium obseruatione Canis occidit.* Pint.

Post dies vndeūiginti) Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic adi.) *Quod post* Ita MSS. omnes: at rectius forte, vt Petavius emendauit, Varr. *Diff. II.* 10. in *Vranol.* p. 104. *post dies unum et triginata.* A VII. Calendas Maias ad quartum, totum hoc quatriiduum frugibus decretoriū esse Plinius dicit: et ab aequinoctio verno dies numerat vndeūiginti. At aequinoctium vernum ipse contulit in VIII. *Cal. April.* a quo die

id h. quatriduum, varia gentium obseruatione in
iv. Calendas Maii, Canis occidit, fidus et i. per se
vehemens, et cui praeoccidere k. Caniculam necesse
sit.

die secundus et trigesimus
dies est VI. Calend. Maias.
H.

b. Per id quatriduum) A
VII. calendas ad IV. H.

i. Et per se vehemens) Ut
in ortu suo immodicos ae-
stus excitare Caniculam, sic
occidentem frigora et inimi-
cas frugibus pruinias com-
mouere, Plinius his verbis
significat. Colum. XI. 2.
Pridie Calend. Maias: Ca-
nis se vespere celat, tempesta-
tem significat. Hoc Manilius
voluit I. 388. *Subsequi-*
tur rapido contenta Canicula
cursu, Quo nullum terris vio-
lentius aduenit astrum. Nec
grauius cedit. H.

k. Praeoccidere Caniculam)
Rutilam canem immolari ne-
cessie est ad placandum fidus.
Vide N. et Em. XXXIX.
(hic coll.) Sidus) Hac voce
Caniculam, Sirium hoc loco
rursum intelligi, seu Procy-
nem, pronunciat Salmasius,
in Solin. p. 534. quam stel-
lam ante Canem oriri ait,
et occidere. At eius viri
errorem quisquis ad pictam
sphaeram et globum oculos
applicet, quamvis plum-
beus sit intelliget. Etenim
quae ad Boream declinant

stellae, earum quae ad Au-
strum vergunt, uti ortus antecidunt, sic occasus sequuntur,
praesertim si boreales
situ posteriores sunt: ut in
Procyne et Cane contingit.
Canis quippe hoc tempore
positus est in gradu circiter
nono Cancri, et ad Austrum
declinat: Procyon ad Bo-
ream situs est in gradu fere
21. Cancri: ergo ille prius
oritur, quam Canis: occi-
dit autem post ipsum. Quod
autem Plinius ait canis si-
deri praeoccidere caniculam
necessie esse, id rectissime
interpretamur de canario sa-
crificio, in quo ad placan-
dum caniculae sidus frugi-
bus inimicum, rufae canes
immolabantur, ut fruges
flauescentes ad maturitatem
perducerentur: unde et ca-
tularia porta nomen accepit,
ut auctor est Paulus ex Fe-
sto, verbo *Catularia*. At-
que idem Festus in fragm.
p. 93. *Rutilae canes, id est,*
non procul a rubro colore
immolantur, ut ait Atteius
Capito, canario sacrificio pro
*frugibus, deprecandae saeu-
tiae causa sideris caniculae.*
Ob unam nominis affinita-
tem, ea sacra illi delecta
hostia

fit. Itaque iidem *Floralia* l. quarto Calendas eiusdem instituerunt, Vrbis m. anno DXVI. ex oraculis Sibyllae, vt omnia bene deflorescerent. Hunc diem Varro determinat, Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges et omnia quae florebunt, laedi necesse erit. *Vinalia* n. priora, quae ante

hostia est. Ouid. Fast. IV. 939. *Est canis, Icarium dicunt, quo sidere mota. Tota sicut tellus, praeripiturque seges: Pro cane sidereo canis hic imponitur arae: Et quare fiat, nil nisi nomen habet.* In Rubigalibus feriis haec cерименіа peragebatur, vt Plinius significat, quod in id tempus Caniculae occasus incideret. Itaque Robigo Deo canis maestabatur, vt rubiginem auerteret: Colum. X. de cultu hort. p. 357. *Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas, Sanguine lactentis caruli placatur, et extis.* Atque ipse Naso, l. c. *Flumen in antiquae lucum Rubiginis ibat, Extra canis flammis, extra daturus ouis. Et mox: Thura focus, vinumque dedit, fibrasque bibentis, Turpiaque obscenae vidimus extra canis.* H.

l. *Floralia quarto, etc.*) *Floralia primus fecit Caius Seruilius, Caii filius, anno DXLV. anno eo magister equitum, dictatore T. Man-*

lio Torquato deinde aedilis curulis. Liuius L. XXVII. Dal.

*m. Vrbis anno DXVI.) Vide N. et Em. N. XL. (hic adi.) Itaque, etc.) Ita libri omnes, quamquam auctor est Velleius l. *Torquato, Sempronioque CoSS. Brundisium colonos missos esse et post triennium Spolegium, quo anno *Floralium ludorum factum est initium.* Incidit autem prior illi Consulatus in annum Vrbis DX. ex Liuiana chronologia: quo fit, vt triennio interiecto *Floralium celebritas ludorum occurrat in annum DXIII.* H.**

*n. Vinalia) Vinalia, dies quo Ioui calpar, id est, vnum nouum demptum ex dolio sacrificii causa, offerebant his verbis apud Catonem, *Macte bocce vino inferio esto, ne reliquum, unde calpar promptum fuerat, sacrum esset, eripereturque humanis vobis, sed libato calpari religione solueretur.**

Vocab-

ante hos dies sunt ix. Calendas Maii degustandis o. vinis instituta, nihil ad fructus attinent: nec quae adhuc diximus, ad vites oleasque: quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit a. d. vi. Idus Maii, ut p. docuimus. Aliud q. hoc quatriduum est, quod

Vocabatur et id Sacrima praeferim quum polluxissent, et adoleuissent suffimenta ex faba, et milio molito, sparsa mulso. Vinalia Graecis πιθοίγια, festus dies, inquit Proclus, quo doliis reseratis cum seruis et mercenariis vini potum communicabant, praecantes ἀβλαβῆς καὶ σωτήριον αὐτοῖς τὴν τε Φαεμάνη χρῆσιν, quemadmodum et Romani musto primum gustato dicebant boni ominis gratia, *Vetus nouum vinum bibo, veteri nono morbo medeor.* Iohannes Grammaticus πιθοίγια in mensem Δηναῖον, vel Δηναῖῶνa incidere putauit, id est, Ianuarium. Fiebant vero Athenis undecima die Prostaterii. De his sequentes Hesiodi versus expoununt: Ἀρχομένες δὲ πιθες, καὶ λήγοντος πορεζασθαι, Μεσσόθι Φείδεσθαι δεινή δὲνὶ πυθμνενι Φειδώ. Rhodig. cap. 25. XXVIII. Plutarchus Symp. τε νές οίνες Ἀθηνῆσι μὲν ἐνδειπνοι μηνὸς ητάρχονται, πιθοίγιαν τὴν ἡμέραν παλεύντες καὶ πάλαι

γε, ὡς ἔστιν εὔχοντο, τε οίνες περὶ ή πίνειν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆς καὶ σωτήριον αὐτοῖς τε Φαεμάνης τὴν χρῆσιν χενέσθαι. Idem L. VIII. eiusdem: γλεύκες δὲ γέοντος ἀεὶ ἀΦαιρεσθαι καὶ τὰς ἐργάτας δεδιότας ὁρῶμεν. *Dul.*

o. Degustandis vinis) Et antequam degustarent liban-dis. Nam in his festis vi-nalibus, priusquam e dolio vinum gustarent, ioui libabant: ni ita fecissent, reli-quum omne vinum sacrum fiebat, et visibus humanis eripiebatur. Festus: *Cal-par, vinum nouum, quod ex dolio demitur sacrificii causa antequam gustetur.* *Ioui* enim prius sua vina libabant, quae appellabant *Festa Vinalia.* *H.*

p. Ut docuimus) Tum L. XVI. 42. tum huiusc libri f. 66. *H.*

q. Aliud hoc quatriduum est, etc.) *Vetus codex,* Aliud hoc quatriduum est, quod ne-que rore sorbi deuelim, ex-baurit enim frigidum sidus Arcturi. Scribendum forte,

Q.

Aliud

quod neque rore ffordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie *z.* occidens: et multo minus plenilunium incidere.

4. *iv.* Nonas *s.* Iunii iterum Aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis vitibusque, si plenilunium in eum incidat. Evidem et solsticium *viii.* Calendas Iunii simili causa duxerim, et Canis ortum post dies a solsticio *xxiii.*, sed interlunio accidente: quoniam *t.* vapore constat culpa, acinique *u.* praecoquuntur in callum. Rursus plenilunium nocet a. d. *iv.* Nonas Iulii, quum Aegypto Canicula exoritur: vel *x.* certe *xvi.* Calendas Augusti, quum Italiae. Item *y.* *xiii.* Calendas Augusti, quum Aquila occidit, usque in *x.* Calendas eiusdem. Extra has causas sunt Vinalia *z.* altera, quae aguntur a. d. decimumtertium Calendas Septembris.

I. ad Gr. et At.

Aliud hoc quatriduum est quo neque rura herbida velim. Exurit enim, etc. Pint.

r. Postridie occidens) Nempe X. Calendas Maii: ut etiam sensit Colum. XI. 2. H.

s. IV. Nonas) Colum. l. c. IV. Nonas Iunii, Aquila exoritur, tempestas ventosa, et interdum pluia. H.

t. Quoniam vapore) Calore, ut diximus, II. 40. H.

u. Acinique praecoquuntur) Superiore libro, f. 37. Siderationis genus est in virtibus — quum acini prius quam crescant, decoquuntur in callum. H.

x Vel certe XVI. Cal.)

Bidgo ante Colum. l. c. hoc est, Idibus, Procyonis siue Caniculae exortum matutinum assignat. H.

*y. Iteniz. Calendas Augusti quum Aquila occidit) Codices Parmensis impressionis, IV. legunt, non *xiii.* verius; subscribit iis vetus Arati Latinus interpres. Sed magis est ut 3. scribatur ex Columella L. XI. cap. 2. Quod autem sequitur, Usque in *x.* Calendas eiusdem, scriptus codex aliter habet, usque in *Calendas eosdem*, ut supra etiam notauimus Pint.*

z. Vinalia altera) Nempe rustica. Varro de a. L. V. p. 47. Vinalia a. vino. Hic dies

bris. *a.* Varro a Fidicula incipiente occidere mane, determinat, quod vult initium autumni a esse, et hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum. Nunc *b.* Fidiculam occidere *a. d.* vi. Idus Augusti *c.* seruatur.

5. Intra haec constat caelestis sterilitas. Neque *c.* negauerim posse eam permutari arbitrio le-

Q 2 gentium

1. Varro et a M. Septembribus. Et Varro etc. Gr. et Al.

2. ad Gr. et Al. *3.* obseruatur. Pint. ex V.

dies Iouis, non Veneris. Huius rei cura non leuis in Latio. Nam aliquot locis vindemiae primum a sacerdotibus publice siebant, ut Romae etiam nunc, etc. Et p. 48. Vinalia rustica dicuntur ante diem XII. Cal. (lego XIII.) Septemb. quod tum Veneri dedicatae aedes, et horii eius tutelae adsignontur, ac tum sunt feriati olizores. Festus quoque: Rustica Vinalia appellantur, mense Augusto, quarto decimo, (lego XIII.) tertio decimo, non XIII.) Cal. Septb. Iouis dies festus, quia Latini bellum gerentes aduersus Mezenzium, omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt: eodem autem die Veneri templa sunt consecrata . . . quia in ipsis Deae tutela sunt horii. H.

a. Autumni esse) Autumnus ab augendo: unde et Graecis τελεσθόρος ὥρα, et Latinis autunnitas fru-

etuum prouentus Varro in Quinquatribus: Cape ad hanc caducam Liberi mollem dapem De fronde Bromiae autumnalis nobilem. Nonius Scalig. Autumnus, quasi Auctumnus, ut farror, farctor, autor, auetor, fartner, farter. Dal.

Initium autumni) Iam id attigit, l. 59. H.

b Nunc Fidiculam) Quae et Lyra dicitur, ut ante monuimus. Pridie Idus oriri Columella existimat l. c. H.

c. Neque negauerim) Depravatissimus locus, in primis verbum illud arbitrio expungendum reor, tamquam falsorum insertum. Reliqua sic scribo, Neque negauerim posse ea permutare aliquantum locorum aestuantiumque naturam. Nam et antiquum apographon aestuantium habet, non aestimantium. Pint. ex V.

gentium, locorum aestimantium naturas. Sed a nobis rationem demonstratam esse satis est: reliqua obseruatione cuiusque constabunt. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est, plenilunium aut interlunium, non erit dubium. Et d. in hoc ¹ mirari benignitatem naturae succurrit: iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus: nec nisi paucis noctibus anni, idque quando futurum sit, facile nosci. Ac ne per omnes menses timeretur, earum e. quoque lege diuisum, aestate interlunia praeterquam bido secura esse, hieme plenilunia: nec nisi aestiuis breuissimisque f. noctibus metui, ² diebus non idem valere. Praeterea g. tam facile intelligi, vt formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur. Auem h. parram, orien-

¹. sic ex MSS. em. Hard. et in hoc mirabilem admirari
Gr. ex vulgg. ² non diebus ita valere. M

d. Et in hoc mirabilem admirari benignitatem) Breuior et magis Pliniana eiusdem lectio; Et in hoc mirari benignitatem naturae succurrit. cetera superfluent. Pint.

e. Earum quoque lege diuisum) Scribendum reor horarum non earum: vocat enim horas quatuor illa anni tempora vulgo nota, vt alias dictum est. Correctionem hanc comprobant statim sequentia, Aestate interlunia, hieme plenilunia. Pint.

Earum quoque lege) Noctium earum, quae sunt metuendae frugibus, hanc le-

gem, hanc conditionem esse: vt interlunia noctu non nisi duo aestate, plenilunia hieme, nisi bido pariter, metuenda sint: quum vti dictum est supra roscidum frigus Luna forsan adspersit, admiscetque amaritudinem satis. H.

f. Breuissimisque noctibus) Ut minor fit nocendi mora. H.

g. Praeterea — intelligi) Quando interlunium sit. H.

b. Auem parram) De parra et vireone vide quae diximus X. 45. H.

te Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. E diuerso i vireonem prodire ipso die solstitii. Neutrūm vero Lunae statum noxiūm esse, ne noctibus quidem, nisi serenis, et omni aura quiescente: quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores: sic quoque non sine remedio.

LXX. Sarmenta *k.*, aut palearum aceruos, et euulas herbas fruticesque, per vineas camposque, quum timebis, incendito: fumus medebitur. Hic e paleis et contra nebulae auxiliatur, vbi nebulae nocent. Quidam *l.* tres cancrōs viuos cremari iubent in arbustis, vt carbunculi non noceant. Alii siluri *m.* carnem leuiter *n.* vri a vento, vt per totam vineam fumus dispergatur. Varro auctor est, si Fidiculae occasu, quod est initium autumni, vua pieta

Q 3

con-

i. E diuerso vireonem prodire ipso die solstitii) Scribo chlorionem, non vireonem, tum ex eodem exemplari, tum ex ipso Plinio, L. X. c. 29. Aristoteles quoque L. IX. cap. 22. de natura animalium chlorionem vocat. Theodorus vireonem vertit, vnde nata est occasio depravandi Plinii. *Pint.*

k. Sarmenta) Columel. c. 13. L. de arboribus. *Dal.*

Sarmenta) Nunc remedia proponit aduersus rubiginem, quae et Colum. L. de arbor. c. 13. Ne rubigo vineam vexet. Palearum aceruos inter ordines verno tempore positos habeto in vinea: quum frigus contra temporis

consuetudinem intellexeris, omnes aceruos incendito: ita fumus nebula et rubiginem remouebit. Habet hoc ipsum et Diophanes in Geop. V. 31. *H.*

l. Quidam tres) Sic Apuleius in Geop. l. c. *H.*

m. Alii siluri) Auctor Geop. l. c. p. 150. Τινὲς δὲ σίλερον τὸν ἵχθυν καταπέμόντες, καίστι κατὰ ἄνεμον, κατὰ πᾶν μέρος τῷ χωρίου τὴν ὄσμήν ποιεῦντες. *Quidam silurum pisces concisum vrunt secundum ventum, ac per omnes regionis partes odo rem spargunt.* *H.*

n. Leuiter vri a vento vt per totam vineam fumus dis-

per-

consecretur inter vites, minus nocere tempestates. Archibius ad Antiochum Syriae regem scripsit: Si fictili o. nouo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates.

LXXI. Opera p. rustica huius interualli, terram iterare, arare, arbores circumfodere: vki aestuosa regio poscat, accumulare. Germinantia, nisi in solo luxurioso, fodienda non sunt. Seminaria purgari farculo. Messem hordeaceam facere. Aream q. ad messem

pergatur) Scribendum arbitror alio ordine: leniter vri, ut a vento per totam vineam fumus dispergatur. Pint.

o. Si fictili nouo obruatur rubeta rana) Ultimum verbum non esse auctoris existimo, sed expositionem praecedentis a lectore insertam. Pint.

p. Opera rustica, etc.) Varro c. 33. L. I. Columel. c. 2. L. XI. Dal.

Opera rustica) Colum. XI. 2. in Augusto. H.

q. Aream ad messem) Scribo terrā, non creta, ex Catone ipso c. 128. Aream ubi frumentum teratur sic facito: confodiatur minute terra, amurca bene conspergatur et combibat quam plurimum: comminuito terram, et cylindro aut pauicula coaequato, ubi coaequata erit, nec formiae molestae erunt, et quum pluer lutum non erit. Ex

his Catonis verbis coniicio verba Plinii hoc ordine concipienda esse: Aream ad messem praeparare terra amurca temperata, Catonis sententia. Pint.

Aream . . . creta praeparare) Cato, c. 129. Aream, ubi frumentum teratur, sic facies. Confodiatur minute terra, et amurca bene conspergatur, ut combibat quamplurimum. Vbi bene comminuita terra fuerit, et amurcam combiverit, cylindro aut pauicula coaequato: etc. Cato cretam non nominat: Sed Plinius cretam dixit amurca temperandam. Virgilius vicissim amurcam non nominat, sed cretam: Georg. I. 178. Area cum primis ingeni aequanda cylindro, Et vertenda manu, et creta solidanda tenaci, Ne subeant herbae, neu puluere victa fiscat. H.

messem creta r. praeparare, Catonis s. sententia amurca temperata, Virgilii operosius. Maiore ex parte aequant tantum, et simo bubulo dilutiore illinunt. Id satis ad pulueris remedium videtur.

LXXII. (XXX.) Messis ipsius ratio varia. Galliarum t. latifundiis valli v. praegrandes dentibus in margine infestis, duabus x. rotis per segetem impelluntur, iumento in contrarium iuncto: ita direptae in vallum cadunt spicae. Stipulae y. alibi mediae falce

Q 4 prae-

x. temperatam. M. 2. Lege ex Palladio, vehiculum praegrande, etc. impellitur, ium. in contr. iun. ita dir. in vehiculum cad. spi.

r. Creta) Quae formicarum et herbarum inimica est, talparum venenum. Varro. Dal.

s. Catonis, etc.) Cap. 91. Columel. c. 20. L. II. Varro c. 51. L. I. Palladius c. 1. libri septimi. Dal.

t. Galliarum) In Galliarum fundis latioribus, fit vehiculum, seu carpentum, in vanni seu valli grandioris modum, cuius in fronte seu margine denticuli plurimi ac rari sint: id duabus rotis brevibus fertur, impellente bove, qui capite in vehiculum verso a tergo ipsius iugo aptetur et vinculis, qui sit mansuetus, nec modum compulsoris exceedat. Hic ubi vehiculum per messes cepit impellere, omnis spica in carpentum denticulis comprehensa de-

cidit, abruptis relictisque paleis: et ita per paucos itus ac reditus brevi horum spatio tota messis impletur. Ita fere Palladius, L. VII. in Iunio tit. 2. p. 122. H.

v. Valli) Vallus hoc loco vehiculum nobis esse videatur, vanni grandioris instar, compactum. Vallum pro vanno Varro de R. R. I. 52. dixit. H.

x. Duabus rotis per, etc.) Huic metendi industriae plurimum lucis affert oratio Palladii magis dilucida et perspicua. Dal.

y. Stipulae alibi mediae falce) Aliter Varro: Falce, inquit, secundum terram succidunt stramentum, et manipulum quemque, ut subsecuerunt, ponunt in terra. Vbi eos fecerunt multos, iterum eos

praeciduntur, atque ¹ inter ² duas mergites spica distingitur. Alibi ab radice vellunt: ² quique id faciunt, proscindi ab se obiter agrum interpretantur, quum extrahant succum. Differentia haec: Vbi stipula domos contegunt, quam longissimam seruant. Vbi feni inopia est, stramento paleam quaerunt. Panici culmo non tegunt. Milii culmum fere inurunt. Hordei stipulam bubus gratissimam

I. iterum et defecta mergit. Ex *Varr.* **2.** quod qui faciunt. *Ver.*

eos percensent, ac de singulis secant inter spicas et stramentum. Spicas coniiciunt in corbem atque in aream mittunt. Stramenta relinquuntur in segete, unde tollantur in acerum. Dal.

Stipulae) Varro de R. R. I. 56. sub vrbe Roma id fieri solitum ait. H.

z. Atque inter duas mergites spica distingitur) Legendum reor, Alibi inter duas mergas spica distingitur. Columella L. II. c. 21. Sunt autem metendi genera complura. Multi falcibus vericulatis, atque his vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis: alii peccinibus spicam ipsam legunt, etc. Festus: Mergae, Furculae, quibus acerui frugum sunt, dictae a volucribus mergis: quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores eas in fruges demergunt, ut eleuare possint manipulos. De mergis autem Sextus Pompeius: Mergae furculae sunt, quibus acerui frugum sunt, dictae a volucribus mergis, quia ut illi se in aqua mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores eas in fru-

ges demergunt ut eleuare possint manipulos. Pint.

Inter duas mergites) Mergas appellat Colum. II. 21. p. 78. ferramenta metendis frugibus idonea. Sunt autem, inquit, metendi genera complura; multi falcibus vericulatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis: alii peccinibus spicam ipsam legunt, etc. Festus: Mergae, Furculae, quibus acerui frugum sunt, dictae a volucribus mergis: quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores eas in fruges demergunt, ut eleuare possint manipulos. Plautus in Poenulo, Act. V. sc. 2. v. 58. Palas vendendas sibi ait, et mergas datq. Ut horum fodiat, atque ut frumentum metat. Ioh. de Ianua: Merga a merges diciur, id est

mam seruant. Panicum et milium ^a singulatim pectine ^b manuali legunt Galliae. Messis ^c ipsa alibi tribulis ^d in area, alibi equarum gressibus exteri-

Q 5 tur,

I. sic ex MSS. em. Hard. *sigillatim Gr. et Al.*

est furca, cum qua cona segetis porzatur. H.

a. Pectine manuali sigillatim legunt Galliae) Manuali in antiq. Cod. non manuali et alio ordine: *Panicum et milium sigillatim pectine manuali legunt Galliae.* Pint *Pectine manuali legunt etc.)* Mergis et pectine quosdam spicas legere, idque facillimum esse in rara segete, difficilimum in densa, Columella scribit. *Pectinem manualem* auctor vocat manubrio affixum. Legendi illa ratio est, ut pectine subdito extans spica praescindatur, quemadmodum fit in tondendo capillo. Dalec.

Pectine manuali) Cum pectine subdito, ut fit in tondendis hominum capillis, existentes spicae praescinduntur, et singulae quidem, nec, ut fit in frumentis, plures comae, vel iubae simul. H.

b. Messis ipsa) Seges, seu fruges demessiae. H.

c. Tribulis) Tribulum Varro, tabula ferro, vel lapide asperata, quam insidente auriga, vel addito

grandi pondere grauatam iuncta iumenta trahunt. Traha vero, siue plostellum Phoenicum asserum compagnum, et tabulatum dentatum cum orbiculis. In ea sedet auriga, qui agitat trahentia iumenta. Dal.

Tribulis in area) Tribula, siue tribulum, vehiculum est terendis frumentis destinatum: unde nomen quoque suum habet, velut teribula, quoniam terat et extundat. Virg. Georg. I. 164. *Tribulaque, trahaeque, et iniquo pondere rastri.* Vbi Seruius: *Tribula genus vehiculi omni parte dentatum, unde teruntur frumenta, quo maxime in Africa utuntur.* Varro neutrius generis facit de R. R. I. 52. *Espicis, inquit, in aream excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit e tabula lapidibus aut ferro exasperata, quae imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat e spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis: quod appellant plastrum Poenicum.* Nonius

tur, alibi *e. perticis* flagellatur. Triticum, quo serius mietitur, copiosius inuenitur: quo celerius vero, hoc *f. speciosius* ac robustius. Lex *g. aptissima*, ante quam granum indurescat, et quum iam traxerit colorem. Oraculum vero, biduo celerius messem facere potius, quam biduo serius. Siliginis et tritici = etiam ratio in area horreoque. Far, quia difficulter excutitur, conuenit cum palea sua condi: et stipula tantum, et aristis liberatur. Palea plures gentium pro feno vtuntur. Melior ea, quae tenuior, minutiorque, et pulueri propior: ideo *i. optima e milio*, proxima ex hordeo, pessima ex tritico, praeterquam iumentis opere laborantibus. Culmum

saxo-

*1. iam rubicundum traxerit. Columel. 2. eadem
Pint.*

Nonius feminini c. 3. *Tribulæ*, inquit, *femininum*: Virg. Georg. I. *Tribulaeque, trahaequæ, etc.* H.

d. Alibi equarum) Varro I. c. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, et ibi agitato perticis, quod vngulis e spica exteruntur grana. Sic pariter Colum. II. 21. H.

e. Alibi perticis) Vti nunc maxima parte Galliarum. Has perticas etiamnum flagella vocant, des Fleaux, Baculis extundi, ac tundi fusibus dixit Colum. II. 21. p. 78. H.

f. Hoc speciosius) In area et in aceruo melius quam in agro frumenta grandescere, ac si tempestive decisa

sint, postea capere incrementum, auctor est etiam Colum. I. c. H.

g. Lex aptissima) Colum. I. c. Recrostrinari non debet, sed aequaliter flauentibus iam satis, antequam ex toto grana indurescant, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est, ut potius in area et in aceruo, quam in agro grandescant frumenta. H.

h. Siliginis) Hoc eum arbitror velle, quod statim ex Columella diximus in area et in aceruo magis quam in agro, frumenta grandescere. H.

i. Ideo optima e milio) Ad pabulum scilicet iumentorum

saxosis locis quum inaruit, baculo frangunt, substratu k. animalium. Si palea defecit, et culmus teritur. Ratio haec: maturius defectus, ¹ muria diu respersus, dehinc siccatus in manipulos conuoluitur, atque ita pro feno bubus datur. Sunt qui accendant in aruo et stipulas, magno Virgilii praeconio. l. Summa m. autem eius ratio, vt herbarum semen exurant. Ritus diuersitatem magnitudo facit messium, et ² caritas operariorum.

LXXXIII. Connexa est ratio frumenti seruandi. Horrea³ operose tripedali n. crassitudine, pariete laterito,

- 1. muria diu respergitur. Alii. muria adspersus M.
- 2. sic ex MSS. em. Hard. raritas operariorum. M. caritas operarum Gr. et Al.
- 3. sic ex MSS. em. Hard. operose et trip. M. Lege, et tripedalis crassitudinis pariete. Operosa tripedali Gr. et Al.

rum. Colum. VI. 3. Minus commode ruemur armentum paleis, quae ubique et quibusdam regionibus solae praesidio sunt: eae probantur maxime e milio, tum ex bordeo, mox eriam ex iritico. H.
k. Substratu animalium) Ut stramenti vice animalibus substernatur in hiberna stabulatione. H.

l. Virgilii praeconio) V.
Not. sqq. Dal.

Virgilii praeconio) Georg.
I. 84. Saepe etiam steriles incendere profuit agros, Atque leuem stipulam crepitantiibus vvere flammis: Siue inde oscultas vires et pabula terra Pinguia concipiunt: siue illis

omne per ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor etc. H.

m. Summa autem) Praecipa, inquit, optimaque ratio Virgilii est, vt herbarum inutilium semina igne exurantur. Hunc igitur intellectum Plinius putauit esse horum verborum, Omne per ignem Excoquitur vitium. Alii summa autem ratio legunt, dempta vocula eius: vt sit sententia: praetermissi ab eo vate rationem validissimam, quae hunc ritum probaret. Sed MSS. omnes reclamant. H.

n. Horrea operosa etc.) Columel. c. 6. L. I. Varro
c. 57.

teritio, exaedificari iubent aliqui. Praeterea o. superne impleri, nec afflatus admittere, aut fenestras habere vllas. Alii ab exortu tantum aestiuo, aut p. septemtrione, q. eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima: nam r. quae de amurca praeceperint, indicauimus.¹ Alibi s. contra suspendunt granaria lignea columnis, et perflari vndique malunt, atque etiam a fundo. Alii omnio pendente tabulato extenuari granum arbitrantur: et si tegulis subiaceat, conferuescere. Multi² ventilari t. quoque vetant: curculionem v. enim non descendere

1. *Fulu. Vrsin. ad Varr. p. 59.* 2. *ventilare. V.*

e. 57. L. I. Vitruvius c. 9.
L. VI. *Dal.*

Horrea — tripedali) Bipedali contentus Palladius I. 19. p. 18. H.

o. *Praeterea superne) Non per fenestras, sed per tabulatum, cameramue, in horreum grana coniici.* H.

p. *Aut septemtrione) Hunc situm approbat Vitruvius I. 4. p. 8. H.*

q. *Eaque sine calce) Amurcam immiscet calci Colum. I. c. ad solum sternendum, paumentaque coagmentanda. Item Geop. auctor. II. 25. H.*

r. *Nam quae — indicauimus) L. XV. 8. Adde iis Colum. I. 6. Neque me prae-terit sedem frumentis opti-mam quibusdam videri horreum camera connectum, cuius*

solum terrenum priusquam consternatur perfosum, et amurca recenti, nonsalsa, ma-actdefum, velut: Signinum opus, pauiculis condensatur. H.

s. *Alibi contra) Sic libri omnes. Varro de R. R. I. 57. p. 70. At triticum condi oportet in granaria sublimia, quae perflentur vento ab exortu, ac septemtrionum re-gione, atque nulla aura hu-mida ex propinquis locis ad-spiret. Et paulo post: Gra-naria in agro quidam subli-mia faciunt, ut in Hispania ciuieriore, et in Apulia: ita ut non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subiis a solo ventus regirare possit.* H.

t. *Multi ventilari) Colum. I. 6. p. 26. Sic emunita sola et*

scendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Columella *x.* et Fauonium ventum conferre frumento praecipit: quod miror equidem, ¹ siccissimum *y.* alioqui. Sunt *z.* qui ² rubeta rana in limite horrei pede e longioribus suspensa, inuehere iubeant. Nobis referre plurimum tempestiuitas condendi videbitur. Nam si parum tostum atque robustum *z.* sit, aut calidum conditum, inimica inasci

1. siccissimo V. siccissimum locum quaerenti. Dal. 2. rubetam ranam, etc. suspensam. M. 3. robustum collectum sic Gr. et Al.

et latera horreorum, ut retuli, probibent curculionem: quod genus exiit quum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesae fruges in horreo ventilentur, et quasi refrigarentur. Id autem falsissimum est: neque enim hoc facto expelluntur animalia, sed immiscuntur rotis aceruis: qui si maneant immoti, summis tantum partibus infestantur: quoniam infra mensuram palmini non nascitur curculio: longeque praefstat id solum, quod iam vitiatum est, quam robustum periculo subiicere, etc. H.

v. Curculionem) Refert hoc ipsum Palladius l. c. ex Columella, Virg. Georg. I. 185. Populatque ingentem farris aceruum Curculio. Vermis est frumenta corrodens, vulgo Calendre, Charenson. Plautus in ea fabula, quam

de parasiti cuiusdam nomine Curculionem inscripsit, act. 4. sc. 4. v. 30. Vbi nunc Curculionem inueniam? CA. In tritico facilime Vel quingenitos curculiones pro uno sasso reperias. H.

x. Columella) L. II. 21. p. 79. At ubi paleis immixta sunt frumenta, vento se parentur. Ad eam rem Fauonius habetur eximus, qui lenis, aequalisque, aestiuus mensibus perflat. Sic etiam auctor Geop. II. 25. H.

y. Siccissimum) Tepidum Fauonium, sed Subsolano tamen sicciores esse dixit, II. 48. H.

z. Sunt qui rubeta rana) Rursus hic et ubicumque post octauum librum adiecta fuerit vox rana, persuasum habeo superfluere. Neque enim est breuitatis Plinianae, quum abunde in octauo de-

nasci necesse a. est: Diuturnitatis b. causae plures. Aut in ipsius grani corio, quum est numerosius, ut milio; aut succi pinguedine, ⁱ qui pro humore sufficit tantum, ut sesamæ: aut amaritudine, ut lupino et cicerulae. In tritico maxime crescunt animalia, quoniam spissitate sua concalesceat, et furfure crasso vestitur. Tenuior hordeo palea, exilis et legumi-
ni: ideo non generant. Faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc efferuescit. Quidam c. ipsum triti-
cum diuturnitatis gratia aspergunt amurca, mille
modios quadrantali. Alii Chalcidica aut Csrica cre-

ta,

descripserit rubetam, ranam, roties in sequentibus inculcare; rubra rana, rubera rana, quasi de industria vellet tundere. Pintian.
a. Inimica innasci necesse) Viria innasci, non inimica, archetypum nostrum legit: cui subscrabit Plinius ipse in calce huius capitii, Sed breuissima obseruatio quod vi-
tii carere velis. Pint.

Inimica innasci) Formicam, et cureulionem. H.

b. Diuturnitatis) Theophr. de causs. IV. 16. p.
320. Πρὸς δὲ Θησαυρισμοὺς
ἀφίσα μὲν κέγχρος, καὶ ἔλυ-
μος, καὶ σῆπαμον, καὶ θέρ-
μος, καὶ ἐρεβίνθος. Τὰ μὲν,
ὅτι πολυχίτωνα καὶ ἔησα,
τὰ δ' ὅτι λιπαρά. Οὐ δὲ
θερμὸς καὶ ὁ ἐρεβίνθος πι-
κρότητα τινα ἔχεστι καὶ δρι-

μύτητα: καὶ διατηρεῖται δὲ
ταῦτα ἀπαθῆ, ὥσπερ εἴρη-
ται. Omnium optime recon-
di possunt, milium, panicum,
sesama, lupinum, cicer. Mi-
lium et panicum, quia iuncta
multiplici, integuntur, et secca-
sunt: sesama, ob succi pi-
nguicudinem: lupinum et cicer
amaritudinem, quamdam et
acrimoniā habent, quae con-
seruare ea sine noxa possunt,
ut dictum est. Cicerculam
Theophrasti ἐγέβινθον dici
obiter animaduertere. H.

c. Quidam ipsum) Varro
de R. R. I. 57. Quidam
ipsum triticum amurca con-
spergunt, quum addant in cir-
citer mille modiū, quadrantal amurcae. Item aliud
adfriat, aut adsperrgit: ut
Chalcidicam, aut Caricam
cretam, aut absinthium. De
qua-

ta, aut etiam absinthio. d. Este. et Olynthi, ac Ceyrinthi Euboeae terra, quae corrumpi non sinat. Nec fere condita in spica laeduntur. Utillissime tamen seruantur in scrobibus, quos siros f. vocant, ut in Cappadocia, et in Thracia. In Hispania et Africa, ante omnia ut sicco solo fiant, curant: mox ut palea substernatur. Praeterea cum spica sua¹ conduntur. Ita² frumenta si nullus spiritus penetreret, certum est nihil maleficum nasci. Varro g. auctor est, sic conditum triticum durares annis quinque.

³ I. condantur. Dal. 2. frumenta etc. innasci. V.

quadrantalii seu amphora di-
xi L. XIV. 5. H.

d. Absinthio) Coriandrum
et conyzam laudat Pallad.
Dalec.

e. Est et Olynti) Credi-
tur et terram apud quosdam
haberi, inquit Theophrastus
Hist. VIII. c. extr. qua illi-
tum triticum seruari vnicē
potest: Δοκεῖ δέ καὶ γῆ τις
ἔνων παρὰ τισιν, ἡ διαπατ-
τουένη συντηγεῖ τὸν πυρόν.
“Ωτπερ ἥτε ἐν Ολύνθῳ, καὶ
ἐν Κηφίνῳ τῆς Εὐβοίας.
H.

f. Siros) Colum. et Var-
ro locis citatis, nimirum spe-
luncas, vel puteos subterra-
neos Cryptas Vitruvius ap-
pellat capite 8. L. VI. Dal.

Quos siros vocant) Varro
I. c. Quidam granaria habent
sub terris, speluncas, quas
vocant τείχους, ut in Cappa-

doccia ac Thracia. Alii, ut
in Hispania citeriore puteos,
ut in agro Carthaginensi et
Oscensi. Horum solum paleis
substernunt, et curant ne
humor aut aer tangere possit;
nisi quum promittur ad usum:
quo enim spiritus non peruen-
tit, ihi non oritur curculio.
Habet eadem Columella I.
6. Hesychius: Σιροῦς, ὁρύγη
μαστιν, ἐν οἷς κατετίθεντο
τὰ σπέρματα. H.

g. Varro) Loco cit. In
Bibliotheca Caesarea Vien-
nae Austriae capsulam asser-
uari, scribit Lambecius ei
Bibliothecae praefectus, I.
VI. p. 316. qua in capsula
frumentum sit conditum;
quod anno 1664. trecento-
rum iam ac tricentūm esset
annorum, ut ex affixis ei
capsae publicis instrumentis
ac monumentis liquet. H.

ginta, milium vero centum. Fabam *h.* et legumina in oleariis¹ cadis oblita *i.* cinere, longo tempore seruari. Idem fabam a Pyrrhi regis aetate, in quodam specu Ambraciae usque ad piraticum Pompeii Magni bellum durasse, annis circiter centum viginti. Cicero tantum nullae bestiolae in horreis innascuntur. Sunt *k.* qui ² vrcéis cinere substratis, ³ et illitis acetum habentibus, leguminum aceruos superingerant, ita non nasci maleficia *l.* credentes. Alii *m.* qui in salsamentariis cadis gypso ⁴ illinant; alii, qui lentem aceto laserpitiato respergant, siccata tamque

- 1. cadis oblitis. Vet. 2. orcis. Pint. 3. et pice illitis. V. 4. illinunt. Aliqui len. ac. las. respengunt, sicc. ol. inungunt. M.*

b *Fabam et legumina*) Theophrast. cap. 10. L. VIII. hist. ad Apolloniam maris Ionii, fabam nullo pacto rodi scribit, et ideo quam diutissime seruari. *Dalec.*

Fabam etc.) Varro de R. R. l. 58. H.

i. Oblita cinere) Illitus e cinere fiebat, cinere in modum gypsi temperato, id est, aqua spissius diluto et commixto. Columel. c. 43. L. XIII. *Dal.*

k. Sunt qui vrcéis) Fictilibus, aeneisue vasis, cooperatis, intus acetum habentibus, foris cinere illitis, inferne cinere rursum substratis. *H.*

l. Maleficia) Bestiolas frugibus inimicas. *H.*

m. Alii qui) Permuta locum verbi illius lentem, ut legas sic: *Alii qui lentem in salsamentariis cadis gypso illinant; alii qui aceto laserpitiato respengunt, siccata et radice silphii trita cum aceto aspergatur, defricetur aequa. Ita rursus in sole siccata et mox refrigerata condatur; si maior est modus, in horreo; si minor, in vasis oleariis salsamentariisque. Quae repleta quum confessim gypsata sunt, quandocumque in usus prompti serimus, integra reperiemus.* Pint.

Alii, qui in) Quod de leguminibus generatim Plinius et vniuersit pronunciat, hoc

tamque oleo inungant. Sed breuissima obseruatio, quod vitiis carere velis, interlunio legere. Quare plurimum refert, condere quis malit, an vendere. Crescente *n.* enim luna, frumenta grandescunt.

LXXIV. (XXXI.) Sequitur ex diuisione temporum autumnus a Fidiculae occasu ad aequinoctium, ac deinde Vergiliarum occasum, initiumque hiemis. *o.* In his interuallis¹ significant *p.*, pridie Idus Augusti Atticae Equus oriens vesperi: Aegypto et Caesari Delphinus *q.* occidens. *xl. r.* Calendas Septem-

i. Sic ex MSS. em Hard. cons. M. significatur Gr.
et Al.

hoc in primis de lente Columella, II. 10. Ea, inquit, ne curculionibus absumarur, in sole siccetur, et radice silphii trita cum acetō aspergatur, defriceturque: atque ita rursus in sole siccata, et mox refrigerata recondatur, si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis, salamentariisque, quae repleta confestim gypsa sunt. Quandocumque in usus promferimus, integrum lenticum repierimus. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mixta commode seruari. H.

n. Crescente) Frumenta Luna crescente lecta grandescunt in area. H.
o. Initiumque hiemis in etc.) Leg. Initiumque hiemis. In his interuallis significant pri-

die Idus Augusti Atticae equus exoriens, vesperi Aegypto, etc. Vide Salmas. p. 734. b.

p. Significant) Hoc est, vt saepe diximus, tempestatum significatus habent dies aut sidera mox appellanda. H.

q. Delphinus occidens) Occasus vespertino: quem Idibus Columella adiudicat; Idibus Augusti, Delphini occasus, tempestatem significant. Et postero die, XIX. Cal. Septembr. eiusdem sideris matutinus occasus tempestatem significat. H.

r. xl. Cal. Sept.) Quatri-duo post Columellae, XI. 2. VII. Cal. Sept. Vindemiator exoritur mane, et Arcturus incipit occidere: interdum pluvia. H.

Septembris Caesari et Assyriae, stellae ^a, quae ¹ Vindemitor appellatur, exoriri mane incipit, vindemiae maturitatem promittens. Eius t. argumentum erunt acini colore mutati. Assyriae v. Calend. et Sagitta occidit, et Etesiae desinunt. Vindemitor Aegypto Nonis exoritur, Atticae Arcturus matutino, et Sagitta occidit mane. Quinto u. Idus Septembr. Caesari Capella oritur vesperi. Arcturus vero medius pridie Idus, vehementissimo ^x significatu terra marique per dies quinque. Ratio eius haec traditur: Si Delphino occidente imbres fuerint, non futuros per Arcturum. Signum orientis eius sideris

i. Sic ex MSS. em Hard. Ante vиндемиатор. προτεγυητης Prolem. προτεγυητος et Prouindemitor Vitr. τευγητης Hesiod. vindemiator Gr. et Al.

s. Stellae quae Vindemiator appellatur.) Vindemitor, non Vindemiator in V. C. Idem vitium mox paulo corrigendum. Pintian.

t. Eius argumentum erunt acini colore mutati.) Scribo, Eius argumentum erunt vinacea colore mutata. Columella lib. II. cap. 2. Naturalis autem maturitas est, si quum expresseris vinacea, quae acinis celantur, iam infuscata et nonnulla propemodum nigra fuerint. Nam colorem nullares vinaceis potest asserre nisi maturitas, praesertim quum ita in media parte acinorum sint, ut et a sole aestuante et a ventis protegantur; humorque ipse non patitur ea praecoqui-

atque infuscari nisi suapte natura. Idem.

u. Quinto Idus.) Columellae, Septimo Idus Capra exoritur, tempestatem significat. H.

x. Vebementissimo ^x Plautus in Rudente, Prol. v. 69. Incepui bibernum, et fluctus moui maritimos. Nam Arcturus signum sum omnium acer- rimum: Vebemens sum exoriens: quum occido, vebem- tor. Stella est eximie conspicua in signo Bootae siue Arctophylacis, post caudam maioris vrsae: unde nomen habet, quasi ἀρκτες ρέα. Cicero in Phaenom. de Arctophylace: Arctophylax vul- go qui dicitur esse Bootes, etc.

Huic

sideris seruetur hirundinum ¹ abitus: namque *y.* deprehensae intereunt. Decimo sexto Calendas Octobris Aegypto Spica, quam tenet Virgo, exoritur matutino, Etesiaeque desinunt. Hoc *z.* idem Caesari xiv. Calendas, *xiii.* Assyriae significant: et *xi.* Calendas Caesari commissura *a.* Piscium occidens, ipsumque aequinoctii *b.* sidus *viii.* Calend. Octobr. Deinde consentiunt (quod est rarum) Philippus, Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon, Criton, Democritus, ² Eudoxus *c.*, *iv.* Calend. Octobris Capellam matutino exoriri, et *iii.* Calendas Hoedos. Sexto Nonas Octobr. Atticae Corona exoritur mane. Asiae *d.* et Caesari *v.* Calendas Heniochus occidit matutino. Tertio Calendas Caesari Corona

R 2

ex-

1. abitu, Vet. *2. sic ex MSS. em. Hard. Em. doxus,*
Ion. IV. C. Gr. et Al.

*Huic autem subter praecordia
fixa viderur Stella micans ra-
diis, Arcturus nomine claro.
H.*

y. Namque deprehensae)
Quae ab eo fidere depre-
henduntur, nec ante abie-
rint, quam exoriatur, fri-
gore intereunt. *H.*

z. Hoc idem Caesari) Et
Columellae, L. XI. *2. p.*
381. XIV. Cal. Octob. Spica
Virginis exoritur. H.

a. Commissura piscium)
Ea taeniola est, qua vterque
piscis connectitur, vt qui-
dem in globo pingitur. Co-
lumella eodem die pisces
occidere matutino ait. *H.*

b. Acquinoctii sidus) Sol
aequinoctium faciens. *H.*

c. Democritus, Eudoxus,
Ion.) Postremum auctoris
nomen redundat, ex codi-
ce antiquo. Reste nam quum
ceteri hic citati in Indice
et encho libri memoren-
tur, Ionom nequam in-
uenies. *Pint.*

*d. Asiae et Caesari V. Ca-
lendas Heniochus occidit)* Ex
tratione ipsa calculi, etiam
si refragentur cuncta exem-
plaria, legendum est utrobi-
que *Nonas*, non *Calendas*.
Sed confirmat id etiam Co-
lumella L. XI. capite *2.*
Pint.

exoriri incipit: et postridie e. occidunt Hoedi vesperi. viii. Idus Octobris Caesari fulgens in Corona stella oritur. Et iii. Idus Vergiliae vesperi. Idibus Corona tota. Sexto Calendas Nouembbris Suculae vesperi exoriuntur. Pridie Calendas Caesari Arcturus occidit: et Suculae exoriuntur cum Sole. Quarto Nonas Arcturus occidit vesperi. Quinto Idus Nouembbris gladius Orionis occidere incipit. Deinde iii. Idus Vergiliae occidunt. In his temporum interuallis opera rustica, napos f., raphanos serere, quibus g. diebus diximus. Vulgus agreste et rapa post h. ciconiae discessum male seri putat. Nos omnino post Vulcanalia, ^a et praecocia i. cum panico. A Fidiculæ autem occasu viciam, fasellos, pabulum; k. ^b hoc l. silente Luna seri iubent.

Et

1. Et VI. Idus. Columel.

Colum.

2. Et matura frumenta.

3. et hoc sif. V.

e. Postridie occidunt Hoedi vesperi) Scribo oriuntur, non occidunt. Columella L. XI, cap. 2. Pridie Nonas Octobris Hoedi oriuntur vesperi. Octauo Idus Octobres Coronae clara stella oritur. Quae verba si cum Plinianis conferas, nihil desiderabis Pint.

f. Napos, raphanos serere quibus diximus diebus) Vetus codex non napos, raphanos legit, sed panaphos: vt forte scribi possit, rapa, napos nam subdit: vulgus agreste et rapa post discessum ciconiae male seri putat. Pint.

g. Quibus diebus diximus) Sect. 35. inter duorum num-
num dies festos, Neptuni at-
que Vulcani. H.

b. Post ciconiae) De eius
discessu diximus s. 31. H.

i. Praecocia) Matura fru-
menta. Columella, vt far,
adoretum, et opacis locis
triticum. Dal.

Et praecocia) Rapa nimi-
rum, cum panico, quod seri
diximus ante Vergiliarum
exortum initio s. 10. H.

k. Pabulum) Siue ocy-
mum, vt dictum est L. XVII.
35. Ocum, quod in vinea
seri Cato iubet, antiqui ap-
pellabant pabulum etc. H.

Et frondis praeparandae tempus hoc est. Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet. Si decrescente Luna praeparetur, non putreficit: Aridam colligi non oportet. Vindeſiam m. antiqui numquam existimauere maturam ante aequinoctium: iam paſſim rapi cerno. Quamobrem et huius tempora notis argumentis que signentur. Leges ita ſe habent: ¹ Vuam calidam ne legit, hoc eſt, in ² eius ſiccitate, ac ³ n. niſi imber interuenerit. Hanc ne legit rorulentam, hoc eſt, ſi ros nocturnus fuerit; ³ nec prius, quam ſole diſcutiatur. Vindemiare incipito, quum ⁴ o. ad palmitem pampinus procumbere ceperit, aut quum exempto acino ex densitate ⁴ interuallum non compleri apparuerit, acinum non augeri. ⁵ Acinos plurimos p. fert, ſi contingat crescente Luna ⁶ vindemiare. ⁶ Pressura q. vna culeos r. xx. implere debet.

R 3

^{1.} Vuam calaridam. *V.* ^{2.} ea *V.* ^{3.} non prius *V.*

^{4.} interuallo non completo. *V.* ^{5.} ſic ex MSS. em.

Hard. acino plurimum refert Gr. et Al. ^{6.} vindemiari. *M.*

l. Hoc silentे Luna) Hoc eſt, in interlunio, vt dictum eſt XVI. 74. Adde Marbdaeum, L. de lap. pret. c. 19, qui Lunam silentem Lunam primam interpretatur. *H.*

m. Vindemiam antiqui, etc.) Varro c. 54. L. I. Columella c. 18. L. XII. Cato 23. Palladius cap. II. Septemb. Dalec.

n. Ac. niſi imber.) Simile eſt quod Cato praecipit, c. 112. de vino Coo faciendo;

Vuas reliquito in vinea, ſinito ut bene coquantur: et ubi pluerit, et ſiccauerit, tunc deligito, etc. H.

o. Quum ad palmitem, etc.) Quum vinacea, ſive grana acinorum, fulſa vel nigra fuerint. Pallad. *Dal.*

p. Acino plurimum refert, ſi contingat crescente luna vindemiare) Acinos pluris refert, etc. in vet. cod. *Pint.*

q. Pressura) Pressuram vocat, quantum vuarum in ſuperposita cauea pedibus prefarum

debet. Hic est pes *s.* iustus. *i.* Ad totidem culeos et *t.* lacus, *xx.* iugeribus vnum *v.* sufficit torculum. Premunt *x.* aliqui singulis, utilius binis; licet magna sit *y.* vastitas singulis. Longitudo in his refert, non

i. Lege, Ad totid. cullos XX. iugeribus vnum sufficit torculum et lacus (sub. unus.) Dal.

farum lacus vinarius accipit.
Dal.

r. Culeos) Culeus 20. amphoras continet, et vrnas 40. Fannius: Est et his decies quem conficit amphora nostris Cullos: hoc nulla est maior mensura liquoris. De mensuris liquidorum vide annotat. Philandri in cap. 9. L. VI. Vitruvii. Dal.

Culeos XX) De culleo diximus XIV. 5. De lacu s. 7. H.

s. Pes iustus) Pedem iustum dici arbitror, iustum exactamque mensuram liquidorum, quae omnes alias continet: (est enim culleus omnium vini mensurarum maxima) ad pedis similitudinem, qui iusto modo inferiores alias mensuras colligit, nempe vncias, ut alii volunt, duodecim, ut alii, sedecim: non autem brisam, et vinaceorum scapos siue scipiones cum folliculis, quos pedem Columella vocat L. XII. vulgo le marc, la grappe, la geine. Dal.

Hic est pes iustus) Haec mensura pressurae iusta et legitima. H.

t. Et lacus) Pour vingt couvées. H.

v. Vnum sufficit torculum) Vitruvius cap. 9. L. VI. Catonius cap. 12. 13. 18. Colum. c. 6. L. I. Varro c. 54. L. I. Dal.

Torculum) Un Preffoir. Torculum, torcular, tórcularium dixerunt promiscue vestuti scriptores. H.

x. Premunt aliqui singulis) Torculum id Poenicum esse volunt, cuius meminit Varro in Gerontodidascallo: Vinenis ubi ampla cella, torculare Poenicum. Apud Nonium Dal.

Premunt aliqui singulis) Toreulis, siue prelis scilicet. Est autem prelum torcularium, l'arbre du pressoir. H.

y. Licet magna sit vastitas) Duobus prelis longitudinem pedum quadraginta Vitruvius assignat, VI. 9. p. 116. latitudinem XXIV. H.

non crassitudo : spatiofa z. melius premunt.
 Antiqui a. funibus vittisque loricis ea detrahebant,
 et b. vestibus. Intra c. centum annos inuenta Grae-
 canica d., mali rugis ¹ per cochleas bullantibus e, pa-
 lis affixa arbori stella, a palis arcas lapidum attollen-
 te secum f. arbore: quod maxime probatur. Intra
 viginti g. duos hos annos inuentum, paruis prelis,
 et minori torculari, aedificio breuiore, et h. malo
 in medio ² decreto, tympana i. imposita vinaceis

R 4 superne

i. praeli cochleae illabentibus pal. aff. arboris stella, cum
 praelo arcas lap. attol. sursum arb. V. 2. erecto.

Vet:

z. Spatiofa) Quae nempe longiora sunt et eadem latiuscula. H.

a. Antiqui) Meminit eius moris loco cit. Vitrivius:
*Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vesti-
 bus, etc.* H.

b. Detrahebant) Deprime-
 bant prela. H.

c. Intra centum annos) Au-
 gusti principatu. H.

d. Graecanica) Subintelli-
 ge torcula: Pressoir à vis.
 Graecanica torcula, in qua-
 bus rugae torcularii mali per
 cochleam torquentur: im-
 posita arbori affixaque ex
 altero trabis capite stella li-
 gnea e palis decussatim posi-
 tis: quibus e palis arcae la-
 pidum pendeant, quas se-
 cum attollat arbos. H.

e. Bullantibus) Decurren-
 tibus per cochleam spiris

crassioribus, torosis, extan-
 tibus, in bullae morem ro-
 tundatis. Plus etiam dixi-
 se videtur una significatione
 vocis huiusc *bullantibus*,
 quam possit vlla copia ser-
 monis enarrari. H.

f. Attollente secum arbore) Ad aequipondium videlicet,
 interim dum ex altero capi-
 te arbos deprimitur: ut in tollenonibus fieri quotidie
 promtum est intelligere. De
 tollenonibus, libro sq. f. 20.
 H.

g. Intra viginti duos) An-
 no igitur Vrbis DCCCVIII.
 Neronis, tertio: haec enim
 auctor commentabatur anno
 DCCCXXX. H.

h. Et malo) Malus torcu-
 larius in medio statuitur,
La vis du pressoir. H.

i. Tympana) Afferes pla-
 nos ac latos, vnis quae sunt
 premenda impositos. H.

superne toto pondere vrgere, et super prela construere congeriem. *k.* Hoc et poma colligendi tempus, et obseruatio, quum aliquod maturitate, non tempestate, deciderit: hoc et faeces exprimendi: *h*. et defrutum coquendi silente Luna noctu: aut si interdiu, plena: ceteris diebus aut ante exortum Lunae, aut post occasum. Nec de nouella vite, aut palustri, nec nisi e matura sua, nec nisi foliis despumandum: quia si ligno contingatur vas, adustum ac fumosum fieri putant. Iustum *m.* vindemiae tempus ab aequinoctio ad Vergiliarum occasum dies **XLI**^{III}. Ab eodem die oraculum *n.* occurrit, frigidum *o.* picari pro nihilo ducentium.¹ Sed iam

i. Lege, Sed tamen Calend. Nouembr. etc. Nec satis enim credibile, vas nou collectas in vinea durare posse ad Ianuarium usque mensem.

k. Congeriem) Vel tignorum vel lapidum, quorum grauitas ponderi addat. *Dal.*

Congeriem) Lapidum videlicet ad pondus augendum. *H.*

l. Hoc et defrutum) Ita Colum. XII. 19. p. 427. *H.*

m. Iustum vindemiae) Varro de R. R. I. 34. *H.*

n. Oraculum) Flexum, tortuosum, ambiguum, perplexum dictum: quo praecipitur, post diem vindemiae praestitutum serum esse vasa picare, et quae vindemiae usui sint comparare, quum antea prompta esse oporteat, ne moram ferat

matus fructus Turneb. *c.*
34. XXX. Dal.

o. Frigidum, etc.) Frigidopicare pro nihilo duci. Eo sensu, inutile esse, intempestivum et nihili vasa, dolia fricare, radere, pice linire, ad excipiendum vinum praeparare, quum iam caelum frigidum esse incipit, ut Septembri mense, quum autumnus init: opus enim id rusticum faciendum est adhuc aestuoso caelo, longe antequam vindemiae tempus aduenierit. *Dal.*

Frigidum picari) Hoc est, inutile esse et intempestivum ac nihili, vasa seu dolia parare, picare, instruere, post

iam et Calendis ¹ Ianuarii, defectu vasorum, vendimiantes vidi, piscinisque musta condi, aut vina p. effundi priora, ut q. dubia recipere ntur. Hoc tam saepe prouentu nimio euenit, quam ² saeuitia insidiantium r. caritati ciuili. Sed aequi patris familias ³ modus, annona cuiusque anni vti. Id peraeque etiam lucrofissimum. Reliqua de vinis affatim dicta sunt. Item vindemia facta oliuam esse rapiendam, et quae ad oleum pertinent, quaeque ad Vergiliarum occasum agi debent.

LXXV. (XXXII.) His s., quae sunt necessaria, adiicientur de Luna, ventisque et praefagiis, ut sit tota fideralis ratio perfecta. Namque Virgilius etiam t. in numeros Lunae digerenda quaedam puta-

R 5

uit,

**1. Ianuarii vind. vidi, piscinisque defectu vasorum mu-
sta condi, et vina. V.** **2. segniti. Ver.** **3. mo-
dus est Gr. et Al.**

eum diem, quum caelum esse tum frigidum cepit: serum esse tum comparare, quae promta esse prius oportuit. H.

p. Vina effundi priora) Quum apotheca plena est vi- ni veteris, nec condendo musto vasa parata et vacua sunt. Turn. c. 34. XXX. Dal.

q. Ut dubia) Noua scili- cet, quibus vetusta vina praestant. Sunt enim ea dubiae bonitatis, quorum tam sera pressura, quaeque serius sunt vasis condita. H.

r. Saeuitia insidiantium caritati ciuili. Sed aequi pa- tris familias modus est annonae

cuiusque anni vti) Vetus ca- dex: saeuitia insidiantium caritati ciuilis aequi. Patris, familias modus est annona cuiusque anni vti. Scribo, saeuitia insidiantium caritati. Ciuilis et aequi patris familias modus est annona cuiusque anni vti. Posset etiam legi, Ciuilis et aequi patris familias modus est annonae cuiusque anni vilitate, ut vilitas re- spondeat caritati, cui dixit quosdam insidiari. Pint.

s. De Lunariatione) Var- ro cap. 37. L. I. Dalec.

**t. Virgilius etiam in nu-
meros, etc.) Ipsa dies alios
alio dedit ordine Luna, Fe-
lices**

uit, Democriti *v.* sequutus ostentationem. Nos legum vtilitas, quae in toto opere, in hac quoque mouet parte. Omnia *x.* quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente Luna, quam crescente fiunt. Stercus *y.*, nisi decrescente Luna, ne tangito. Maxime *I.* intermenstrua *z.* dimidiaque stercorato. Verres, iuuencos, arietes, heddos, decrescente Luna castrato. Qua Luna noua supponito. Scrobes Luna plena noctu facito. Arborum radices Luna plena operito. Humidis locis interlunio ferito, et circa interlunium quatriduo. Ventilari quoque frumenta ac legumina, et conditum circa

I. De Luna intermenstrua Fulu. Vrsinus ad Varr. de re rust. lib. I. cap. 37.

*lices operum quintam fuge,
etc. I. Georg.*

*Namque Virgilius) Georg.
I. 276. Mox quaedam Lunae,
hoc est, quaedam de Luna.
H.*

*v. Democriti sequutus
ostentationem) Mirum est
omissam hac in parte a Plini-
o Hesiodi mentionem,
quem sequutum esse Virgi-
lium in digestione quorum-
dam operum in numerosis
Lunae, ex primo Georgi-
con volumine notum est,
et confirmat Seruius gram-
maticus. Quare aestiman-
dum hic est, legine debeat
non ostentationem, sed et
Hesiodi rationem. Pintian.
x. Omnia quae caeduntur)
Theophr. c. I. L. V. histor.
*Dal.**

*Omnia quae) Vide quae
dicta sunt II. 74. H.*

*y. Stercus, nisi decrescente)
Hoc nimirum est, quod
Germanicus Caesar suis
commentariis scribit in Ara-
tum, augmenta detrimen-
taque Lunae non solum ter-
ram sentire, sed et lapides,
et cerebra, et laetamina,
quae Lunae clementis eie-
cta vermiculos pariunt. De-
nique Lunae clementis ab-
scissa ligna furfuraceis tinea-
rum terebramentis fistula-
scere. Hadrianus Iun. c. 20.
VI. *Dal.**

*Stercus) Auctor Geop. II.
c 19. p. 59. Ὄτι δὲ σελήνης
αὐξανέσσης καὶ χερὴ ποπείζειν.
etc. H.*

*z. Intermenstrua) Siue in-
ter-*

circa extremam Lunam iubent: seminaria, quum Luna supra terram sit, fieri: calcari musta, quum Luna sub terra: Item *a.* materies caedi, quaeque alia suis locis diximus. Neque facilior est obseruatio ac iam dicta a nobis secundo *b.* volumine: sed quod intelligere vel rustici possint, quoties ab occidente Sole cernetur, prioribusque noctis horis lucet, crescens erit, et oculis dimidiata iudicabitur: quum vero occidente Sole orietur ex aduerso, ita ut pariter aspiciantur, tum erit plenilunium. Quoties *c.* ab ortu Solis orietur, prioribusque noctis horis detrahet lumen, et in diurnas extendet, decrescens erit, iterumque dimidia. In coitu vero (quod interlunium vocant) quum apparere desierit. Supra terras autem erit, quandiu et Sol, interlunio, et prima tota die: secunda, horae vnius dextante *d.* sicilico: ac deinde tertia usque ad quintamdecimam, multiplicatis horarum iisdem portionibus: quindecima tota supra terras noctu erit, eademque sub

terrestri, ut dictum est L. XVI. 75. H.

a. Idem materies) Vide L. XVI. 74. H.

b. Secundo volumine) L. II. XI. H.

c. Quoties ab oreu solis orierit) Scribo occasu, non ortu, hoc est post occasum solis. *Pint.*

Quoties ab ortu) Quoties ab exortua caeli parte orietur, sed serius, ita ut nocti suum lumen per aliquot horas neget. H.

d. Dextante sicilico) Cap.

14. L. II. lucet dodrantes semuncias horarum. Dextantem sicilicum vnius horae. Budaeus L. I. de Affe, decem vncias cum quarta vniciae parte interpretatur. *Dal.*

Dextante sicilico) Secunda die, inquit, Luna supra terras erit per dextantem sicilicum vnius horae vesperi, hoc est, 51 min. $\frac{1}{4}$ seu per quinque sextas partes vnius horae, et aliquanto amplius. Finge horam vnam in partes duodenas tribuit dextans

terris tota die. Decimasexta ad primae horae nocturnae dextantem sicilicum sub terra aget, easdemque portiones horarum per singulos dies adiiciet usque ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tandem nouissimis ex die adiiciet supra terram. Alternis autem mensibus xxx. implebit numeros, alternis vero detrahet singulos. Haec erit ratio lunaris.

LXXVI. (XXXIII.) Ventorum e. paulo scrupulosior. Observato Solis ortu quocumque libeat die, stantibus hora diei f. sexta, sic ut ortum eum a sinistro humero habeant, contra medianam faciem Meridies, a vertice Septemtrio erit. Qui ita limes per agrum currit, cardo g. appellatur. Circumagi inde melius est, ut umbram suam quisque cernat: alioqui post hominem erit. Ergo permutatis lateribus, ut ortus illius diei a dextro humero fiat, occasus a sinistro, tunc erit hora sexta, quem minima umbra contra medium fiet hominem. Per huius medianam longitudinem duci sarculo sulcum: vel cinere lineam, verbi gratia, pedum viginti conueniet: medium-

i. quando sub terris agit. M.

dextans ex illis denas complectitur; sicilicus, partis undecimae quartam partem.

H. (v. 5000 m. v. 10000 m.)

e. De ventorum) Arist. c.

3. L. de mundo. Vitruvius,

Dal.

f. Hora diei sexta) Quae nobis meridies est, et duodecima diei hora. H.

g. Cardo, etc.) Ultratus veteribus, auctore Frontino, et citratus, quod ultra Septemtrionem habeat, et circa Meridiem. Dal.

Cardo) Limiti, fossae, viae, quae a meridie ad septemtrionem ducebatur, cardinis nomen inditum est a mundi cardine, ut Hyginus

mediamque mensuram, hoc *h.* est, in **X.** pede, circumscribi circulo paruo, qui *i.* vocetur *umbilicus*. Quae pars fuerit a vertice *umbrae*, haec erit *ventus Septemtrionalis*. Illo tibi putator, arborum plaga ne spectent, neve arbusta vineaeue, nisi in Africa, Cyrenis, Aegypto. Illinc flante ne arato, quaeque alia *k.* praecipimus. Quae pars lineaे fuerit a pedibus *umbrae*, Meridiem spectans, haec ventum *Austrum* dabit, quem a Graecis *Notum* diximus vocari. Illinc flatu veniente, materiam, ¹ vineamque

I. *vinum. Ver.*

ginus admonet initio libri de limitibus constituendis.
H.

b. Hoc est in decimo pede)
Melior lectio, haec est in decimo pede: ut sit schema parenthesis. Pint.

i. Qui vocetur umbilicus)
Vmbilicum Plinius admonet appellari; spatium instar circuli circumscriptum, in medio agro, vel regionis. Sie L. III. 17. *Cutiliae lacum* dixit idem a Varrone appellari *Italiae umbilicum*. Eo sensu etiam in *Cantico Cantorum* dicitur, VII. 2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.* Nam ibi populus Iuda Hierosolymitanae toparchiae praeconium facit, et Bethlehem oppidum, quod in medio illius toparchiae sive regionis est, cisternam dicit habere similem crateri bene

tornato, quo nihil effici possit rotundius, nec umquam potus egentem. Cisterna haec, cuius fit mentio **2** Reg. XXIII. 15. Desiderauit ergo David, et ait: *O si quis mibi daret POTVM aquae, de cisterna, quae est in Betlehem iuxta poriam! Pocula enim pro ipso potu dixerunt Latinitatis auctores optimi.* Sie *viuentia pocula* dixit Plinius, L. XXVIII. 2. Sic etiam Horat. II. Sat. 6. v. 70. *Siccat inaequales calices coniuua, solutus legibus insanis: seu quis capit acria fortis Pocula, modicis humescit laetus.* H.

k. Quaeque alia praecipimus)
Scribendum haud dubie praecipiems, non praecipimus. reseruat enim praeceptum in caput proximum, ut ex eo constabit. Pint:

anique, agricola, ne tristes. Humidus *l.*¹ aut aestuofus Italiae est. Africae quidem incendia cum serenitate affert. In hunc Italiae palmites spectent, sed non plagae arborum vitiumue. Hunc *m.* oliueti metator Vergiliarum quatriduo, hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator. De ipsa regionis eius hora praemonuisse conueniet. Frondem media die, arborator, ne caedito. Quum meridiem adesse senties, pastor, aestate *n.* contrahente se umbra, pecudem a Sole in opaca cogito. Quum aestate *o.* pasces, in occidentem ² specta ante meridiem, post meridiem in orientem: aliter noxiun, sicut *p.* hieme et ³ vere, si in rorulentum duceres.

1. et aest. Dal. *2. spectent. V.* *3. vere, in rorulentum ducere.* Ne con. *Dal. ex M.*

l. Humidus aut.) Vide quae diximus in Nott. et Em. ad L. II. N. XLV. H.

m. Hunc quatriduo) Quod de quatriduo egimus L. XVII ². H.

n. Aestate contrahente se umbra, pecudem a sole in opaca ducito) Aliter vetus codex, *Aestate contrahente se umbra solis, pecudes in opaca ducito.* Pintianus.

o. Quum aestate) Vide quae in eam rem diximus L. VIII. 75. Adde Palladium, L. XII. in Noub., t. 13. p. 171. H.

p. Sicut hieme et vere) Morbum hunc lippitudinis seu grauedinis et alui citae, non flatui septemtrionis, sed

rori hiemis verisque Columella titibuit L. VII. c. 3. Quapropter suspicor verba haec vitiosa ordine ab alluciante librario scripta esse, disponendaque et legenda hoc modo; sicut hieme et vere si in rorulentum duceres, lippunt enim et alio cita perirent. Ne contra septemtrionem paueris supradictum: clodiunt ita ab afflato. Columellae verba vide paulo post. Pint.

Sicut hieme) Colum. VII. 3. p. 256. *Hieme et vere, matutinis temporibus intra septa contineantur,* dum dies aruis gelicidia derribat: nam pruinosa iis diebus herba peaudi grauedinem creat, ven- tremque

ceres. Ne contra Septemtrionem paueris supra dictum. **q.** Clodunt r. ita, lippiuntue ab afflato, et alio cito pereunt. Qui s. feminas concipi voles, in hunc ventum spectantes iniri cogito.

LXXVII.

tremque proliuit, etc. Vide et c. 5. eiusdem libri, p. 263. Palladium quoque l. c. H.

q. Supra dictum) Libentius agnouerim, sit praeditum: quasi dicat; praedictus esto, ut seet. sq. Quo enim loco id ante dixerit, non occurrit. H.

r. Clodunt) Oculos aperire nequeunt. Dalec.

Clodunt ita) Oculos nimis, ut qui nictatione laborant. Inde fortassis Clodia gens apud Romanos nomen traxit. H.

s. Qui feminas) Scribendum, *Qui mares concipi voles, etc.* alioquin committes Plinium cum Columella, et quod grauius est, cum Aristotele, ex quibus Columella L. VII. c. 3. *At si res, inquit, exigit ut plures mares progenrandi sint, Aristoteles vir callidissimus rerum naturae praecepit admissurac tempore obseruare siccis diebus habitatut septemtrionales, ut contra ventum gregem pascamus, et eum spectans admittatur pecus.* At si feminae generandae sunt, austrinos flatus captare, ut eadem ratione ma-

trices incantur. Haec Columella. Aristoteles autem libro de generatione animalium IV. capite 2. sic differit: *Flatibus item aquiloniis magis quam austrinis mares lignuntur. et mox paulo; Nec non pastores aiunt interesse ad maris ac feminae pecoris feruram, non solum si ira accidit, ut initus aquiloniis austrinisue flatibus fiat, sed etiam si quum pecus coit, spectat ad aquilonem aut austrum.* Probat id quoque auctoritate Didymi Heron Graecus auctor L. Geponicon 18. Nec tantum a praedictis scriptoribus Plinius dissentiret, sed quod esset intolerabile, a se ipso, qui capite sequente mares aquiloniis flatibus; feminas austrinis procreari tradit. Sed persuasum habeo verba haec Pliniana non esse. Cur enim anticipasset hic Plinius quod statim cap. proximo dicturus erat. Pint.

Qui feminas — ventum) In septemtrionem videlicet, qui noxius est, non in Aquilonem, qui salubrior: in quem quae spectare coguntur oves, mares edunt, ut diximus

LXXVII. i. (XXXIV.) t. Diximus *v.* ut in media linea designaretur vmbilicus. x. Per hunc medium transuersa currat ¹ alia. Haec erit ab exortu aequinoctiali ad occasum aequinoctiale; et limes qui ita secabit agrum, decumanus *y.* vocabitur. Ducantur deinde aliae duae lineae in ² decusses oblique, ita ut a Septemtrionis dextra laeuaque ad Austris dextram laeuamque descendant. Omnes per eundem currant vmbilicum, omnes inter se pares sint, omnium interualla paria. Quae ratio semel in quoque agro ineunda erit: vel si saepius libeat

vti,

1. *alia talis. Haec M.*2. *decusseis Gr.*

diximus ex Aristotele, ceterisque, L. VIII. 72. dicimusque iterum scđt. sq. H.

t. De limitatione agrorum)
Vide Iulium Frontinum, et
M. Iunium Nypsum, Columellam cap. 1. et 2. L. V.
Varronem cap. 10. L. I.
Dalecampius.

v. Diximus) scđt. sup. H.

x. Vmbilicus) Vide γνώμων in lexico Const. Haec machina respondere videtur aeneo gnomoni (Sextus Pompeius *Gnomam* vocat) in amissis medio collocato, quem Vitruvius describit c. 6. L. I. Indagatorem vmbrarum σκιασθησαν id instrumentum Graeci vocant. *Dal.*

y. Decumanus) Iurisconsultis limites qui populo iter praebent, alii sunt decumani

ni, lati pedes 40. Alii cardines, lati pedes 20. Alii Actuarii, lati pedes 12. Alii subruncui, lati pedes 18. Cuiacius cap. 2. obseruat. Vide Politianum c. 86. Miscell. Antiquis *decumanus* dicebatur *dextratus* et *sinistratus*, quod Orientem ad dextram habeat, Occidentem ad sinistram *Dal.*

Decumanus vocabitur) Festus quoque: Decumanus appellatur limes, qui sit ab ortu solis ad occasum: Alter transuerso currens, appellatur Cardo. Atque eam ob causam, quoniam litterae X. figuram exhibet, quae nota denarii est, decumano limiti factum id nomen. Alia causa appellationis decumani oui, decumanique fluctus, apud Festum, quem consule.

vti, e ligno facienda, regulis paribus in tympanum z, exiguum, sed circinatum, adactis. Ratione qua doceo, occurrentum ingenii quoque imperitorum est. Meridiem excuti placet, quoniam semper est idem: Sol autem quotidie ex alio caeli momento, quam pridie, oritur: ne quis forte ad exortum capiendam putet lineam. Ita caeli exacta parte, quod fuerit linea caput Septentrioni proximum a parte exortuia, solstitiale habebit exortum, hoc est longissimi diei, ventumque Aquilonem a., Boream Graecis dictum. In hunc ponito arbores vitesque. Sed hoc flante ne arato: frugem ne serito: semen ne iacito. Praestringit enim atque percellit hic radices arborum, quas positurus afferes. Praedoctus b, esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. Nec suum oblitus, in hac parte ventum Graecis poni, quem Caeciam vocant. Sed idem Aristoteles, vir immensae subtilitatis, qui id ipsum fecit, rationem c conuexitatis mundi reddit,

qua

1. capi unicam putet lin: Ista. 2. praegelat. V.

consule. Vide plura apud Vossium in Etymol. H.

paulo post; Ac quaecumque aquilo praedicitur, etc. Pint.

z. Tympanum) Hoc est, tabulam solidam, ac planam. H.

c. Rationem conuexitatis

mundi reddit, quia contrarius

Aquilo Africo flat.) Legen-

dum arbitror, qua contrari-

rius hic, non Aquilo Africo

flat. Nam Aristoteles se-

condo Meteoron illos dum-

taxat ventos contrarios esse

aīt, qui ex diametro distent,

non eos qui e regione posi-

ti se mutuo spectent. Itaque

a. Aquilonem, Boream) De varia appellatione ventorum diximus abunde L. II. 46. etc. H.

secundum eum non contra-

b. Praedoctus csto) Praedi-
ctus non praedoctus nec
praemonitus in Veteri codi-
ce. Cui lectioni videtur

rius

qua contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in praedictis timet agricola. Mollitur sidere d. aestate media, mutatque nomen, et Etesias vocatur. Ergo quum frigidum senties, cauetos: ¹ ac quacumque Aquilo praedicetur, tanto perniciosior Septemtrio est. In e. hunc Asiae, Graeciae, Hispaniae, maritimae Italiae, Campaniae, Apuliae, arbusta vineaeque spectent. Qui f. mares concipi voles, in hunc pascito, vt ² sic ineuntem ineat. Ex aduerso Aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Graeci Liba vocant. In g. hunc a coitu quum se pecus circumegerit, feminas conceptas esse scito.

2. Tertia a Septemtrione linea, quam per latitudinem umbrae diximus, et decumanam vocavimus, exortum habebit aequinoctiale, ventumque Subsolanum, Graecis ³ Apelioten dictum. In hunc salubribus locis villae vineaeque spectent. Ipse leniter pluuius: tamen est siccior. ⁴ Fauonius, ex aduerso eius ab aequinoctiali occasu, Zephyrus Graecis

1. Ad quaecumque. V. 2. vt sic in eundem inear. Alii.
vt sic mares ineantur. V. vt sic mares ineant. Alii.
3. Apelioten. V. magis ex etymologia. 4. Fauo-
nio, ex. M.

rius Caecias Argestae, neque Eurus Lybi, sed Caecias Lybi et Eurus Argestae
Pint.

d. Mollit sidera aestate media) Ardorem Caniculae lenit. Vide cap. 47. L. II.
Dalec. Attende var. lect.

Mollitur sidere) Aquilo nimirum, qui etesias appellatur: de quo iam antea Plinius II. 47. Aquilones, in-

quit, quos etesias appellant. Mollire eos creditur solis vapor geminatus ardore sideris. H.

e. In hunc Asiae) In Aquilonem, aut Caeciam, non in septemtrionem. H.

f. Qui mares — in hunc) In Aquilonem adhuc, aut Caeciam. Vide quae dicta sunt VIII. 72. H.

g. In hunc) In Africum. H.

cis nominatus. In hunc spectare oliueta Cato *h.* ius-
fit. Hic ver inchoat, aperitque terras tenui fri-
gore saluber. Hic vites putandi, frugesque curan-
di, arbores serendi, poma inferendi, oleas tractan-
di ius dabit, afflatuque nutritum *i.* exercebit.

3. Quarta a Septemtrione linea, eadem Au-
stro ab exortua parte proxima, brumalem habebit
exortum, ventumque Vulturnum, Eurum Graecis
dictum, sicciorum et ipsum, tepidioremque. In
hunc apiaria et vineae Italiae, ² Galliarumque, spe-
ctare debent. Ex aduerso Vulturni flabit Corus,
ab occasu solstitiali occidentali latere Septemtrionis,
Graecis dictus Argestes, ex frigidissimis et ipse, sicut
omnes qui a Septemtrionis parte spirant. Hic et
grandines infert, cauendus et ipse, non secus ac
Septemtrio. Vulturnus si a serena caeli parte ce-
perit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus
in maiorem partem noctis extenditur. Quisquis
erit ventus, si feruidus sentietur, pluribus diebus
permanebit. Aquilonem *k.* praenuntiat terra sic-
cescens repente, Austrum humescens rōre occulto.

S 2

LXXVIII.

1. *afflatumque nutricium excitabit. V.* 2. *Galliarum*
spec̄t. Gr.

b. Cato iussit) Ut diximus L. XV. 6. H.

i. Nutritum exercebit)
Tenui frigore nutritum, ar-
borum agricolam exercebit.
Hic Pinetus, ut saepe, ce-
spitat. H.

k. Aquilonem praenuntiat terra, etc.) Legit Robertus

Stephanus in Dictionario:
Aquilonem pronuntiat terra
siccescens, sed rōrescens repen-
te Austrum immiscet hume-
scens in rōre occulto. Vnde
hanc lectionem ero: *Aqui-*
lonem praenuntiat terra sic-
cescens: humore occulto rōre-
scenti, repente Auster imminet.
Dalee.

LXXVIII. (XXXV.) *l.* ¹ Etenim praedicta ventorum *m.* ratione, ne saepius eadem dicantur, transire conuenit ad reliqua tempestatum praesagia, quoniam et hoc placuisse Virgilio *n.* magnopere video. Siquidem in ipsa messe saepe concurrere praelia ventorum damnosa imperitis refert. Tradunt eumdem Democritum metente fratre eius Damaso ardentissimo aestu orasse, ut reliquae segeti parceret, raperetque defecta sub tectum, paucis mox horis saeuo imbre vaticinatione approbata. Quin imo et arundinem non nisi impendente pluvia feri iubent, et fruges insequuturo imbre. Quamobrem et haec breuiter attingemus, scrutati maxime pertinentia. Primumque a Sole capieimus praesagia. Purus *p.* oriens, atque non feruens, serenum diem nuntiat: at hibernam pallidus grandinem. Si *q.* et occidit pridie serenus, et oritur, tanto certior fides serenitatis. Concauus *r.* oriens pluuias

pra-

I. At enim. V.

l. Prognostica tempestatum) Virgilius I. Georg. et Aratus. *Dal.*

m. Etenim praedicta ratione ventorum) Scribendum reor, Et iam praedicta ventorum ratione, hoc enim ordine verba posita sunt in veteri codice. *Pint.*

n. Virgilio) Georg. I. 313. Saepe ego ventorum concurrere praelia vidi. *H.*

o. Damaso) Refert hoc ipsum Cl. Alex. Strom. VI. p. 631. ubi et Dainasum fratrem Democriti vocat:

Laertius quoque in Democrito IX. p. 247. *H.*

p. Purus oriens) Theophr. L. de sign. seren. p. 128. *H.*

q. Si et occidit) Theophr. I. c. *H.*

r. Concauus oriens) Sol abditus in cauo nubis. Theophr. L. de sign. vent. p. 118. Virg. Georg. I. 441. Ille ubi nascentem maculis variauerit orium Concauus in nubem, medioque refugerit orbe, Suspecti tibi sint imbres, etc. *H.*

praedicit: ¹ idem s. ventos, quum ante exorientem eum nubes rubescunt: quod ² si et nigrae rubentidus interuenerint, et pluuias. Quum ^{t.} orientis atque occidentis radii ³ rubent, coire pluuias. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futurae diei spondent. Si ^{v.} in exortu ⁴ spargentur partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluuiam tamen ventosque significabunt. Si ^{x.} in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbreps. Si in occasu eius pluet, ^s aut radii in se nubem trahent, asperam in proximum diem tempestatem significabunt. Quum oriente radii non illustres eminebunt, quamuis circumdati nube non sint, pluuiam portendent. Si ante exortum nubes globabuntur, hiemen asperam denuntiabunt. Si ab ortu repellentur, et ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes Solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestas erit: si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod ^{y.} si in exortu fiet, ita

S 3

vt

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. item Gr. et Al.

2. si nigrae. Dal. 3. videntur coire, pl. V.

4. Sparguntur. V. 5. liuent radii aut in se. V.

s. Idem ventos) Festus Rufus Arati interpres p. 69. Ignea si fulgor praecurrit plurimi ora, Flamina crebra salis quartiunt vada, etc. H.

t. Quum orientis) Theophr. L. de sign. pluu. et vent. p. III. H.

v. Si in exortu) Festus Auienus, p. 69. de Sole: Sed non ora cauo similis, me-

dioque recedens Ore quasi, vel si radios discingitur ultro, Figit ut australem porrecti sideri pariem, Ac Borean rigidi iaculerunt luminis igne, Et vento et pluuiis reparata luce carebit. H.

x. Si in oriu aut) Ruf. Auienus, l. c. H.

y. Quod si in exortu fiet ita vt rubescant nubes) Quod si in exortu aut occasu fiet,

ita

ut rubescant nubes, maxima ostendetur tempestas. Si non ¹ ambibunt, sed incumbent, a quocumque vento fuerint, eum portendent. Si a meridie, et imbre. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur ventus. Si totus defluxerit aequaliter, serenitatem dabit: Si in exortu longe radios per nubes porriget, et medius erit inanis, pluviam significabit. Si ante ortum radii se ostendent, aquam et ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis ² leuem tempestatem: Si nebula, vehementiorem: Si candente Sole, ³ ventum: Si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum.

LXXIX. Proxima sint iure Lunae praesagia. Quartam ^{z.} eam maxime obseruat Aegyptus. Si a. splendens exorta puro nitore ⁴ fulsit, serenitatem: si b. rubicunda, ventos: si c. nigra, pluuias portendere creditur. In quinta cornua eius obtusa, pluuiam:

*i. abibunt. M. 2. lenem. M. 3. ventus fiat, et
circulus fue. is eruperit, vent. magn. M. 4. ful-
serit. M.*

*ita ut, etc. ex vetust. Cod.
Pint.*

*z. Quartam eam) Vide Fe-
stum Auienum, p. 65. 67.
H.*

*a. Si splendens) Virgil.
Georg. I. 432. Sin ortu in
quarto, namque is certissi-
mus auctor, Pura nec obtusis
per caelum cornibus ibit, To-
tus et ille dies, et qui nascen-
tur ab illo, Exactum ad men-
sem, pluvia ventisque care-
bunt. H.*

*b. Si rubicunda) Aratus, Λε-
πτὴ δῆ καὶ εῦ μάλιστρης
πνευματίη. Virgil. Ac si
virgineum suffuderit ore ru-
borem, Ventus erit, etc. Dal.*

*c. Si rubicunda) Virg. Georg.
I. 430. At si virgineum suf-
fuderit ore ruborem, Ventus
erit: vento semper rubet au-
rea Phoebe. H.*

*c. Si nigra) Virgil. v. 427.
Luna reuertentes cum primum
colligit ignes, Si nigrum ob-
scuro comprehenderit aera
cornu*

uiam: erecta et infesta ventos semper significant: quarta tamen maxime. Cornu eius septemtrionale acuminatum atque rigidum, illum praesagitt ventum: inferius, Austrum: vtraque recta, noctem ventosam. Si ¹ quartam d. orbis rutilus cingit, ventos et imbres praemonebit. Apud Varronem ita est: Si quarto die Luna erit ² directa, magnam tempestatem in mari praesagiet, nisi si coronam circa se habebit, et eam sinceram: quoniam illo modo non ante plenam Lunam ³ hiematurum ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit: si rutila, ventos: nigrescens, imbres. ⁴ Si caligo orbis nubem incluserit, ventos, qua se ruperit: si gemini orbes cinixerint, maiorem tempestatem. Et magis, si tres erunt, aut nigri, ⁵ interrupti atque distracti. Nascens Luna, si e. cornu superiore obattro surget, pluuias decrescens dabit: si inferiore, ante plenilunium: si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maxime splendebit, ex ea ventum ostendet. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuerit, vento Faunio flante, hiemalis toto mense erit. Si decimo sexto vehementius flammae apparuerit, asperas tem-

S 4

pestates

1. quartae orbis rutilus, ciebit vent. M. 2. recta. V.

3. hiemaudum. M. 4. Si orbem caligo nubis, etc.

Quidam. 5. Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. aut nigri, aut interrupti. Gr. et Al.

cornu, Maximus agricolis pelagoque parabitur imber. H.

d. Si quartam orbis rutilus) Virgilius: Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor. Aratus tertium aequem

ac quartum spectat usque ad διχόνυον. Theophr. τετραδας, ογδοαδας, και πανσεληνες. Brod. cap. 13. III. Dal.

e. Si cornu, - obattro) MSS. obattro. H.

pestates praesagiet. Sunt f. et ipsius Lunae octo articuli, quoties in angulos Solis incidit, plerisque inter eos tantum obseruantibus praesagia eius, hoc est, tertia, septima, vndeclima, decimaquinta, decimanona, vigesimatertia, vigesimaseptima, et interlunium.

LXXX. Tertio loco stellarum obseruationem esse oportet. Discurrere eae g. videntur interdum, ventique protinus sequuntur, ¹ in quorum parte ita praesagiuerent. Caelum quum aequaliter totum erit splendidum, ² articulis h. temporum, quos proposuimus, autumnum serenum praesagibunt, et frigidum. Si i. ver et aestas non sine riguo aliquo transierint, autumnum serenum et densum, minusque ventosum facient. Autumni serenitas ventosam hiemem facit. Quum repente stellarum fulgor obscuratur, ³ et id neque nubilo, neque caligine, pluua aut graues denunciantur tempestates.

I. Sic ex MSS. em. Hard. ex quarum Gr. et Al. 2. articulo temporis, quem Dal. A Fidiculae nempe occasu ad aequinoctium, quem articulum postremum exposuit iunctio cap. 31. 3. viisque neque. V.

f. Sunt - octo articuli) Octo veluti puncta, seu stationes, ac positus Lunae, vnde si una cum sole a terra conspiciatur, diuersos tum octo angulos facere ambo videntur. Aspectum octilem Astronomi, seu octogonum vocant. H.

g. Discurrere eae videntur) Arist. in probl. sect. 25. Dalec.

g. Discurrere) Vide quae

in eam rem diximus L. II. 6. et 36. H.

b. Articulis - quos proposuimus) Sect. 59. his verbis: Rursus hicardines singulis temporum articulis dividuntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstictium et aequinoctium autumni, Fidiculae occasus autumnum inchoat, etc. H.

i. Si ver et aestas) Vide Theophr. L. de sign. temp. H.

Si *k.* volitare plures stellae videbuntur, quo feruntur albescentes, ventos ex iis partibus¹ nuntiabunt.
 Aut si cursitabunt, certos: si id pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effundent. Si stellarum errantium aliquam orbem incluserint, imbres. Sunt *l.* in signo Canceris duae stellae paruae, Aselli appellatae, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Praesepia appellant. Haec quum caelo sereno apparere desierit, atrox hiems sequitur. Si alteram earum Aquiloniam caligo abstulit, Auster saeuit: si Austrinam, Aquilo. Arcus *m.* quum sunt duplices, pluuias² nuntiant: a pluviis, serenitatem non perinde certam: *4* Circuli noui circa sidera³ aliqua, pluuiam.

S 5

LXXXI.

- 1.* nunciant. *M.* *2.* ac si circa stabunt. *M.* ac si circa purae stabunt. *V.* *3.* Circulus nubis. *V.*
4. nuntiant et pluviis. *V.* *5.* aliqui. *V.*

k. Si volitare) Virg. Georg. I. 365. Saepe etiam stellas vento impendente videbis Praecipites caelo labi, noctisque per umbras Flamarum longos a tergo albescere tractus. Repte vero admonuit Seneca Natt. Quu. I. 1. p. 832. Argumentum tempestatis nauiae putant, quum multae transvolant stellae: quod si signum ventorum est, ibi est, ubi venti sunt, id est, in aere, qui medius inter Lunam et terram est. Vide etiam Auienum, p. 71. H.

l. Sunt in signo) Geminus in Elem. Astron. c. 2. p. 12.

Ἐν τῷ Καρκίνῳ νεφελοειδεῖ συσροφῆσσομότες παλαιώτατη Φάτη. οἱ δὲ πλήσιον αὐτῆς δύο ἀζέρες καίμενοι, ὅντες προσαγορεύονται. Quae stellae in Cancro nebulae, stellarum congregationi similes sunt, vocantur Praesepē: duas stellae praesepi vicinae vocantur Asini. Vide et Festum Auienum fol. 79. et Theophr. de sign. pluu. et ventorum p. 113. H.

m. Arcus quum sunt) Aratus in Prognosticis interprete Auieno p. 71. Si discolor Iris Demittat gemino se fornice . . . Pluribus abruptis

LXXXI. Quum aestate vehementius tonuit quam fulsit, ventos ex ea parte denuntiat: contra si minus tonuit, imbrem. Quum sereno caelo fulgetrae erunt et tonitrua, abhiemabit. Atrocissime in autem, quum ex omnibus quatuor partibus caeli fulgurabit. Quum ab Aquilone tantum, in posterum diem aquam portendit. Quum a Septemtrione, ventum eum. Quum ab Austro, vel Coro, aut Fauonio, nocte serena fulgarauerit, ventum et imbrem ex iisdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana.

LXXXII. Nubes quum sereno et caelo feruntur, a quacumque parte id fiet, expectentur venti: si eodem loco globabuntur, appropinquante Sole discutientur. Et hoc si ab Aquilone fiat, ventos: si ab Austro, imbres portendent. Sole occidente si ex vtraque parte eius caelum petent, tempestatem significabunt. Vehementius atrae ab oriente, in noctem aquam minantur: ab occidente, in posterum diem. Si o. nubes, vt vellera lanae, spargentur multae ab oriente, aquam p. in triduum prae-

1. Sic ex MSS. em. Hard. fulgurat V. fulget, pluviae erunt, et tonitrua, et biemabit Gr. et Al. 2. in caelum. V. 3. appropinquantesque soli discutiantur, et hoc ab. M. 4. si ab vtr. par. e. cael. petent. V.

ptis fundetur nubibus imber. tent, etc. Theophr. quoque H.

n. Atrocissime) Theophr. L. de sign. vent. p. 119. H. o. Sinubes, vt vellera) Aratus l. c. Vellera si caelo voli-

ptis fundetur nubibus imber. tent, etc. Theophr. quoque L. de sign. pluu. et vent. p. III. H. p. Aquam in triduum prae-sagient) In vet. Cod. non in triduum, sed in pertriduo. vt

praesagient. Quum q. in cacuminibus montium nubes r. confident, hiemabit. Si r. cacumina pura fient, differenabit. s. Nube grauida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit. Caelo quamuis sereno nubecula ² quamuis parua ventum procellosum dabit.

LXXXIII. Nebulæ e montibus descendentes, aut caelo cadentes vel t. in ³ vallibus sidentes, serenitatem promittunt.

LXXXIV. Ab his terreni ignes proxime significant: pallidi namque, murmurantesque, tempestatum nuntii sentiuntur: pluiae ⁴ etiam in lucernis v. fungi. Si flexuose volitet flamma, ventum.

Et

1. Sic et M. concident Gr. 2. quaevis parua V.

3. Sic ex MSS. em. Hard. sedentes Gr. et vulgg.

4. etiam, in M. d.

vt forte scribendum sit, in posterum diem. Pint.

q. Quum in cacuminibus) Theophr. L. de sign. temp. Ορέων κορυφαῖς κατεχόμεναι ὑπὸ νεφέλων, χειμέριον. H.

r. Si cacumina pura fient, differenabit) Dies serenabitur, non differenabit, in eodem et mox paulum, flatum non ventum. Pint.

s. Differenabit) Dies serenus erit. Theophr. L. de sign. seren. Τὰ δὲ . . . ὅταν τὰς κορυφὰς καθαρὰς ἔχωσιν, εὐδίᾳ σημαίνεται. Montes quum habent pura cacumina, serenitatem significant. H.

t. Vel in vallibus sedentes) Verior lectio sidentes, vt illud Ouidianum, subsidere valles. fauet et vetus exemplar. Pint.

u. Fungi) Fungus is fuligo et fauilla est, cum fumo egressa, quae aëris crassitie cohibita, in lucerna residerat ac madet, atque fungi imaginem reddit. Virgilius: in loco infra laudato. Aristoph. ἐν σΦηξὶ, ἐκ ἕθ' ὅπως εχήμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον ὑδωρ ἀναγκαῖον ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι, ἐπεισὶ γένεν τέτοισι λύχνοι. οὗτοι μάκητες Φιλεῖ δ' ὅταν ἡ τεττὴ ποιεῖν υετὸν μάλιστα. Victorius cap. 14. L. XVIII.

et

Et x. lumina quum ex sese flamas elidunt, aut vix accenduntur. Item y. quum in eo pendentes coaceruantur scintillae: vel quum tollentibus ollas carbo z. adhaerescit, aut quum contextus ignis e se fauillam discutit, scintillamue emittit: vel quum cinis in foco concrescit, et quum carbo vehementer perlucet.

LXXXV. Est et aquarium significatio. Mare 2 si a. tranquillum in portu a cursu stabit, et murmurauerit intra se, ventum praedicit. Si identidem, et

1. in iis. V. sub. luminibus. 2. si tranquillo por-
tu. M.

et 21. L. XXXIII. Aratus,
ἢ λύχνοιο μύητες ἀγείρον-
ται περὶ μύξαν. Callimach.
εὔτ' ἀν λύχνος δ' αἴρομένε
ἄδην ἐγγείοντο μύητες.
Theophr. libello de signis
ventorum, pluuiae, etc. καὶ
οἱ μύητες ἐὰν νότια ἢ ὑδωρ
σημαίνεσθι. Dal.

In lucernis fungi) Theophr. L. de sign. pluu. et vent. p. III. Καὶ οἱ μύη-
τες, ἐὰν νότια ἢ, ὑδωρ ση-
μαίνεσθι. Fungi in lucernis,
flantibus Austris, aquas praenun-
ciant. Virg. Georg. I.
390. Nec nocturna quidem
carpentes fila puellae Nesciue-
re biemem, testa cum ardente
viderent Scintillare oleum,
et putres concrescere fungos.
H.

x. Et lumina) Theophr.
L. de sign. temp. p. 124. H.
y. Item quum) In vet. Cod.
Item quum in eone pendentes.
Scribendum forte non eone,
sed fune. Pint.

z. Carbo adhaerescit) Apud
Aratum et Theophr. ollae
impositae suo tripodi complures scintillae. Dalec.

a. Mare si tranquillum) Vetus Codex praefert: Ma-
re si tranquillo in portu cursu
stabit. Murmurauerit, ut in-
tra se. Scribendum arbit-
tror, Mare si tranquillo in
portu cursitabit, murmurauer-
it ut intra se. Hoc verbo
cursito non multo ante usus
est Plinius. Item exemplaria
quaedam composita for-
ma commurmurauerit habent,
non murmurauerit. Pint.

et hiemem, et imbre. ¹ Litora b. ripaeque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem: item maris ipsius tranquillo sonitus, spumae disperfae, aut aquae bullantes. Pulmones marini in pelago, plurium dierum hiemem portendunt. Saepe et silentio intumescit, ² flatuque c. altius solito iam intra se esse ventos fatetur.

LXXXVI. Evidem et montium sonitus, nemorumque mugitus praedicunt: et sine aura, quae sentiatur, folia d. ludentia. Lanugo e. populi, aut spinae, volitans: aquisque pluma innatans. Atque etiam

i. *Litoris ripaeque ipsius tranquillus sonitus spumaeue dispersae.* M.

b. *Litora ripaeque si, etc.*)

Theophr. ἀντην βοῶσαν, αὐγιαλὸν ἡχῶντα dixit. Dal.

Litora ripaeque) Theoph.

l. c. et L. de sign. vent. p.

118. Virg. Georg. I. 356. Con-

tinuo ventis surgentibus aut freta Ponti incipiunt agitata tumescere: et aridus altis Montibus audiri fragor: aut resonantia longe Litora misceri: et nemorum increbescere murmur. H.

c. *Flatuque)* Forte, inflatuque. H.

d. *Folia ludentia)* Virg. Georg. I. 368. Saepe leuem paleam, et frondes volitare caducas, Aut summa nantes in aqua colludere plomas, etc. H.

e. *Lanugo)* In Arato, ἡδη πάπποι λευκῆς γῆρεον ἀνάθης. Spinam albam interpres exponunt Ciha-

2. *fluctu.* Pint.

ram. Plinius substantivum esse putauit, non adiectivum, qui populum intellexerit. Auienus sic vertit v. obs. sq. Dalec.

Lanugo - aut spinae) Spinae albae. Aratus in Διοσκουρεῖα p. 117. Ἡδη πάπποι λευκῆς, γῆρεον ἀνάθης. Sic enim apud aliquem Graecum scriptorem Plinius legisse intelligitur, et λευκῆς de populo alba accepisse: et quidem recte. Sunt autem albae spinae, quam Arati Schol. ηὐαγέαν vocat, pappi, carduorum flores, ut Festus explanat. Auienus Aratum sic reddidit: *Iamque super latices florum volitare sene*. Etiam etc. Mox suus fragor idem valet, ac peculiaris, qui

etiam in campis tempestatem venturam praecedens suus fragor; caeli quidem murmur non dubiam habet significationem.

LXXXVII. Praesagiunt et animalia. Delphini f. tranquillo mari lasciuientes, flatum, ex qua veniunt parte: item spargentes aquam turbato, tranquillitatem. Loligo g. volitans, conchae adhaerentes, echini h. affigentes se, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Ranae i. quoque ultra solitum vocales. Et k. fulicae matutino clangore.

Item

qui in campis audiri solet fragor. H.

f. *Delphini tranquillo*) De hac re vide multa prodita a Rhodigino cap. 6. L. VIII. Dal.

Delphini) Cicero de diuin. II. p. 270. *Loligines et Delphini exultantes tempestatem futuram significant*. H.

g. *Loligo volitans*) Huius rei causam reddit ex Plutarcho idem c. 28. L. XXIV. Dal.

Loligo volitans) Plutarch. in Qua. Natt. p. 916. Διά τι τευθίς Φαινομένη σημεῖόν ἐσι μεγάλη χειμῶνος; Cur loligo conspecta signum est magnaem tempestatis? Causam eius rei inuestigat. Adi et Theophr. L. de sign. temp. p. 124. H.

b. *Echini*) Vide L. IX. 51. H.

i. *Ranae*) Cicero 2. epist. ad Atticum, *Equidem etiam*

pluias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranae enim ἔητορεύσοι. Aratus ἡ μάλλον δειλαγενεύς ὑδροστιν ὄντεις. Αὐτόθεν εξ ὑδάτων πατέρες βούσσοι γεγίνων. Mur. Variar. c. 20. L. I. Dal.

Ranae quoque) Sic Aratus, interprete Auieno, loco citato. Si repetunt veterem ranae per stagna querelam. Et Virgil. Georg. I. 378. Et veterem in limo ranae cecinere querelam. H.

k. *Et fulicae*) Η τρύζει ὄρθριον ἐρημαῖη δλοχυγῶν, Aratus. Theophr. vero, καὶ ἐρώδιος ὄρθριον θεγνόμενος ὑδωρ ἡ πνεῦμα σημαίνει Turneb. c. 13. XXV. ἐρώδιον Cicero fulicam κέω Φοι Mergum Virgilius reddit τὴν αἰθυῖαν. Item tamen Theophr. scribit, καὶ ὀλογυῶν ἀδεσσα μόνη ἐν ἀπορείαις, χειμέριον. Dal.

Er

Item mergi, anatesque, pennas rostro purgantes, ventum: ceteraeque aquatice aues concursantes: Grues *l.* in mediterranea¹ festinantes: Mergi *m.* maria aut stagna fugientes. Grues *n.* silentio per sublime volantes, serenitatem: sic *o.* noctua in imbre garrula: at² sereno, tempestatem: Coruique *p.* singultu quodam latrantes, seque concutientes, si con-

l. fugientes. V. *2. at serena tempestate corui singultu. V.*

Et fulicae) Idem Arati interpres p. 71. *Et quum parua fulix trepido petit arua volatu, Stagna sinens, longaque iterat clangore querelas:* Indicat insanis freta mox canescere ventis: *Latipedemque anarem cernes excedere ponio Saepius.* De mergis et anatibus, Theophr. L de sign. pluu. et vent. p. 112. et L. de sign. vent p. 118. H.

l. Grues in) Aratus eodem interprete, fol. 72. — *Si Threiciae per apera Sponte grues, trepidant, nec sese audacibus aethrae Committunt pinnis . . . Mox tempestates et nubila tetra centur.* Adde et Aelian. H. A. VII. 7. H.

m. Mergi maria aut stagna fugientes) In veteri codice, *Mergi, cauiae, maria aut stagna fugientes.* Legorauiae non cauiae: avis genus, Graece λαρὸς Aristoteli Pint. *Mergi maria*) Vide

Turn. c. 22. L. XIX. Aduersar. Dal.

Mergi maria) Lucanus eleganter, V. 552. *Nec placet incertus qui prouocat aequora Delphin:* Aut siccum quod mergus amat: quodque ausa volare Ardea sublimis pennae confusa natant: Adde Virg. Georg. I. 360. et Cassiod. Varr. III. ep. 48. H.

n. Grues silentio) Theophr. de sign. seren. p. 128. et Aelian. II. cc. H.

o. Sic noctua) Theophr. et Aelian. II. cc. H.

p. Coruique, etc.) De corui praesagio Theophrasti editum exemplar mutilum est. Turn. c. 13. XXV. sic leguisse visus est: οὐραξ πολλὰς μεταβάλλειν εἰωθῶς Φωνὰς ταύτην τὴν δίς Φθέγγεται, καὶ ἐπιρροιέται, καὶ αὐτὸν τινάξῃ, ἀν διατελῇ ἀνέμες σημανεῖ, εὰν δὲ μιμῆται τῇ Φωνῇ τες σαλαγμεῖς, καὶ εὖ μὴ τὴν εἰωθυῖσαν Φωνὴν

continuabunt, ventos: si vero carptim vocem reforbebunt, ventosum imbre. Gracculi q. sero a pabulis recedentes, hiemem. Etr. albae aues, quum congregabuntur. Et s. quum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes feso: sed maxime t. cornix. Hirundo tam iuxta aquam voli-

η καὶ ἐπιγέοιβδη, ὑδωρ ἐπιγέοιζεν. De pennarum fusurro et stridore exponit Aelianus de voce his verbis: — et tenui cum stridunt gutture corui. Ego vero per onomatopoeiam interpretor, vocem intra fauces refluentem, reuocatam, et quasi strangulatam edere, ut corui solent interiori gutture murmurantes. Dal.

Coruique) Aratus, l. c. Agmine quum denso circumuolitare videtur Gracculus, et tenui quum stridunt gutture corui, Conuenit instantes praenoscere protinus imbris. H.

q. Gracculi) Theophr. de sign. temp. p. 125. H.

r. Et albae aues) Theophr. l. c. et Aelianus. H.

s. (Et quum terrestres) Seru. in Georg. l. v. 375. *Hic locus, inquit, omnis de Varrone est, Atacino scilicet, ille enim sic: Tum liceat pelagi volucres, tardaque paludis Cernere inexplio studio certare lauandi: Et velut insolitum pennis infundere ro-*

rem. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo, etc. De hirundine etiam Theophr. L. de sign. pluu. et vent. p. III. H.

t. *Cornix*) De cornice Aratus. In terra prope littus eminens, quum tempestas incipit, demissio capite cornix stat: παρ̄ ηίοντι πρεχεσθη χειματος εεχομένη, χερσώ υπέκυψε νορῶνη. Virgilius: Et sole in secca secum spatiatur arena. Theophr. νορῶνη ἐπὶ πέτρας καθεσομένη, (alii, νορυκενομένη, erocitans) τὴν πῦρα καταπλύση, ὑδωρ σημαίνει: in scopulo, vel saxe, quod undae circumuerberant, cornix sedens, pluuiam nuntiat. Dal.

Maxime cornix) Géop. auct. I. 3. p. 7. Καὶ νορῶνη ἐπὶ αἰγιαλῇ τὴν κεφαλὴν διαβρέχεται, ἡ πᾶσα υγομένη . . . ὀμβρες προμηνύει. Lucanus V. 555. Quodque caput spargens undis, velut occupet imbre, Instabiliti gressu metitur littora cornix. H.

volitans, ut penna saepe percutiat. Quaeque *v.* in arboribus habitant, fugitantes¹ in nidis suis. Et anseres *x.* continuo clangore intempestiui. Ardea in *y.* mediis arenis tristis.

LXXXVIII. Nec mirum, aquaticas, aut in totum volucres praefagia aeris sentire. Pecora *z.* exsultantia, et indecora lasciuia ludentia, eamdem significationem habent. Et *a.* boues caelum olfactantes,

z. in nidos suos. Pet.

v. Quaeque in arboribus) De querquedula id Varro in Sarrano: *Aut frigidos nimbos aquae caduciter ruentis, Praeinnuere aquatiles querquedula natantes.* Scalig. apud Nonium. *Dal.*

x. Et anseres) Theophr. l. c. p. 124. H.

y. Ardea in mediis) Ut Milaus. Varro in Sequiulysse: *Lugere volitans miluos visus, aquam e nubibus tortam indicat fore, ut tegillum sibi sumat pastor.* Nonius Virg. de Ardea. — *notasque paludes Deserit, atque altam supra volat Ardea nubem* *Dal.*

Ardea) Inter signa tempestatis Lucanus illud affert V. 549. *Quodque ausa volare Ardea sublimis pennae confusa natanti.* H.

z. Pecora) Hoc illud est, quod Virgilius dicit, I. 423.

Vol. VI.

Et laetae pecudes, etc. Aratus, interprete Auieno p. 74. *Pastor id indicum pluialis frigoris edet, Et si persultans aries lascivius herb. Apperat: aut se se sustollant saltibus hoedi: Vel si iuge gregi cupiant baerere etc.* Vide etiam Aelianum H. A. VII. 8. H.

a. Et boues caelum, etc.) Arist. cap. 21. L. VI. hist. animal. *Dal.*

Et boues) Virg. Georg. I. v. 375. *Aur bucula caelum suspiciens, parulis captauit naribus auras.* Id quod ex Varrone Atacino haufisse Virgilium auctor est Seruius in eum locum, vbi Varronis carmen laudat eiusmodi: *Et bos suspiciens caelum, mirabile visu, Naribus aereum patulis decerpfit odorem.* Theophr. quoque L. de sign. pluu. et vent. p. III. H.

T

tes, seque *b.* lambentes ¹ contra *c.* pilum. Turpesque *d.* porci ² alienos sibi manipulos feni lacerantes: segniterque et contra industriam suam absconditae formicæ, vel concursantes, aut *e.* oua progerentes. Item *f.* vermes terreni erumpentes.

LXXXIX. Trifolium quoque inhorescere, et folia contra tempestatem subrigere certum est.

XC.

- 1. contra pluuiam.* *M.* citam pluuium. *Vet.* ^{2.} alieno
subfultu manip. *V.* alieno sibilo man. *Alii.* *V.*

b. Seque lambentes) Theophrastus καὶ τὴν προσθιὰν ὄπλην λείξας, et anterio-rem vngulam pedis lingens: sententia valde diuersa. *Dal.*

c. Contra pilum) Sic pecti capillos dixit Cael. Aurel. II. 4. nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam. MSS. omnes, *contra pluuiam.* Diuersa paululum sententia Auienus l. c. Bubus arator idem trabit atræ signa procællæ, *Lambere si lingua pri-ma hos vestigia forre Viderit, aut dextrum prosternere cor-pus in armum.* *H.*

d. Turpesque porci) Expli-cat id Politianus, in Rust. *Quum sibi non factos sus dis-sipat ore maniplos.* *H.*

e. Aut oua progerentes) Plutarch. De animal. prud. τὰς δὲ τῶν σπερμάτων ἐκ-θέσεις καὶ διαψύξεις ἐντὸς

ὑετῷ ποιεῖται σημεῖον Ἀρα-τος. Καὶ ποίης μύρμηκος ὅχῆς ἐξ ὧν πάντα Θάσσον ἀνηγέναντο, etc. καὶ τινὲς εἰς ὧν γράφεστι. ἀλλὰ ήταν, τὰς ἀπομεμένες καιρπὲς ὅταν εὐρῶτα συνάγοντας αἰσθῶται, καὶ Φοβηθῶσι Φθορᾶν καὶ σῆψιν ἀναφέ-γειν. Idem et Theon Arati interpres. Leopardus cap. 26. l. VII. Virgilius: *Sae-pius et rectis penetralibus ex-tulit oua Angustum formica-terens iter.* Politianus: *Pro-gerit oua cauis patiens formi-ca laborum.* Dalec.

Aut oua progerentes) Ata-cinus Varro, l. c. Nec te-nuis formica cauis non eue-bit oua Virg. Georg. I. 380. *Saepius et rectis penetralibus extulit oua, Angustum formi-ca terens iter.* *H.*

f. Vermes terreni) Aratus, σκώληκες νεῖνοι τὰς καλέσ-

XC. Necnon et in conuiuiis mensisque nostris,
vasa quibus esculentum additur, sudorem reposi-
toriis g. & linquentia, diras tempestates praenun-
tiant,

i. sudorem in repos. V. II 2. relinquentia. M.

στι μελάνη: ἐντέρα γαῖν.

Dal. g. *Repositoriis) Quid re-*
Iem vermes) Theophr. L. positorum olim diceretur,
de sign. temp. p. 124. H. aperiens opportunius, L.
XXXIII. 49. H. ~~μετοπος~~

*stic sunt oblongi, apertus caput, dorso distingue-
tis, cunctis annosgillum caput, v. si no-
atius aperit, nunc oblique oblongi, rami curvi
r. tenui lora, s. c. subnudus, n. subnudus, v. oblongi
et apertus caput, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-*

*stic sunt oblongi, apertus caput, dorso distingue-
tis, cunctis annosgillum caput, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-
atius aperit, n. subnudus, v. oblongi, r. tenui lora
c. subnudus, v. si no-*

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XIX.

I.

Siderum quoque tempestatumque ratio, vel imperitis facilis, atque indubitate modo monstrata est: vereque intelligentibus a. non minus conferunt rura deprehendendo caelo, quam sederalis scientia agro colendo. Proximam multi hortorum curam fecere: nobis non protinus transire ad ista tempestuum videtur. Miramurque b quosdam 3 scientiae gratia, eruditionis suae gloriam ex his petentes tam multa praeteriisse, nulla mentione habita tot rerum sponte curaue prouenientium, praesertim quum plerisque earum, pretio usque vitae, maior etiam, quam frugibus, perhibeatur auctoritas. Atque ut a confessis ordiamur utilitatibus, quae-

1. quidem. Pint. ceterum in Gr. ed. hic incipit proo-
mum. 2. monstrata: verum quia intel. V.
3. scientia grates. V. scientia gratus. Alii. V.

a. Non minus conferunt rura deprehendendo caelo, quam sederalis scientia agro colendo. Proximam multi hortorum curam fecere) Error est in suppositione verborum. Scribo, non minus conferunt rura deprehendendo caelo, quam sederalis scientia. Agro colendo proximam multi,

Non minus) Vide quae de hoc arguento praclare et ornate dixit auctor, lib. sup. f. 69. H.

b. Miramurque quosdam scientiae gratia eruditionis suae gloriam ex his petentes) Scribendum, Miramurque quosdam

que non solum terras omnes, verum etiam maria
repleuere: feritur, ac diei neque inter fruges, ne-
que inter hortensia potest, linum. Sed in qua non
occurret vitae parte, quodue miraculum maius,
herbam c. esse quae admoueat Aegyptum Italiae:
in tantum, ut Galerius a freto Siciliae Alexandriam
septima die peruererit, Babilius d. sexta, ambo
praefecti: aestate vero proxima Valerius Marianus
ex Praetoriis Senatoribus, a Puteolis nono die le-
nissimo flatu? Herbam esse, quae ¹ Gades ² ad Her-
culis columnas septimo die Ostiam afferat, et e. ci-
teriore Hispaniam quarto, prouinciam Narbo-
nensem tertio, Africam altero: quod etiam mollis.
fimo flatu contigit C. ³ Flauio f. legato Vibii Crispi

T 3 Pro-

1. Gadeis Gr. 2. ac. Pint. 3. C. Flacco Gr. et Al.

quosdam scientiae gratiam,
eruditionisue gloriam, etc.

Pint.

c. Herbam esse) Textis ex
ea herba velis. Linum
Graeci, et Galli pariter vo-
cant, herbam vulgo notam,
quae cannabis modo tundi-
tur in lanae mollitiem, ad
linteorum texturas. H.

d. Babilius) De eo Sene-
ca Natt. Quu. c. 2. p. 886.
Babilius virorum optimus, in
omni litterarum genere rarissi-
mus, auctor est, quum ipse
praefectus obtineret Aegyptum,
Heracleotico ostio Nili quod
est maximum, spectaculo sibi
fuisse etc. Delphinorum
pugnam describit cum cro-
codilis, de qua nos L. VIII.

diximus f. 38. Fauore Agrip-
pinae Aegypto praefectum
a Nerone fuisse auctor est
Tacitus Annal. XIII p. 205.
Babilum astrologum, ut opini-
or, Suetonius vocat, in Ne-
rone, c. 36. Praenomen ei
Caio fuit. H.

e. Et citeriore Hisp.) Et
merces a citeriore Hispania
Ostiam afferat die quarto,
etc. H.

f. C. Flauio) Ita MSS.
omnes: non Flacco. Is esse
omnino videtur, C. FLAV.
HEMIS. qui prius fuisse Le-
gatus Propraetore, LEG.
PROPR. legitur in nummo
argenteo Q. Caepionis Bruti
Imp. Q. CAEP. BRVT. IMP.
apud

Proconsulis? Audax g. vita, scelerum plena: aliquid feri, ut ventos procellasque recipiat: et parum esse fluctibus solis vehi. Iam vero nec vela satis esse maiora nauigiis. Sed quamvis amplitudini antenarum singulae arbores sufficiant, super eas tamen addit velorum alia vela, praeterque alia in proris, et alia in puppibus pandi, ac tot modis provocari mortem. Denique tam parvo semine nasci, quod orbem terrarum vltro citroque portet, tam gracili h. auena, tam non alte a tellure tolli, neque

1. scelerumque plena. V. 2. Sed cum vix. Pint.
3. Sic ex MSS. em. Hard. alte a terra Gr. et Al.

apud Patinum in Famil. p. iniuria sui, quod frangitur, tunditur, et in mollitiam lanae cogitur. Semper enim iniuria fit melius: audacia summa hominum, qui ad tales usus id conuerterunt. Illi robur et aes triplex. Nulla exsecratio sufficit contra inuictorem dictum suo loco nobis. Salmas. 260. 261.

g) Audax vita (scelerum plena, etc.) Legend. Audax id, ac scelerum plenum aliquid feri ut ventos, procellas ut capiat, nec parum esse esse et fluctibus solis vehi; iam vero nec vela satis esse maiora nauigiis, sed, etc: praeter quae in proris alia et alia in puppibus pandi, etc. tam non alte ab tellure tolli; neque illi viribus suis nitit, sed fractum rufisque et in mollitiam lanae coactum iniuria ac summa audacia eo peruenire. Nulla exsecratio sufficit contra inuictorem dictum suo loco nobis, cui satis non fuit, etc. Einum inquit, non suis viribus nititur ut orbem terrarum vltro citroque portet, sed eo peruenit iniuria sui, et hominum audacia summa:

H. iniuria sui, quod frangitur, tunditur, et in mollitiam lanae cogitur. Semper enim iniuria fit melius: audacia summa hominum, qui ad tales usus id conuerterunt. Illi robur et aes triplex. Nulla exsecratio sufficit contra inuictorem dictum suo loco nobis. Salmas. 260. 261.

Audax vita) Audax, ut ille cecinit, Iapeti genus! Nam vitam dicere pro hominibus, seu mortalium genere, familiare Plinio est. Quid hic Salmasius mouet, dum pro acri ea oratione, illud iacens et languidum obtrudit, in Solin. p. 260. Audax id, ac sceleris plenum?

H.

b. Tam gracili auena, tam non alte a terra tolli) In codice vetusto, tam gracili auena tam alte a tellure tolli, et

id viribus suis necisti; sed *i.* fractum tufumque¹ et in mollitatem lanae coactum, ² iniuria ac summa audacia, ³ eo peruenire. *k.* Nulla execratio sufficit contra inuentorem dictum suo *l.* loco a nobis; cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret et insepultus. At *m.* nos priore libro imberes et flatus cauendos, frugum causa victusque, praemonemebamus. Ecce seritur hominis manu, metitur eiusdem hominis ingenio, quod ventos in mari optet. Praeterea ut sciamus fauisse *n.* poenas, nihil dignitur facilius: ⁴ ut fentiamus nolente *o.* id fieri

T 4

na-

- 1. Sed passum tufumque Gr. et Al.* *2. iniuria naturae ac s. Gr.* *3. et quo peruenire nulla Gr.* *4. et ut fent. V.*

et mox paulo fractum non passum. Pint.

i. Sed fractum tufumque) Nam maceratur aqua, tunditurque, semper iniuria melius, ut dicetur in fine s. *3.* Vide N. et Em. N. I. (hic adi). *Sed*) Ita rescripsimus ex cod. R. *2.* quum prius legeretur, *sed passum tufumque.* Adstipulatur ei lectio Apuleius in L. de remediis salutaribus, quem Salmasius quoque vidit, in Solin. p. 261. Sic enim Plinianum locum hunc totum compilauit: *Parvo ergo semine nascitur, quod orbem terrarum vltro citro portat, tum gracili auena, ram non alte a tellure sublata: nec viribus suis nexum, sed fra-*

ctum tufumque, et in mollietatem lanae coactum. H.

k. Eo peruenire) Ut nempe orbem terrarum vel sic vltro citroque portet. H.

l. Dictum suo loco) L. VII. 57. *Vela Icarus, malum et Antennam Daedalus inuenit,* etc. Huc etiam refer quod habet Horat. I. Od. *3. Illi robur et aes triplex,* etc. H.

m. At nos priore libro) Superiore libro XVIII 76. et alias passim. H.

n. Fauisse poenas) Hoc est, ea vltro crescere, quae dignuntur in hominum poenam. H.

o. Nolente id fieri) Ita MSS. omnes. Alii, *nolente id seri.* H.

natura: vrit p. agrum, deteriore inque etiam ¹ terram facit.

II. (I.) 1. Seritur q. sabulosis maxime, vnoque r. fulco: nec magis festinat aliud. Vere s. satum aestate vellitur: et ² hanc t. quoque terrae iniuriam facit. Ignoscat tamen aliquis Aegypto serenti u., vt Arabiae Indiaeque merces importet: itane et Galliae censemur hoc reditu? montesque x. mari

i. ipsum. V. 2. et magnam quoque. Alii. bane quoque. Alii expuncto, etc.

p. Vrit agrum) Vide quae diximus, XVII. 7. H.

q. Seritur sabulosis maxime) Pingui et laeto solo, humidiore, non fitiente. Colum. cap. 10. L. II. pinguissimo loco, et modice humido Pallad. c. I. L. XI. Dal.

Seritur sabulosis) Pinguissimum locum et modice humidum poscit, nec macrum respuit, inquit Columella, II. 10. H.

r. Vnoque fulco) Terra vel semel arata. H.

s. Vere satum) Gratius in Cyneg. v. 57. Idcirco et primas linorum tangere messes Ante verant, quam maturis accederit annus Ignibus, et claro Pleias se prompserit ortu. Vergiliarum exortu aestivalem incipere superiore libro diximus f. 69. H.

t. Terrae iniuriam fecit) Quod tam cito et propere succum terrae eripiatur. Dal.

Et bane — iniuriam) Quod nempe velli a radice illud oporteat, non vt frumenta meti: Quod dum ita fit, terrae succus omnis extrahitur, vt Plinius admovit libro superiore f. 72. Alibi, inquit, frumenta ab radice vellunt; quique id faciunt, proscindi ab se obiter agrum interpretantur, quum exirabant succum. H.

u. Aegypto serenti) Laudat Aegyptia vela Hermippus apud Athen. I. p. 27. H.

x. Montesque) Nec satis fuit, ne maria Galli tentarent, oppositos a natura montes Mediterraneo mari, Alpes ac Pyrenaeos: ab oceani vero parte ipsum inane, spatiumque illud aequoris et aeris immense fusum, in quo nullum occurrere creditur litus aduersum, quo possit appellari. H.

¹ mari oppositos esse non *y.* est satis, et a latere Oceani obstat ipsum quod vocant *Inane?* ² Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum existinati Morini, imo vero Galliae vniuersae ² vela texunt. Iam quidem et Transrhenani *a* hostes: nec pulchriorem aliam vestem eorum feminae nouere. Qua admonitione succurrit, quod M. Varro tradit, in Seranorum familia gentilitium esse, feminas ³ linea ueste non *vti*. In Germania *b.* autem defossi ⁴ atque sub terra id opus agunt. Similiter ⁵ et in Italia⁶ regione *c.* Alliana inter Padum Ticinumque amnes, vbi a *d.* Setabi tertia in Europa lino palma: secun-

T 5 dam

1. terris. Dal. *2. telas ex eo texunt. V.* *3. lin-
tea. Ch.* *4. et M.* *5. etiam. M.* *6. sic et
Turn. in Italiae ratione aliena. ratione alia Gr. et Al.*

y. Non est satis) Nisi et mari nauigando linum ferat Gallia. *Dal.*

z. Inane) Inane et de mari et aere dici, vide apud Turneb. c. 9. L. XI. tom*I.* Aduersar. *Dal.*

a. Transrhenani hostes) Batavos, opinor, intelligit, qui insulam Rheni amnis incolunt, Cattorum quondam populum, dum trans Rhenum degerent, ut Tacitus ait L. de moribus Germanorum p. 134. Etiam nunc Hollandicum linum, et candore, et firmitate, et filamentorum exilitate praefertur ceteris omnibus. *Toile de Hollande, toile de Frise.* Parisino secunda palma. *H.*

b. In Germania) Sed et in Gallia quoque: propter frigus, aestusque, lino inimica. *H.*

c. Regione Alliana) Ex qua linis nomen Allianis: quibus post Retouina mox palma defertur. Prius legebatur *ratione alia.* In R. *I.* *2.* *ratione aliena.* In Colb. *2.* *regione aliena.* *H.*

d. A Setabi) Setabis oppidum Hispaniae in edito monte situm, laudatissimi lini prouentu nobile, quamvis Strabo et alii quidam fluuium ~~e~~ dicant. Gratius in Cynegeticis: *Hispanique alio spectantur Setabes vsu.* Silius L. II. *Setabes et telas Arabum spreuisse superbas,*

Et

dam enim in vicino Allianis capeſſunt Retouina *e.*, et in Aemilia via Fauentina. Candore Allianis *f.* ſemper crudis Fauentina preeferuntur: Retouinis tenuitas ſumma densitasque, candor aequa ut Fauentiniſ, ſed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud alios offendionem habet. Nervositas *g.* filo aequalior paene quam araneis, tinnitusque, quum dente *h.* libeat experiri: ideo duplex *i.*, quam ceteris, pretium.

j. 2. Et *k.* Hispania citerior habet ſplendorem lini praecipuum, torrentis in quo politur natura, qui

Et Pelufiaco filum componere lino. Catullus ob ſudaria Setaba per illiberalem iocum ſurrepta Aſinio hendeſ syllabos minatur Had. Iun. c. 28. L. IV. *Dal.*

A Setabi) Post lina Setaba, de quibus egimus in Praef. ad T. Vefpaf. De Setabi oppido diximus L. III. 4. Silius Ital. III. *Setabis et telas Arابum spreuiſſe ſuperba,* *Et Pelufiaco filum componere lino.* Gratius quoque in Cyneget. v. 41. *Hispanique alio ſpectantur Setabes vſu.* *H.*

e. Retouina) Ab oppido Retouio, ſiue Ritobio, quod Liuio dici Litubium L. XXXII. Cluuerius arbitratur, in Ital. ant. p. 78. *H.*

f. Allianis ſemper crudis Fauentina preeferuntur) Allia lina ſemper cruda appellaſt, quae ſemper flaua manent, vtpote quae nulla maceratione aut politione can-

dorem trahere poſſint. Vide *Salmas.* pag. 765. b. 766. a.

Semper crudis) Semper flauis, quae nulla maceratione aut politione candorem trahunt. Sic Maro, in nono Aeneid. corticem crudum dixit pro viridi. *H.*

g. Nervositas) Firmitas ei filo eſt, aequalitasque, hoc eſt, laeuor, ac perpetua fine villa offendione politura. *H.*

b. Quum dente) Vel oris, quod magis probo, vel penſinis, vt quidam exponunt. *Dal.*

Quum dente) Si dentes morsu filum prehendas, idemque digito tendas, ac subinde quatias, dente tum tinnitum ſentias, ſonitumque. *H.*

i. Duplex quam) Hac loquendi forma vſus etiam Colum I. 8. *H.*

k. Et Hispania citerior habet, etc.) Lege; *Et id Hispania*

qui ^{1.} alluit Tarraconem. Et tenuitas ^{1.} mira, ibi primum carbasis ^{2.} repertis. ^{2.} Non dudum ex eadem Hispania Zoelicum ^{n.} venit in Italiam, plagis utilissimum. Ciuitas ea ^{3.} Gallaeciae et Oceano ^{4.} propinqua. Est o. sua gloria et Cumano in Campania, ad piscium et alitum ^{5.} capturam. Eadem p. et plagues ^{6.} ^{7.} ^{8.} ^{9.} ^{10.} ^{11.} ^{12.} ^{13.} ^{14.} ^{15.} ^{16.} ^{17.} ^{18.} ^{19.} ^{20.} ^{21.} ^{22.} ^{23.} ^{24.} ^{25.} ^{26.} ^{27.} ^{28.} ^{29.} ^{30.} ^{31.} ^{32.} ^{33.} ^{34.} ^{35.} ^{36.} ^{37.} ^{38.} ^{39.} ^{40.} ^{41.} ^{42.} ^{43.} ^{44.} ^{45.} ^{46.} ^{47.} ^{48.} ^{49.} ^{50.} ^{51.} ^{52.} ^{53.} ^{54.} ^{55.} ^{56.} ^{57.} ^{58.} ^{59.} ^{60.} ^{61.} ^{62.} ^{63.} ^{64.} ^{65.} ^{66.} ^{67.} ^{68.} ^{69.} ^{70.} ^{71.} ^{72.} ^{73.} ^{74.} ^{75.} ^{76.} ^{77.} ^{78.} ^{79.} ^{80.} ^{81.} ^{82.} ^{83.} ^{84.} ^{85.} ^{86.} ^{87.} ^{88.} ^{89.} ^{90.} ^{91.} ^{92.} ^{93.} ^{94.} ^{95.} ^{96.} ^{97.} ^{98.} ^{99.} ^{100.} ^{101.} ^{102.} ^{103.} ^{104.} ^{105.} ^{106.} ^{107.} ^{108.} ^{109.} ^{110.} ^{111.} ^{112.} ^{113.} ^{114.} ^{115.} ^{116.} ^{117.} ^{118.} ^{119.} ^{120.} ^{121.} ^{122.} ^{123.} ^{124.} ^{125.} ^{126.} ^{127.} ^{128.} ^{129.} ^{130.} ^{131.} ^{132.} ^{133.} ^{134.} ^{135.} ^{136.} ^{137.} ^{138.} ^{139.} ^{140.} ^{141.} ^{142.} ^{143.} ^{144.} ^{145.} ^{146.} ^{147.} ^{148.} ^{149.} ^{150.} ^{151.} ^{152.} ^{153.} ^{154.} ^{155.} ^{156.} ^{157.} ^{158.} ^{159.} ^{160.} ^{161.} ^{162.} ^{163.} ^{164.} ^{165.} ^{166.} ^{167.} ^{168.} ^{169.} ^{170.} ^{171.} ^{172.} ^{173.} ^{174.} ^{175.} ^{176.} ^{177.} ^{178.} ^{179.} ^{180.} ^{181.} ^{182.} ^{183.} ^{184.} ^{185.} ^{186.} ^{187.} ^{188.} ^{189.} ^{190.} ^{191.} ^{192.} ^{193.} ^{194.} ^{195.} ^{196.} ^{197.} ^{198.} ^{199.} ^{200.} ^{201.} ^{202.} ^{203.} ^{204.} ^{205.} ^{206.} ^{207.} ^{208.} ^{209.} ^{210.} ^{211.} ^{212.} ^{213.} ^{214.} ^{215.} ^{216.} ^{217.} ^{218.} ^{219.} ^{220.} ^{221.} ^{222.} ^{223.} ^{224.} ^{225.} ^{226.} ^{227.} ^{228.} ^{229.} ^{230.} ^{231.} ^{232.} ^{233.} ^{234.} ^{235.} ^{236.} ^{237.} ^{238.} ^{239.} ^{240.} ^{241.} ^{242.} ^{243.} ^{244.} ^{245.} ^{246.} ^{247.} ^{248.} ^{249.} ^{250.} ^{251.} ^{252.} ^{253.} ^{254.} ^{255.} ^{256.} ^{257.} ^{258.} ^{259.} ^{260.} ^{261.} ^{262.} ^{263.} ^{264.} ^{265.} ^{266.} ^{267.} ^{268.} ^{269.} ^{270.} ^{271.} ^{272.} ^{273.} ^{274.} ^{275.} ^{276.} ^{277.} ^{278.} ^{279.} ^{280.} ^{281.} ^{282.} ^{283.} ^{284.} ^{285.} ^{286.} ^{287.} ^{288.} ^{289.} ^{290.} ^{291.} ^{292.} ^{293.} ^{294.} ^{295.} ^{296.} ^{297.} ^{298.} ^{299.} ^{300.} ^{301.} ^{302.} ^{303.} ^{304.} ^{305.} ^{306.} ^{307.} ^{308.} ^{309.} ^{310.} ^{311.} ^{312.} ^{313.} ^{314.} ^{315.} ^{316.} ^{317.} ^{318.} ^{319.} ^{320.} ^{321.} ^{322.} ^{323.} ^{324.} ^{325.} ^{326.} ^{327.} ^{328.} ^{329.} ^{330.} ^{331.} ^{332.} ^{333.} ^{334.} ^{335.} ^{336.} ^{337.} ^{338.} ^{339.} ^{340.} ^{341.} ^{342.} ^{343.} ^{344.} ^{345.} ^{346.} ^{347.} ^{348.} ^{349.} ^{350.} ^{351.} ^{352.} ^{353.} ^{354.} ^{355.} ^{356.} ^{357.} ^{358.} ^{359.} ^{360.} ^{361.} ^{362.} ^{363.} ^{364.} ^{365.} ^{366.} ^{367.} ^{368.} ^{369.} ^{370.} ^{371.} ^{372.} ^{373.} ^{374.} ^{375.} ^{376.} ^{377.} ^{378.} ^{379.} ^{380.} ^{381.} ^{382.} ^{383.} ^{384.} ^{385.} ^{386.} ^{387.} ^{388.} ^{389.} ^{390.} ^{391.} ^{392.} ^{393.} ^{394.} ^{395.} ^{396.} ^{397.} ^{398.} ^{399.} ^{400.} ^{401.} ^{402.} ^{403.} ^{404.} ^{405.} ^{406.} ^{407.} ^{408.} ^{409.} ^{410.} ^{411.} ^{412.} ^{413.} ^{414.} ^{415.} ^{416.} ^{417.} ^{418.} ^{419.} ^{420.} ^{421.} ^{422.} ^{423.} ^{424.} ^{425.} ^{426.} ^{427.} ^{428.} ^{429.} ^{430.} ^{431.} ^{432.} ^{433.} ^{434.} ^{435.} ^{436.} ^{437.} ^{438.} ^{439.} ^{440.} ^{441.} ^{442.} ^{443.} ^{444.} ^{445.} ^{446.} ^{447.} ^{448.} ^{449.} ^{450.} ^{451.} ^{452.} ^{453.} ^{454.} ^{455.} ^{456.} ^{457.} ^{458.} ^{459.} ^{460.} ^{461.} ^{462.} ^{463.} ^{464.} ^{465.} ^{466.} ^{467.} ^{468.} ^{469.} ^{470.} ^{471.} ^{472.} ^{473.} ^{474.} ^{475.} ^{476.} ^{477.} ^{478.} ^{479.} ^{480.} ^{481.} ^{482.} ^{483.} ^{484.} ^{485.} ^{486.} ^{487.} ^{488.} ^{489.} ^{490.} ^{491.} ^{492.} ^{493.} ^{494.} ^{495.} ^{496.} ^{497.} ^{498.} ^{499.} ^{500.} ^{501.} ^{502.} ^{503.} ^{504.} ^{505.} ^{506.} ^{507.} ^{508.} ^{509.} ^{510.} ^{511.} ^{512.} ^{513.} ^{514.} ^{515.} ^{516.} ^{517.} ^{518.} ^{519.} ^{520.} ^{521.} ^{522.} ^{523.} ^{524.} ^{525.} ^{526.} ^{527.} ^{528.} ^{529.} ^{530.} ^{531.} ^{532.} ^{533.} ^{534.} ^{535.} ^{536.} ^{537.} ^{538.} ^{539.} ^{540.} ^{541.} ^{542.} ^{543.} ^{544.} ^{545.} ^{546.} ^{547.} ^{548.} ^{549.} ^{550.} ^{551.} ^{552.} ^{553.} ^{554.} ^{555.} ^{556.} ^{557.} ^{558.} ^{559.} ^{560.} ^{561.} ^{562.} ^{563.} ^{564.} ^{565.} ^{566.} ^{567.} ^{568.} ^{569.} ^{570.} ^{571.} ^{572.} ^{573.} ^{574.} ^{575.} ^{576.} ^{577.} ^{578.} ^{579.} ^{580.} ^{581.} ^{582.} ^{583.} ^{584.} ^{585.} ^{586.} ^{587.} ^{588.} ^{589.} ^{590.} ^{591.} ^{592.} ^{593.} ^{594.} ^{595.} ^{596.} ^{597.} ^{598.} ^{599.} ^{600.} ^{601.} ^{602.} ^{603.} ^{604.} ^{605.} ^{606.} ^{607.} ^{608.} ^{609.} ^{610.} ^{611.} ^{612.} ^{613.} ^{614.} ^{615.} ^{616.} ^{617.} ^{618.} ^{619.} ^{620.} ^{621.} ^{622.} ^{623.} ^{624.} ^{625.} ^{626.} ^{627.} ^{628.} ^{629.} ^{630.} ^{631.} ^{632.} ^{633.} ^{634.} ^{635.} ^{636.} ^{637.} ^{638.} ^{639.} ^{640.} ^{641.} ^{642.} ^{643.} ^{644.} ^{645.} ^{646.} ^{647.} ^{648.} ^{649.} ^{650.} ^{651.} ^{652.} ^{653.} ^{654.} ^{655.} ^{656.} ^{657.} ^{658.} ^{659.} ^{660.} ^{661.} ^{662.} ^{663.} ^{664.} ^{665.} ^{666.} ^{667.} ^{668.} ^{669.} ^{670.} ^{671.} ^{672.} ^{673.} ^{674.} ^{675.} ^{676.} ^{677.} ^{678.} ^{679.} ^{680.} ^{681.} ^{682.} ^{683.} ^{684.} ^{685.} ^{686.} ^{687.} ^{688.} ^{689.} ^{690.} ^{691.} ^{692.} ^{693.} ^{694.} ^{695.} ^{696.} ^{697.} ^{698.} ^{699.} ^{700.} ^{701.} ^{702.} ^{703.} ^{704.} ^{705.} ^{706.} ^{707.} ^{708.} ^{709.} ^{710.} ^{711.} ^{712.} ^{713.} ^{714.} ^{715.} ^{716.} ^{717.} ^{718.} ^{719.} ^{720.} ^{721.} ^{722.} ^{723.} ^{724.} ^{725.} ^{726.} ^{727.} ^{728.} ^{729.} ^{730.} ^{731.} ^{732.} ^{733.} ^{734.} ^{735.} ^{736.} ^{737.} ^{738.} ^{739.} ^{740.} ^{741.} ^{742.} ^{743.} ^{744.} ^{745.} ^{746.} ^{747.} ^{748.} ^{749.} ^{750.} ^{751.} ^{752.} ^{753.} ^{754.} ^{755.} ^{756.} ^{757.} ^{758.} ^{759.} ^{760.} ^{761.} ^{762.} ^{763.} ^{764.} ^{765.} ^{766.} ^{767.} ^{768.} ^{769.} ^{770.} ^{771.} ^{772.} ^{773.} ^{774.} ^{775.} ^{776.} ^{777.} ^{778.} ^{779.} ^{780.} ^{781.} ^{782.} ^{783.} ^{784.} ^{785.} ^{786.} ^{787.} ^{788.} ^{789.} ^{790.} ^{791.} ^{792.} ^{793.} ^{794.} ^{795.} ^{796.} ^{797.} ^{798.} ^{799.} ^{800.} ^{801.} ^{802.} ^{803.} ^{804.} ^{805.} ^{806.} ^{807.} ^{808.} ^{809.} ^{810.} ^{811.} ^{812.} ^{813.} ^{814.} ^{815.} ^{816.} ^{817.} ^{818.} ^{819.} ^{820.} ^{821.} ^{822.} ^{823.} ^{824.} ^{825.} ^{826.} ^{827.} ^{828.} ^{829.} ^{830.} ^{831.} ^{832.} ^{833.} ^{834.} ^{835.} ^{836.} ^{837.} ^{838.} ^{839.} ^{840.} ^{841.} ^{842.} ^{843.} ^{844.} ^{845.} ^{846.} ^{847.} ^{848.} ^{849.} ^{850.} ^{851.} ^{852.} ^{853.} ^{854.} ^{855.} ^{856.} ^{857.} ^{858.} ^{859.} ^{860.} ^{861.} ^{862.} ^{863.} ^{864.} ^{865.} ^{866.} ^{867.} ^{868.} ^{869.} ^{870.} ^{871.} ^{872.} ^{873.} ^{874.} ^{875.} ^{876.} ^{877.} ^{878.} ^{879.} ^{880.} ^{881.} ^{882.} ^{883.} ^{884.} ^{885.} ^{886.} ^{887.} ^{888.} ^{889.} ^{890.} ^{891.} ^{892.} ^{893.} ^{894.} ^{895.} ^{896.} ^{897.} ^{898.} ^{899.} ^{900.} ^{901.} ^{902.} ^{903.} ^{904.} ^{905.} ^{906.} ^{907.} ^{908.} ^{909.} ^{910.} ^{911.} ^{912.} ^{913.} ^{914.} ^{915.} ^{916.} ^{917.} ^{918.} ^{919.} ^{920.} ^{921.} ^{922.} ^{923.} ^{924.} ^{925.} ^{926.} ^{927.} ^{928.} ^{929.} ^{930.} ^{931.} ^{932.} ^{933.} ^{934.} ^{935.} ^{936.} ^{937.} ^{938.} ^{939.} ^{940.} ^{941.} ^{942.} ^{943.} ^{944.} ^{945.} ^{946.} ^{947.} ^{948.} ^{949.} ^{950.} ^{951.} ^{952.} ^{953.} ^{954.} ^{955.} ^{956.} ^{957.} ^{958.} ^{959.} ^{960.} ^{961.} ^{962.} ^{963.} ^{964.} ^{965.} ^{966.} ^{967.} ^{968.} ^{969.} ^{970.} ^{971.} ^{972.} ^{973.} ^{974.} ^{975.} ^{976.} ^{977.} ^{978.} ^{979.} ^{980.} ^{981.} ^{982.} ^{983.} ^{984.} ^{985.} ^{986.} ^{987.} ^{988.} ^{989.} ^{990.} ^{991.} ^{992.} ^{993.} ^{994.} ^{995.} ^{996.} ^{997.} ^{998.} ^{999.} ^{999.}

z. magna. M. *2. Nam. V.* *3. Galliæ. Ch.*
4. propinqua est. Sua. M. *5. capturas. Cb.*

Ciceronem Verres aestate summa tabernacula carbaseis intenta velis in littore collocari iubet, ubi rotos dies quum impudicis mulieribus perpotaret. *Dal.*

m. Carbasis. Velis e tenuissimo. De carbasi voce Seruius ad illud Aen. III. — *Ez aurae Vela vocant ruminidoque instauratur carbasis austro.* *Carbasus genus lini est,* quod abusue plerumque pro velo ponitur. Quam telam Baptistae Toile batiste Galli vocant, primae tenuitatis, hanc Latine carbasum merito appellaris. *H.*

n. Zoelicum. A Zoelis Hispaniae populis, de quibus L. III. 4. *H.*

o. Est et Cumano. Gratius in Cyneg. v. 34. *Optima Cinypbiae, ne quid cunctere, paludes Lina dabunt: bonus Aeoliae de valle Sibyllæ Ferræ: et aprico Tuscorum stupe campo Messis etc.* *H.*

p. Eadem et plagis. Plagae, retia sunt ad capiendas ferias:

gis materia. Neque enim ¹ minores cunctis animalibus insidias, quam ² nobis metipis lino tendimus. ² Sed Cumanae plagae concidunt ^{r.} apros, et ³ hi ^{s.} casses vel ferri aciem vincunt. Vidimusque iam tantae tenuitatis, vt anulum hominis cum epidromis ^{t.} transirent, uno portante multitudinem qua saltus cingerentur: (nec id maxime mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare): sicut paulo ante Iulio Lupo, qui in praefectura Aegypti obiit. Mirentur hoc ignorantes

^{1.} maiores. M. ^{2.} Sed ad Cumanas plaga concidunt

apri. Vet. ^{3.} hi casses ferri aciem conuincunt. V.

et haec cassesue ferri a. Gr. et Vulgg.

ras: quae retia funibus tenduntur circa imam et summam partem. *Des toiles.* Vnde familiares eae venatioribus formulae, *Mettre les bêtes noires dans les toiles: tendre les toiles: tirer les toiles: lever les toiles.* H.

g. Quam nobis met ipsiſ) Quum lineis velis fisi, maris periculis nos obiicimus. *Dal.*

Quam nobis met ipsiſ) Qui post inuenta e lino vela mortem prouocamus nauigatio-ne mari suscepta, vt dictum est sup. *seſt.* H.

r. Concidunt apros) Erunt fortassis, quibus magis arrideat, *concludunt.* Est enim concludere in venatione visitata vox. *Gratius in Cyne-* *g. v. 49. Incladas retibus* *vrsos.* Et Seneca de Clem. I. *Sic feras lineis et pinna*

conclusas contine. Sed concidi plagiis apros quum dixit auctor, concludi eo loco intellexit, in quo concidi inullo negotio deinde possint: quod sola ferri acies praestare non valeret: itaque, vt statim subiungit idem, ferri aciem eo nomine hi casses vincunt. H.

s. Et hi casses vel ^{t.} *Vide N. et Em. N. II. (hic pos.)* *Et hi* ^{t.} *Prius legebatur, et hae cassesue ferri, etc. MSS.* *et etasceue.* Nos ex coniectura ita rescripsimus. In MSS. ve pro vel nobis haud semel occurrit, vt alibi rursum monituri sumus. H.

t. Epidromis) Imis sumisque funibus, quibus tenduntur retia. Turneb. c. 9. L. V. Aduersar. vulgo, *Les courants.* *Dal.*

Cum

tes in Aegyptii quondam regis, quem Amasim vocant, thorace *v.*, in *x.* Rhodiorum insula ostendi in templo Mineruae, ccclxv. filis singula fila constare: ¹ quod se expertum nuper, Romae prodidit Mutianus ter Consul, paruasque iam reliquias eius superesse hac experientium iniuria. Italia ² et ³ Pelignis etiamnum linis honorem habet, sed fullonum tantum *y.* in *vñu*: Nullum est candidius, lanaeue similius: sicut *z.* in *4* culcitis praecipuam gloriam
Cadur-

i. Quod per exemplum nuper. M. et Ch. Quod exemplum per se expertum nuper. V. 2. ex V. 3. Pelignis. Gr. 4. et sic Ch. culcritis Gr. et Al.

Cum epidromis) Hoc est, cum imis summisque funibus, quibus tenduntur retia, ipsa per hominis anulum transibant: Itaque nullo negotio vel vñus homo cassum multitudini gestandae paruit, qua saltus integer cingeretur, vt Iulius Lupus fecit. *H.*

v. Thorace) Thoraces militum lineos olim fuisse probat hic Alcaei versus apud Athenaeum p. 310. linea 49. Θωρακές τε νεωλινοί, ex nouoque lino thoraces. *Dalec.*

x. In Rhodiorum insula ostendi in templo Mineruae) Tendi non ostendi praefert verustum exemplar, vt forte non tendi scribendum sit, sed *Lindi*, quae est vna ex celebratis Rhodi tribus, vr-

bibus, Camino, Ialyso, Lindo. *Pint.*

y. Fullonum tantum in vñu) Vel quod fullones qui fere nudi, et subacula linea tantum testi, pannos terunt et calcant pedibus, eo lino soli ad indusia conficienda vterentur, vel quod ex eo lino vestes textae in fulloniis officinis solae purgarentur et polirentur. *Dal.*

Sed fullonum) Qui nempe ex eo lino culcitas concinnabant, opplebantque deinde stramine seu tomento. Vel potius quod subucas ex eo lino sibi fullones, indusiaque conficerent. *H.*

z. Sicut in culcritis praecipuam, etc.) Lege: Sicut in culcitis praecipuam gloriam Cadurci obtinent, etc. Italiae quidem

Cadurei obtinent. Galliarum *a.* hoc, et *tomenta* pariter, inuentum Italiae *b.* quidem mos etiam nunc durat in appellatione *c.* stramenti.

d. Aegyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera: Taniticum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum non minibus, in quibus nascuntur. Superior pars Aegypti

i. tormenta. Ch.

quidem vox etiam nunc duras in appellatione stramenti. Vide Salmas. p. 938. b.

a. Galliarum hoc etc.) Nimirum tomentum Lingonum, culcita Cadurcorum inuentum fuit. Vnde alterum tomentum Lingonicum et Lingonicum stramen dictum est, ut monuimus L. VIII. 73. ex Martiali. Culcitam veteres nomine gentis, quae inuenit, cadurcum vocauere. Iuuinalis Sat. 7. v. 221. *Institor bibernae regetis, niueque cadurci.* Idemque Sat. 6. v. 535. *Magna que debetur violato poena cadurco.* Sulpitia Poetria in vetere epigrammate *Cadurcas fascias,* e lino Cadurcino fascias vocat: *Ne me cadurcis destituram fasciis molli Caleno concubantem proferat.* H.

b. Italiae quidem mos) Ita MSS. Salmasius in Solin. p. 938. vox legi, non mos iubet. Frustra. Qui mos

fuerit antiquus Italiae, inquit auctor, vel ex quotidiano sermone palam est: nam torum saltem castrensem vulgo stramentum vocamus, quoniam, ut dictum est L. VIII. 73. antiquis torus et stramento erat, qualiter etiam nunc in castris, vbi haec potissimum stramenti applicatio perseverat. H.

c. Stramenti) Stramentum, quod homini et animalibus quieturis et dormituriis substernitur, nempe featum, vel palea. Nam quod ait c. 3. L. XVIII. priscis Romanis quies somnusque in stramentis erat. Dal.

d. Aegyptio lino minimum) Gratius in Cyneget. *Vix operata suo sacra ad Bubastia lino, Velatur sonipes aestuii turba Canopi.* Sic autem Isiacos sacerdotes vocat, Saliorum modo per Bubaston urbem saltantes, et sisistris personantes: de quibus Plut-

pti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon e., et ideo lins inde facta xylinia. Paruus f. est, similemque barbatae nucis defert fructum, cuius ex g. interiore bombyce lanugo netur. ¹ Nec vlla sunt eis candore mollitiae praferenda. Vestes h. inde sacerdotibus

Aegy.

i. Nec lina sunt ei. V.

Plutarch. ἐτε Φιλοσοφες πωγωνοτροφίαν καὶ τριβωνοφορίαν ποιεσιν, ἐτ' ισιακές αἱ λινοφορίαν καὶ ξύρσις. Ion poëta in Phoenice Aegyptum λίνελκον vocat. Had. Iun. cap. 29. L. IV. Dal.

e. Xylon) Ξύλον lignum sonat: quare Vlpianus in leg. *Si cui lana legetur*, Dig. de legat. 3. ἐξιόξυλον ligneam lanam reddit. H.

f. Paruus est, similemque barbatae nucis defert fructum) Pliniana exemplaria tantum habent: Paruus est cuius ex interiore bombyce lana netur. Nec vlla sunt cum candore molliora et spissiora. non solum mollitie et candore praecipua lana xylinia, sed etiam spissa est. Salmas. p. 269. a.

Barbatæ nucis) Cuiusmodi sunt Ponticae nuces, quas mollis barba protegit, ut dictum est L. XV. 24. Sic etiam Iul. Pollux VII. 17. Ἡδη δὲ καὶ παρὰ Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλος τι ἐριον γίγνεται,

ἐξ ḡ τὴν ἐσθῆτα λίνα ἄντις μᾶλλον Φαιη προσεοικέναι, πλὴν τε πάχες. ἔτε γὰρ παχύτερος τῷ δένδρῳ παρπός ἐπιφύεται, παρυώ μαλισκα προσεοικώς, etc. H.

g. Ex interiore bombyce) Hoc est, lanugine, quam Itali Bombace appellant, nos Coton dicimus: vnde Bombazin vocamus telas bombacinas, aut linteal ex bombace confecta. Iacobus de Vitriaco I. 85. Sunt ibi in oriente præterea arbusta quaedam quae seminantur, ex quibus colligunt bombacem, quae Francigenae Cotonem seu Coron appellant: et est quasi medium inter lanam et linum: ex quo subtilia vestimenta contextuntur. Nascitur hic frutex iam in Gallia, ex India delatus: Cotonem pariter vocant, le Coton. In horto Regio pomum vidimus, quod quum patens dehisceret, inculcatum flocci glomum exhiberet. H.

b. Vestes inde sacerdotibus, etc.) Apuleius Apologia pri-

ma

Aegypti gratissimae. Quartum i. genus Orchomenium appellant. ¹ Fit e palustri velut arundine, dumtaxat panicula k. ² eius. Asia l. e genista facilita ad retia ³ praecipua, in piscando ⁴ durantia, frutice madefacto ⁵ denis diebus. Aethiopes, Indique e m. malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, ut diximus n., genitis.

III.

1. *Fit e palustris foliis arundinis, vel dumtaxat panic. eius.* Dal. 2. *panicula Gr.* 3. *praecipue in Cb.*
4. *duritia. Dal.* 5. *decem Gr.*

ma de linea texto: Purissimum est rebus diuinis velamentum; quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, iam inde Orphei et Pythagorae scitis, prophanus vestitus est: sed enim mundissima lini seges, inter opimas fruges terra exorta, non modo induit et amictui sanctissimis Aegypticorum sacerdotibus sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur. Dal.

Vestes inde) Ex gossipio, qui regionis illius peculiaris frutex, lini vices habet. Vnde Gratius in Cyneget. v. 42. linum appellat: *Vix operata sun sacra ad Bubastia lino Velatur sonipes aestiu turba Canopi.* H.

i. *Quartum genus, etc.)* Lego, Stramenti genus Orchomenium. etc. Arundinis quidem panicula, ut gluma, et acere, sarciri culcitra potest, perinde ac stramento siue palea, vestes autem texi non possunt. Ex arundi-

num concisis foliis tomentum factum Circense, quod in Circu pauperibus sternebatur, indicant hi versus Martialis: *Tomentum concisa palus Circense vocatur: Haec pro Leuconio stramina pauper habet.* Dal.

Orchomenium) De arundine Orchomenia diximus L. XVI. 66. H.

k. *Panicula eius)* Lanosam comam in milio, panico, arundine, et qualem in aruis complures herbae, et in palustribus iunci gerunt, Latini paniculam, Graeci ἀνθῆλην dixerent. De ea voce diximus L. XVI. 64. H.

l. *Asia e genista)* Vide quae dicturi sumus L. XXIV. 40. H.

m. *E malis)* Arboribus lanigeris, in quarum foliis convolutis lanugo nascitur. Theophr. cap. 9. IV. hist. Dal.

n. *Diximus)* Cap. 10. L. XII. Dal.

III. Apud o. nos maturitas eius duobus argumentis intelligitur, intumescente semine, aut colore flavescente. Tum euulsum, et in p. fasciculos manuales colligatum, siccatur in Sole, pendens conversis superne radicibus uno die, mox quinque aliis, in contrarium inter se versis fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat. Inter medicamina huic vis, et q. in quodam rustico ac praedulci Italiae Transpadanae cibo, sed iam pridem sacrorum r. tantum gratia. Deinde post messem triticeam virgae ipsae merguntur in aquam solibus tepefactam, pondere aliquo depressae: nulli enim leuitas maior. Maceratas indicio est membrana laxatior. Iterumque inuersae, vt prius, Sole siccantur: mox arefatae in saxo tunduntur stupario s. malleo. Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et t. ipsa

tamen

1. in contrariis in se fasc.

Ch. 2. laxior, Dal.

Ut diximus) L. XII. 21.

H.

o. Apud nos) In orbe Romano, qui Arabum Indorumque terris opponitur. H.

p. Fasciculos manuales) Qui manum impleant. Δειμάτιον χειρόπληθες, fasciculum manualem appellat Hippocrates in Veterin. p. 879. H.

q. Et in — cibo) Galen. de alim. fac. I. 32. p. 331. T. VI. lini tosto semine, obsonii vice, quosdam vesci tradit ex sale et garo: it-

idem melle conspersum edipanibus denique a nonnullis inseri; ἐπιπαττεσι δὲ ἔνοικοι τοῖς ἀρτοῖς αὐτῷ. H.

r. Sacrorum gratia) Forte ad suffimenta, ut quidam volunt: vel potius ad epulas sacras, quas feriatis diebus priuatus quisque domi institueret. H.

s. Stupario malleo) Quolina stupaeque tunduntur. H.

t. Et ipsa tamen peccitur ferreis aenis, donec, etc.) Idem certe aut simile instrumen-

tum

tamen peccitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Medullae *v.* numerosior *p.* distinctio, candore, mollitia. Linumque nere et viris decorum est. Cortices quoque decussi clibanis et furnis praebent usum. *3. Ars depeccandi digerendique:* Iustum e quinquagenis fascium libris quinas denas *4. carminari.* Iterum *x.* deinde in filo politur, illisum crebro *s.* in *y.* silice ex aqua: textumque rursus tunditur *z.* clavis, semper iniuria *a.* melius.

IV. Inuentum iam b. est etiam, quod *c.* ignibus non absumeretur. Viuum id vocant, ardentes

z. aenis. Ch. 2. destinatio. M. 3. Ars est dep.
4. carmin. iterum. Deinde. Ch. 5. silici. Pint.

b. *Linum*, quo peccitur linum, et quo vestes peccuntur apud fullonem; sed illud e ferro, hoc e spinis, quae inde fulloniae sunt dictae. Latini *inas* dixerunt, quos Graeci *ινας.* Salmas. p. 392. *a.* Forte legendum, *crenatis.* Pint.

Et ipsa) Linum ita peccere Galli dicunt, serancer du lin, du chanvre: Ferreum hammum, un seran. H.

v. Medullae) Delicatioris substantiae, quae ad nemendum reseruatur. H.

x. Iterum deinde in filo politur) Legend. Iterum deinde in filo politur illisum crebro silici ex aqua, etc. Salmas. p. 765. *b.*

y. In silice) In alio siliceo, siue lapideo. H.

z. Clavis) Capitatis fustibus, clavae similibus. Dal.

Tunditur clavis) Fustibus, qui clavas capite referant. H.

a. Iniuria melius) Sic de salice pronunciauit, L. XVI. 69. Mirumque, contuso ligno alicui maiores ad vincula esse vires. H.

b. Inuentum — quod ignibus) De lino asbestos non vetustatis modo plena monumenta sunt, sed et idonea eruditorum huius aevi testimonia. Habeo et ego in Museo, inquit Kircherus noster, T. II. Mundi subterr. L. VIII. p. 87. integrum scrinium asbestos frustis plenum. Chartam ex hisce confectam habeo, quae litteris scribendis seruit, quas ubi in ignem inieceris, consumptis mox litteris, charta veluti igne lata, integra et candidior exit,

que in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, fardibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicae, corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascentur in desertis adustisque Sole Indiae, vbi d. non cadunt imbræ, inter diras serpentes : assuescitque viuere ardendo, rarum inuentu, difficile textu propter breuitatem. Rufus de cetero colos, splendescit igni. Quum inuentum est, aequat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem a Graecis asbestinum e. ex argumento naturae. Anaxilaus auctor est, linteo eo circumdatam arborem, surdis ictibus, et qui non exaudiantur, caedi. Ergo huic

V 2

lino

exit, nouisque litteris inscribendis Jeruit. Donauit et mihi Eminentis Cardinalis de Lugo redimiculum asbestino lino conformatum, quod igni iniectum, si fardibus pollutum fuerit, inde nitidissimum exit. Memini quoque me ellychnium buiusmodi asbestinum lucernæ inditum ad biennium conseruasse, sine ulla sui consumptione, haud dubie perpetuo duraturum, nisi nescio quo casu id subductum esset, etc. Vide et Aldrouand. de metall. IV. 26. p. 664. H.

c. *Quod ignibus non absumeretur*) Rhod. c. 31. XVIII. quo Indorum leges ac mores fuse narrat, scribit illos vestibus ex eo lino textis indui: quod parum credibile est, quum in tantam longitudinem trahi nequeat,

vt vestes ex eo confiantur. Dal.

d. *Vbi non cadunt*) Vide quae diximus L. XVII. 30. Colum. I. 6. *Aestas in transmarinis regionibus pluvia caret.* H.

e. *Asbestinum*) Tale fuit in aurea lucerna, quam Athenis Callimachus fecit, oleo non nisi post exactum annum dissipato, licet semper arderet. Pausanias in Atticis. Plutarchus lib. de oracul. defectu, in Carystia rupe linum id gigni tradit, molli et lapideo filo, e quo mantilia, retia et reticula capitis tegumenta conficerentur. Dal.

Asbestinum) "Ασβεστον, quae vox Graeca inexistentium sonat. H.

lino principatus in toto orbe. Proximus byssino *f.*, mulierum maxime deliciis circa *g.* Elim in Achaia, genito: quaternis *h.* denariis scripula *i* eius permutata *k.* quondam, ut auri, reperio. Linteorum *l.* lanugo, ex velis nauium maritimarum maxime, in magno usu medicinae est; et cinis spodii vim habet.

Est

i. villis. Ch.

f. Byssino) Byssus Suidae et Theocriti interpreti coloris genus, unde byssina vestis, byssus infecta. Byssus quibusdam pretiosissima lana, colore nitoreque auri. Byssus Philostrato, linum, quod Indi ex arbore legunt, trunco populis simili, foliis salicis, etiam Arriano auctore, Apollonioque oculato teste. Rhodig. c. 8. XXIII. Est et Amorgis lini species, unde Amorgia vestis memorata Aeschini contra Timarchum, Aristophani in Lyistrate, Eupolidi. Cannabis, lini, byssi, Eleorum agrum feracem esse tradit Pausanias in Eliacis. *Dal.*

Byssino) Byssus genus fuit lini tenuissimi, ex quo textae vestes purpureum colorem non raro imbiberent: unde in sacris paginis toties byssus, et purpura, vel purpura et byssus pro purpurea byssus, per figuram ἐν διαδυοῖν. Inde factum, ut byssus ab Hesychio et Suida pro purpura accipiatur. Rectius vero Pollux, l. c. *Kai μῆν*

καὶ τὰ βύστινα καὶ ἡ βύστος λίνου τι εἶδος πωρὸν Ιυδοῖς. Philostrato de vita Apollon. II. 9. p. 79. ex arbore βύστος legitur, quae alitudine populi, folio salicis est. H.

g. Circa Elim) Pausanias in Eliacis prior. negat uspiam tota Graecia byssum nasci, nisi in Eleo agro, de quo egimus, L. IV. 6. H.

h. Quaternis denariis) Monetae nostrae asses sunt triceni bini. H.

i. Scripula eius) Libra scripula continet 288. H.

k. Permutata quondam) Priorum scilicet Caesarum aevo, quo denarius aureus argenteis denariis quinque et viginti aestimabatur, ut dicemus. L. XXXIII. 13. Sic Aurelianii aevo libra auri libra ferici fuit, et auro fila pensabantur, inquit Vopiscus in Aureliano, p. 224. H.

l. Linteorum lanugo) Οὐροῦν ξύσμα: unde fiunt ξυσμοὶ Galeno III. *κατὰ τόπους*, in remediis Heraclidae,

Est et inter m. papauera genus quoddam, quo can-
dorem lintea praecipuum trahunt.

V. Tentatum est tingi linum quoque, et vesti-
 um insaniam accipere, in Alexandri Magni primum
 classibus, Indo amne nauigantis, quum duces eius
 ac praefecti ¹ in certamine quodam variassent in-
 signia nauium: stupueruntque litora, flatu ² versi-
 coloria implente. Velo *n.* purpureo ad Aetium cum
 M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit.
 Hoc fuit imperatoriae nauis insigne.

VI. Postea *o.* in theatris tantum vmbram fece-
 re: quod primus *p.* omnium inuenit Q. Catulus, quum
 V 3 Capito-

1. in, in M. d. 2 versicolorias pellente. Ch.

dae, quae sanguinem fluen-
 tem e naribus fistunt. *Dal.*

m. Inter papauera genus
quoddam) Heracleum, siue
αφεωδες esse putant, quod
et radiculae siue struthio si-
mile est et semen valde ca-
tharticum habet. Eius facul-
tatis nomen meminit Dio-
scorides. Dal.

Est et inter papauera) De
hac redicemus L. XX. f. 79.
H.

n Velo purpureo) Alia sunt
vela Regia purpurea, gem-
mis et auro intertexta, qui-
bis reges et summi prin-ci-
pes in suis palatiis vtuntur
suspensis, vt et Attalicis au-
laeis. Raeuardus c. II. L.
V. Variorum. Dal.

Velo purpureo) Huc refer
et Agrippae vexillum caeru-
leum, de quo Dio L. LI. p.
458.

o. Postea in theatris) Hunc
morem inducendi vela thea-
tris describit eleganter Lu-
cretius IV. v. 73. Et vulgo
faciunt id lutea, rufaque vela,
Et ferrugina, cum magnis in-
tenta theatris Per malos vul-
gata trabesque trementia
pendent. Namque ibi consef-
sum caueai subter, et omnem
scenalem speciem patrum, ma-
trumque, Deorumque Infi-
ciunt, coguntque suo fluitare
colore, etc. H.

p. Quod primus omnium)
Val. Max. II. 4.n. 6. Q. Ca-
tulus Campanam imitatus lu-
xuriam

Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela *q.* primus in ¹ theatro duxisse traditur Lentulus *r.* Spinter Apollinaribus ludis. Mox Caesar Dictator totum forum Romanum intexit, viamque *s.* sacram ab domo sua ² ad cliuum usque Capitolinum, quod munere *t.* ipso gladiatorio ³ mirabilius visum tradunt. Deinde et sine ludis Marcellus Octaviae sorore

i. theatrum. Vet. Lego, amphitheatrum. 2. et clium usque in Capitolium. Ch. 3. miserabilius Alii.

xuriam, primus spectantium confessum velorum umbraculis texit. Ab eo Capitolium Sylla mortuo dedicatum dimicimus VII. 44. H.

q. Vela primus in, etc.) Inde velaria theatra luumenali. De theatralibus velis Lucretius L. IV. Dal.

r. Lentulus Spinter) Plus hoc etiam praestitit: nam teste eodem Valerio Max. I. c. argentatis choragis, hoc est, scenarum instrumentis, P. Lentulus Spinter adornauit scenam, quum translati- tium antea foret Poeniciis indui tunicis. H.

s. Viamque sacram ab] Sacra quidem ea dicta est, quod foedus in ea inter Romulum et Tatium idem fuisse vel quod per eam sacra in arcem quot mensibus deferrentur: vel quod augurium in ea captabatur. Per eam in Capitolium frequens iter fuit, triumphorum pompa, sub-

actis gentibus, domitisque nationibus, quum praeda captiua, et spoliis hostium solemnni apparatu procedebat. Vicorum Romanae virbis nomina, et nominum caussas declarat Alex. ab Alex. cap. 18. Dalec.

Viamque sacram) Fuit ea in quarta Virbis regione, teste P. Victore, in descript. Virbis Romae. Sericis cortinis inumbratam fuisse, auctor est Dio XLIII. p. 226. παραπετάσματα σημιὰ ὑπερεπέτατε. H

t. Quod munere ipso) Eius mentio fit supra cap. 18. vi. timo, L. XV. et apud Suetonium in Iulio c. 10. Dal.

Munere) Quod munus a Suetonio describitur in Iulio, c. 39. Quod vero Plinius addit, Kalendis Augusti forum fuisse a Marcello velis inumbratum, Augusto XI. consule; significare videtur, id ob recentem appellationem mensis

rore Augusti genitus, in Aedilitate sua, auunculo
 xi. Consule^a a. d. Calendas Augusti, velis forum
 inumbrauit, vt salubrius litigantes consisterent:
 quantum mutatis moribus Catonis Censorii, qui
 sternendum quoque forum *v.* muricibus censuerat?
 Vela^b nuper *x.* colore caeli, stellata, per *y.* ruden-

V 4

tes

1. Sic ex MSS. em Hard. ad Idus. M. consule Calend.
 Aug. Gr. et Al. 2. Sic ex MSS. em. Hard. nuper
 et coll. (sic et Ch.) caeli distenta per rud. terrae, etc.
 rubent. M. per rudentes terrae diem in amphitheatris
 principis Neronis rubente: in causis Gr. et Al.

mensis Augusti, qui prius
 Sextilis dicebatur, factum
 fuisse: A. V. scilicet DCCXXXV. vel sequente. H.

v. Forum muricibus cen-
 suerat.) Nam Plutarchus
 lib. de Foenore, forum esse
 scribit ἀσεβῶν χωρῶν: Ana-
 charsis, locum destinatum,
 explendae avaritiae, et ad fal-
 lendum Rhod. c. 9. L. XXVIII.
 Forum triplex Romae fuit.
 Martialis: *Atque erit in tri-
 pli par mihi nemo foro.* Id.
*Et foro tot numeras lane quot
 ora geris.* Seneca: *Adiice
 nunc publica periuria gentium,
 circumscriptiones, fraudes, in-
 ficationes, quibus irina foro
 non sufficiunt.* Quartum Tra-
 ianus addidit. Fuit et forum
 Domitiani transitorium,
 quod a Suetonio *Methodium*
 dictum volunt. Idem cap. 10.
 XXVIII. Vide c. 1. L. V. Vi-
 truu. et in id Comment-

Philandri. Vide et annota-
 ta in c. 15. L. XXXVI. D.

Muricibus) Acuris lapidi-
 bus, ne foro litigiosa tam
 crebro litigantes adirent.
 Muricem veteres dicebant
 faxi acumen. Virg. Aen. V.
*Concussae cautes, et acuto mu-
 rice remi Obnixi crepuere, illi-
 sague prora pependit.* Vbi id
 Seruius adnotat: et eiusdem
 loci auctoritate Nonius Mar-
 cellus: *Murices, inquit, ve-
 rustas etiam faxorum asperi-
 tates dici voluit.* H.

x. *Vela nuper*) Vela nu-
 per, inquit, coloris caerulei
 visa, ac distincta stellis, per
 rudentes extenta cucur-
 rere, in amphitheatro Nero-
 nis. Sunt et rubra in causis
 aedium, quae muscum viren-
 tem a Solis ardore defendant.
 H.

y. *Per rudentes, terra etiam
 in, etc.)* Leggo, *per rudentes
 tracta*

tes iere etiam in amphitheatro z. principis Neronis. Rubent in cauis a, aedium, et muscum a sole defensum dunt.

tracta in amphitheatris principis. Neronis terra etiam rubente. Nempe rubricae aspera picturatae, quemadmodum auctor scribit c. 5. L. XXXIII. in spectaculis eiusdem principis arenam Cirri chrysocolla stratam fuisse, quum ipse concolori panno aurigaturus esset. Dal. Per rudentes terra etiam in amphitheatris principis Neronis rubente: in cauis aedium) Vetustum exemplar sic profert: per rudentes iere etiam in amphitheatris Neronis principis. Rubent in cauis aedium. Pint.

z. In amphitheatro) Hoc amphitheatum esse censuerim, quod Tranquillus in Nerone c. 12. ligneum fuisse dicit, in regione Martii Campi intra anni spatium fabricatum. De quo et Tacit. Annal. XIII. p. 208. Nerone secundum, L. Pisone Coss. pauca memoria digna euenero: nisi cui libenter, laudandis fundamentis et trabibus, queis molem amphitheatri apud Campum Martis Caesar exstruxerat, volumina implere. De velis ibi extensis Dio, L. LXIII. p. 718. dum res gestas iis diebus enumerat, quibus a Nerone Armeniae

regnum Tiridati concessum est. Τάγε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τὴν ἀσρος διαταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύνοι, ἀλλέργητον καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἄρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέσιτο. Πέριξ δὲ αἰσέργεις χρυσοῖ ἐπέλαμπον. Vela per aerem extensa, Solis arcendi causa, purpurea erant: quorum in medio Nero acu pictus currum agitabat: circa hunc vndeque sidera lucebant aurea, etc. H.

a. Cauis aedium) Cauae-dium, seu Caua aedium (tot enim modis proferunt) quasi aedium Caeua, Varroni L. IV. de lingua Lat. locus tectus et patulus intra parietes ad omnium communem vsum. Ut in theatro Caeua locus fuit, e quo sedens populus ludos et publica munera spectabat; sic Cauae-dium ambulatio et porticus, monachorum peristylis similis, e qua, qui spatiantur, proditurum dominum expectantes, impluuium, id est, aream in quam impluit, aspiciunt. Graeci μέσταυλον vocant: et recte quidem, quoniam in medio est totius aedificii, nempe coenaculorum, cellarum, et cubiculorum, ut aperte Varro indicat.

dunt. ^{i.} Cetero b. mansit ² candori pertinax gratia. Honor etiam et Troiano bello. Cur enim non et praeliis intersit, ut naufragiis? Thoracibus c. lineis paucos tamen pugnasse, testis est Homerus. d. Hinc fuisse et nauium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores: quoniam e. quum sparta dixit, significauerit fata.

V 5

VII.

i. Ceterum. M.

2. candore. Ch.

dicat. Quidam pro *muscō* hic legunt *muscācum*, id est, anūsseatum, sive, ut in Pescennio Spartanus dixit, *musium opus*, nempe lithostrotum et tessellatum pavimentum. Verum an id sub dio fieret, et solis vapore offendetur, aut corrumperetur, legisse non memini. Ego quemdam Graece doctum in margine codicis scripsisse arbitror Cauegium μέσοινον, etiam ut et μέσανθον dici, ex ea- que dictione factum vocabu- lum *muscum*, irrepsisse in Plinii scripturam, eoque ut otioso et superuacuo deleto, sensum apertissimum fore. Dalec.

b. Cetero) Diuturnior fuit gratia candoris in lino: sive candor in lino ceteris coloribus potior visus est. H.

c. *Thoracibus lineis paucos* tamen, etc.) Iliad. β. Λο- κρῶν δ' ἡγεμόνευεν Οἰλῆος ταχὺς Αἴας Μείων. Στὶ το-

σος γε ὅσος Τελαιωνίος Αἴας, Ἀλλὰ πολὺ μείων ὀλίγος μὲν ἔην λινοθώρηξ. Rursum eod. lib. Τῶν ἥρων Ἀδεησος, τῷ "ΑὐΦίος λινοθώρηξ Herodot. in Polyhym Theocr. Eidyll 14. Athén. L. XIV. Strabo L. III. Suetonius in Galba cap. 19. Virgil. III. Aeneid. *Loricam consertam hamis auro-que trilicem τείμιτον*. Et L. XXII. — *rumpitque infi- xae bilicem, δίμιτον. Mitaterius.*

d. Homerus) Iliad. β. vbi λινοθώρηκας eiusmodi belatores vocat. Et linteam loricam induisse Galbam Tranquillus scribit; c. 19. quamquam non dissimulan- tem parum aduersus mucro- nes profuturam. H.

e. Quoniam quum sparta) Ab eadem verbi notione Pacuvius in Niptris apud Festum serilia spartea funes e sparto dixit: *Nec villa sub- seus, inquit, cobibet compa-*

gem

VII. (II.) Sparti f. quidem usus multa post secula ceptus est: nec ante Poenorū g. arma, quae primum Hispaniae intulerunt. Herbaⁱ et h. haec sponte

i. est haec. Dal.

gem aluei: Sed suta lino et
sparteis serilibus. Dalec.

Quoniam cum sparta) Hic
versus ille Homericus, quem
respicit ex Il. B. 135. Καὶ
δὴ δέρα σέσηπε γεῶν, καὶ
σπάρτα λέλυνται. Error
hic fuit eruditorum illorum,
quos Plinius nunc appellat,
qui τὰ σπάρτα in eo versu
sata interpretati sunt, aut
funes rudentesque nauticos
ex rebus satiis factos, ut
ex lino, stupa, cannabe:
quia σπείρειν serere signifi-
cat. Σπάρτα γεῶν Homer-
rus vocat, funiculos e lino
vel cannabe, quibus sueban-
tur naues, non quia e satiis
rebus necabantur: sed
quia ad necandum idonei.
Nam σπείρειν Graecis, ut
serere Latinis, non solum
terrae semen committere,
sed et necare significat, et
coniungere inuicem. Τὸ
σπάρτον est satium, quod
seri potest: at σπάρτον est
funis qui seritur, id est, ne-
catur. H.

f. Sparti quidem) Hoc spar-
tum Latinorum diuersum
est a sparto Graecorum, de
quo dicemus alias. Descri-
bitur, pingiturque a Clusio,

rarr. plant. VI. 40 p. 220.
Hispanis, apud quos id pro-
uenit, etiamnum *Sparto* vo-
catur. H.

g. Poenorū arma) Bello
Punico secundo, quo to-
tam intra flumen Iberum
Hispaniam sibi subiecit Han-
nibal. H.

b. Herba et Spartum du-
plex est: alterum iuncus
Ibericus, siue Hispanicus,
ἀνάνθης, ἄπαρτος, ἀΦύλλος,
ad nexus tantum utilis: al-
terum genista, quam Graeci
τὴν σπάρτην καὶ τὸ σπάρ-
τον, et τὸ σπάρτιον, dixe-
runt. Et haec duplex: al-
tera silvestris, sine foliis, in
agro Monspeffulano fre-
quens, qua olim Asiatici ἐδέ-
σμεον τὰς ἀμπέλας, vites
reliqabant, unde et ἀμπε-
λοπλοκιῆς nomenclatura,
et mulis, bobus, camelis,
in attritu pedam subluiue,
et aliis id genus morbis cal-
ceos et soleas necabant,
quas Crabatinas Aristoteles
videtur appellare cap. I. L.
II. Hist. Animal. Altera
foliosa: et haec rursum du-
plex: prior in hortis sata,
eiusdem prorsus generis et
usus cum supra scripta, sed
cultus

sponte nascens, et *i.* quae non queat seri, juncus.
que *k.* proprie aridi *l.* soli, vni *m.* terrae dato + vitio.
Namquè id malum telluris est: nec aliud ibi seri
aut nasci potest. In Africa exiguum et inutile dignit. Carthaginensis *n.* Hispaniae citerioris portio, nec haec tota, sed quatenus parit montes quoque sparto operit.

Hinc

i. hoc vitio. Dal.

cultus mangonio vestita foliis paucis et exiguis, quae desunt alteri, in aridis et squalentibus locis natae, floris odore iucundissimo grauissimoque apibus: quam obrem et prope aluearia plantatur, melie nonnumquam eius odorem referente cap. 8. L. XI. Genistam Florentinam vocat Gallia: alii Hispanam. Posterior silvestris, in macris et arenosis ubiuis luxurians, foliis multis et densius congestis opera, ramulis vietis, praetenuibus, grauiter olenibus, quibus etiam ad vinclendum vi liceat. Guillandinus non satis diligenter has species distinxit. Ibericos funes sparteos Flaccus vocat: *Ibericis peruste funibus latus:* quamvis ineptum et ridiculum oratorem fuisse scribat, qui pro Sparto *herbas Ibericas* dixisset. Turnebus c. 9. L. XIV. *Dal.*

i. Et quae non queat seri)
Contra seri Varro iubet, de R. R. I. 32. *Sic ubi canna-*

bim, inquit, *seras,* *linum,* *iuncum,* *sparum,* *vnde lineas,* *funes facias,* etc. Sed aegre admodum scimus ex semi-ne pullulare. H.

k. Iuncusque) Ob folia iuncea, et aspera. H.

l. Aridi soli) Siticulosi, aquarum penuria laborantis. Strabo III. p. 60. de campo spartario: Τέτο δ' ἔσι μέγα καὶ ἄνυδρον, τὴν σχοινοπλοιην Φιουν σπάρτον, ἐξαγωγὴν ἔχεσσαν εἰς πάντα τέπον, καὶ μάλιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν. H.

m. Vni terrae) Hispaniae. Praecedenti tamen capite auctor scripsit e genista, id est, sparto, Asiam praecipua lina facere, etc. Auctor cap. 9. L. XXIV. an genista, spartum sit, dubita. Vide locum. *Dal.*

n. Carthaginensis Hispaniae citerioris portio) Campum amplum et ἄνυδρον. Strabo L. VI. vocat nunc ιεγνάγιον, iuncarium Latino vocabulo, nunc πεδίον σχοινοῦν, nunc αλισχοινοῦν, Mara-

Hinc o. strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina, et pastorum vestis; animalibus noxiis, praeterquam cacuminum teneritate. Ad reliquos p. usus laboriose vellit, ocreatis cruribus, manu, textisque manicis, conuolutum osseis

ili-
1. vellitur. Ch. 2. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch.
manibusque textis manicis Gr. et Al.

Marathronio a feniculi copia dicto proximum. Dal.

Carthaginensis) Gignit nunc quoque haec regio ab limitibus Granatensis regni, seu Baeticae fine, usque ad eam urbem, quae nunc Murcia dicitur. Fuit eo tractu, campus Spartarius, Carthagoque noua, Cartagena et ipsa inde a Plinio XXXI.43. et ab Isidoro XV.

1. Spartaria appellata: Καρχηδων Σπαρταγενής Appiano, in Iber. p. 261. Crescit et in Valentino Hispaniae regno spartum. H.

o. *Hinc strata*) Eodem est hodie apud Hispanos usum ex crudo exsiccatoque sparto tapetes sive aulaea, stoeas, corbes, rudentesque conficiunt. Corbes ii certe, in quibus fucus et vuae passiae aduehuntur, ex sparto contexti sunt. Ex eo denique in lini morem aqua macerato, deinde ficcato, tuoque, calceamenti

genus paratur, quod ipsi Alpergares vocant. Haec omnia ex Clusio, qui vidit l. c. H.

p. *Ad reliquos usus laboriose, etc.*) Legend. *Ad reliquos usus laboriose vellit ocreatis cruribus, manuque textis manicis conuoluta, osseis ligneisque nucamentis: numquam in hieme, in aestu: facillime tamen ab Idibus Maiis in Iuyias: hoc maturitatis tempus.* Nucamenta proprie sunt quae callo squamatim compactili dependent et ramis iuglandum, et picearum: ad hanc formam osseis et lignieis nucamentis manicae texebantur, quibus manu conuoluebant, quibus velendum erat spartum. *Salm.* pag. 266. a Sequitur: *Vulsum fascibus in aceruo manuatum.* hoc est in manuas sive manuales fasciculos colligatum. *Manua enim est manipulus.* Vide *Salmas.* p. 266. a, b.

¹ ligneisue q. conamentis. Nunc ² iam r. in hie-
mem ³ iuxta. Facillime s. tamen ab Idibus Maiis in
Iuniis: hoc maturitatis tempus.

VIII. Vulsum ^{t.} fascibus in ⁴ aceruo anima-
tum biduo, tertio resolutum, spargitur in sole sic-
caturque, et rursus in fascibus redit sub tecta. Postea
mace-

¹. lignisque. Ch. ². iam hieme vix. V. ³. Sic et
Ch. vix Gr. et alii. ⁴. aceruo adunatum V.

q. *Ligneisque conamentis*) Conamenta ossa lignaeue
interpretor, ossa, ligneos-
que fustes teretes, quibus
spartum conuoluitur, vt vel-
lentium conatus iuuetur,
et minuatur labor. Ita sa-
ne libri omnes etiam MSS.
Nugantur, qui *nucamentis*,
vel *cum amenis* malunt. H.

r. *Nunc iam in hiemem*
iuxta) Subintellige, vellit-
tur pariter hieme, vt aesta-
te sed multo facilius ab
Idibus Maiis, etc. Ita porro
MSS. omnes: non vt editi,
in hiemem vix. H.

s. *Facillime tamen ab Idi-
bus Maiis*) Taniū, non ta-
men: aptior lectio. Pint.

t. *Vulsum fascibus in*) Le-
go, *Vulsum*, et *examinatum*,
*fascibus in aceruo biduo, ter-
tio*, etc. Examinabant, vt
integrum et minime vitia-
tum ad textilia, putre, ar-
rosum, corruptum ad ignes
seponerent. Manuscriptum

vtrumque habet, *ummatum*.
Animatum quidam expo-
nunt, ἐν εξευτερομένῳ,
non emedullatum: quasi ve-
ro tam exilis iuncus emedul-
lari possit. Vide Turn. c. 20.
L. XI. Aduersar. Alii legunt,
Vulsum et fascib. manualibus
aceruatum biduo, etc. vt su-
periori proxime capite, il-
lis verbis: *Tum euulsum,*
et in fasciculos manuales
colligatum, etc. quod valde
probo. Dal.

Vulsum) Ita libri omnes:
hoc est, nondum exanime,
sed viride adhuc et integrum:
cum eo spiritu, quem ex-
halat, quem recens est: at-
que vti de palmae fructu Pli-
nius ait, XIII. 9. *cum sui ar-
doris anima*. Resolui deinde
porro necesse est, verti-
que ad solem, vti de feno
dictum est, L. XVIII. s. 67.
alioqui, vt fenum, sic et
spartum incensa illa anima
nebulam exhalalet, accen-
dere-

maceratur aqua marina optime, sed et dulci, si marina desit: siccatumque sole iterum rigatur. Si repente u. vrgeat desiderium, perfusum calida in x. solio, ac siccatum stans, compendium opera fatetur. Hoc autem tunditur, vt y. fiat vtile, ^{in OUTOR} 1 praecipue in aquis marique inuictum. In sicco praeferunt e cannabi funes. At spartum alitur etiam demersum, veluti natalium z. sitim pensans. Est a. quidem eius natura interpolis: rursusque ^{in OUTOR} 2 quam libeat vetustum nouo misceatur. Verumtamen ^{in OUTOR} 3 complectetur animo, qui volet miraculum aestimare, quanto sit in ysu, omnibus terris, nauium armamentis, machinis aedificationum, aliisque desideriis vitae. Ad hos omnes usus quae sufficient, minus

i. praecipue aquis. M. 2 quamlibet. D. 3: complectatur. V. et Ch.

dereturque, et conflagraret Dalecampius et post eum Salmasius, legunt manuatum interpretanturque, vt Plinius ipse loquitur initio s. *3. in fasciculos manuales colligatum:* quod vereor, vt cuiquam probent. H.

u. Si repente) Si statim uti sparto desideras. H.

x. In solio) Solium pro vase iligneo aut abiegu ponitur. Sic vasa ea, in quibus cum lixiuio calido et cinere pannos emaculamus, solia dicimus. H.

y. Ut fiat vtile) Quod ob eum usum σχοινοπλοκινον dicunt. Dal.

Ut fiat vtile) Funibus te-

xendis, ceterisque usibus. H.

z. Natalium sitim) Quoniam in arido solo, vt dictum est, nascitur. H.

a. Est — natura interpolis) Ea sparti natura, vt interpolandis, resarcientis, renouandis operibus, quae ex eo fiunt, aptissime adhibeatur, et vetustum secure misceatur nouo. Interpolis mulier a Plauto appellatur ea, quae se pigmentis interpolat, atque reconcinnat, vt ex vetusta anu noua quasi puella fiat, in Mostell. act. I. sc. 3. v. 117. H.

b. Ad hos omnes usus, etc.) Sic legit Apuleius in Herbario

minus c. triginta millia passuum in latitudinem a litora Carthaginis nouae, minusque d. C. in longitudinem esse reperientur. Longius e. vehi impendia prohibent.

IX. Iunco f. Graecos ad funes ylos nomini g. credamus, quo herbam eam appellant: postea palmarum foliis, philuraque h., manifestum est: ¹ et inde translatum a Poenis sparti usum, perquam simile ² veri est.

i. et, in M. d.

2. est veri. M.

X. Theo-

bario suo: Ad quos omnis usus minus triginta possuum in latitudinem a litora Carthaginis nouae in Spaniam usque: Centrum in longitudinem nascitur. Legendum itaque in Plinio constat: minusque in longitudinem centum reperiuntur. Vide Salmas. pag. 261. b.

c. Minus xxx. M. pass. in latitudinem a litora Carthaginis nouae, nimisque in longitudinem esse reperientur) Scribo, minus xxx. M. pass. in latitudinem a litora Carthaginis nouem, minusque in longitudinem, ex vetusto exemplari. Pinitan.

d. Minusque C. in longitudinem) Sic Apuleius in Herbario suo: quod etiam Salmasius vidit, in Solini p. 261. Ad quos omnes usus minus XXX. M. passuum in latitudinem e litora Cartha-

ginis Nouae . . . Centrum in longitudinem nascitur. H. e. Longius vebi) Ex interiore Hispaniae tractu adueni, impendia terrestris itineris vetant. Falluntur, qui longius seri hic legunt: herbam enim esse Plinius ante monuit, quae non queat seri. H.

f. Iunco Graecos ad funes ylos, etc.) Σχοῖνος et funem significat et iuncum: quomodo et spartum nunc restem nunc plantam e qua restes fiunt. Dal.

g. Nomini credamus) Habent enim Graeci communem nomen, quo iuncum, funemque nominent, perinde ac si ex iunco funes olim contextos significarent: Σχοῖνος Vide Rob. Constantin in Lexico. H.

b. Philuraque) Hoc est, tenuissimis arboris tiliae mem-

X. Theophrastus ^{i.} auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem, eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam, ex ^{k.} qua ¹ impilia uestesque quaedam ² conficiant. Sed neque regionem, in ³ qua fiat, neque quidquam diligentius, praeterquam eriophorōn ^{l.} id appellari, in exemplaribus, quae ⁴ quidem inueniērūm, tradit: neque ^{m.} omnino villam mentionem ^{n.}, ^{o.} habet, cuncta cura magna perse-
quutus

^{1.} Sic et M. et Ch. et Turn. Sic restituit Pelisserius, ex
qua mapalia Gr. et Alii. ^{2.} Sic et Ch. conficiantur
Gr. et Al. ^{3.} in qua id f. Gr. ^{4.} equi-
dem. Ch. ^{5.} habet sparti, cuncta Gr.

membranis, seu tunicis: haec enim Φιλούρα Graecis dicitur. H.

^{i.} Theophrastus) Hist. VII. 13. et ex eo Athenaeus II. p. 64. H.

^{k.} Ex qua mapalia uestesque quaedam conficiantur.) Theophrastus πόδια conficit ait L. VII. capite 13. Plinius, si fidelis est codex, mapalia at Theodorus, rogas vertit. Pint.

^{Ex qua impilia} Ita MSS. R. Colb. Chissl. Th. non, ut editi perpetam, mapalia. Sunt autem impilia soculi, Theophrasto πόδεια. ΤΦιν-
νεται δε ἐξ αὐτῶν, inquit, καὶ πόδεια, καὶ ἀλαιματια. Πόδεια sunt pedum tegumenta, ex coacta lana. Impilia igitur coactilia erunt, pedibus inuoluendis, calce-
andisque vtilia. Des chaus-

sions de feutre. Pollux II. 4. p. 116. Ποδεῖα δέ τας πε-
γίτοις ποσὶ πίλους. Hesychius: Νάντα, ποὺς πίλους,
καὶ τὰ ἐμπίλια. Usus haec
voce impilia Vlpianus. Vi-
de Turneb. Aduā. XI. 14.
p. 334. H.

^{l.} Eriophorōn) Εριόφόρον,
ob tomenti copiam, quam
gerit, quae lanae modo in
stamina deduci potest. Bulbi
eriphori geminiam iconem.
exhibit Dodonaeus, p. 681.
Ex his alterum in Regio hor-
to vidimus, quale et Clu-
sius pinxit. Peruanum praeterea
alterum, et tertium
Orientalem appellatum. H.

^{m.} Neque mentionem Ejus
nimirum quod nunc descri-
bitur. H.

^{n.} Mentionem habet Spar-
ii Theophrastus cap. 8. L. I.
Hist. Linosparti meminit,
inter

quutus¹ CCCXC. o. annis ante nos, ² vt iam et alio loco diximus: quo appareret, post id temporis spatium in vsum venisse spartum.

XI. Et quoniam a miraculis rerum cepimus, sequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum est, aliquid nasci aut viuere sine villa radice. Tuber a p. haec vocantur, vndique terra circumdata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente: neque ipsa terrae cohaerent. Cortice etiam includuntur, vt plane nec terram esse possimus dicere, nec aliud ³ quam terrae callum. Siccis haec fere et fabulosis locis, frutectosisque nascuntur. Excedunt saepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, arenosa dentibus inimica, ⁴ et altera sincera. Distinguuntur et colore, rufo, ⁵ nigroque, et intus candido: laudatissima Africæ. Crescent, anne vitium id ter- rae

1. CCCXC. Gr et Al. 2. vt alio iam loco. M.
3. terrae quam. M. 4. sunt altera. V. 5. ni
groque inteus et candido.

inter ea, quibus cortex multis tunicis constat. Id autem aliud esse non potest quam Spartum pro lino usurpatum ad varios usus vitae. Quidam eo loco diuisim legunt linum, spartum. In hac ergo re memoria lapsus Plinius est. *Dal.*

o. CCCXC. annis) Vide N. et Em. N. III. (hic adi.) CCCXC.) Nempe A. V. C. CCCXL. vt dictum est

Vol. VI.

L. XIII. s. 30. et XV, 1. Haec vero Plinius commentabatur anno DCCCXXX. vt ipse fatetur XIV. 5. Quare a Theophrasto ad Plinium interuallum fuit CCCXC. annorum, non vt libri hactenus editi exhibent, CCCXC. addita perperam centenarii nota, quae superfluit. H.

*p. T u b e r a) Vulgo, des
Trufles. H.*

X

rae (neque enim aliud intelligi potest) ea protinus globetur magnitudine, qua futurum est: et viuantne, an non, haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enim ratio communis est iis cum ligno. Lartio q. Licinio Praetorio viro iura reddenti in Hispania Carthagine, paucis his annis scimus accidisse, mordenti tuber, ut deprehensus intus denarius primos dentes inflesteret: quo manifestum erit, terrae r. naturam in se globari. Quod s. certum est, ex t. iis erunt quae nascantur, et seri non possint.

XII. (III.) Simile v. est et quod in Cyrenaica pro-

- 1. Hispaniae. V.
- 2. deprehensis intus denariis. M.
- 3. Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. quod certum ex iis quae nascuntur Al. nascuntur Gr.

q. Lartio Licinio) Vetus inscriptio, sed suspecta illa quidem nobis apud Gruter. p. 180.

LARTIVS. LICINIVS.
CVM. GVBERNASSET
HISPAN.

HVN C. AQVAEDVCTVM.
IVSSRT. AEDIFICARI.
Apud Pliniū Iuniorem II.
ep. 14. Largius Licinius,
pro Lartio mendose appellatur. H.

r. Terrae naturam) Substantiam tenuorem, ex qua tuber nascitur, sic in se conuolui, ut incidentia quoque includat. De hoc arguento vide dissertationem D. Geoffroy iunioris, in historia Academiae Regiae Sci-

entiarum, anni 1711. p. 23. H.

s. Quod certum est, etc.) Haec verba ita legantur: quod certum est, ex iis erunt quae nascuntur et seri non possunt. Salm. 514. a.

t. Ex iis erunt) Ex eorum genere tubera erunt, quae seri non possint. H.

v. Simile est et quod, etc.) Legend. Simile est quod in Cyrenaica prouincia vocant Mis, praecipuum suavitate odoris ac saporis, et quod in Thracia Iron, et quod in Graecia Geranion. Vide Salmis. pag. 708. a. Simile est et quod, etc.) Totum hunc locum de tuberibus, miso, ceraunio, lege

prouincia¹ vocant misy x., praecipuum y. ² suauitate odoris ac saporis, sed carnosius: et z. quod:

X 2

1. *vocant mison.* Turn. 2. *suauitate saporis, carnisque odore, et quod, etc.* Ex Athenaeo. *suauitate, odo-re, sapore.* M.

lege apud Athenaeum L. II. et cum hac Plinii oratione confer. *Dal.*

Simile est misy) Tuberis genus, et iton, et geranion. H.

x. *Misy*) Athenaeo μίσον ἡ τῶν ἐγγεοτόκων τέτων γέννησις, inquit, ἀμα καὶ Φύσις, οἷον τετέ υδνος. καὶ τε Φυομένα περὶ Κυρήνην διηλέξει μίσον. Theophrastum Athenaeus citat. Ioa. Leo L. IX. Afric. hist c. de Tarfez, Mison in Numidiae desertis reperiri ait, indigenisque vocari Terfez, medicis Camaha. Idem L. V. c. de Capes Thrasos describit frequentes in regno Tunicensi, ab Arabibusque vocari Happazis. Vide eius descriptiones. *Dal.*

y. *Praecipuum*) Athenaeus e Theophr. haec citat ἐν Φυτικοῖς λειόφλοια καθάπερ υδνον, μύκις, πέζις, ιράνειον: vbi legendum, πεζίτης, ιεραμνίον. Haec autem omnia et pleraque alia in nostris exemplaribus Theophrasti non legiuntur: vnde colligere licet, quam ea multila sint. *Dal.*

z. *Et quod in Thracia*) Vide Not. et Em. N. IV. (hic consp.) *Et quod* Mutilus hic locus in libris haec tenus editis fuit, hoc modo: *et quod in Thracia ceraunium.* Nos refinximus fideliter, ut remur, ex libri huius indice in quo diserte legitur, ex MSS. omnium fide, *Misy, iton, geranion.* Nec paulo sane certius ex ipso Theophrasto, haec tria tuberum genera iisdem fere verbis laudante, ap. Athen. II. p. 62. Λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Θεόφραστος. Τὸ υδνον ὁ καλοῦσι τινες Γεράνειον, καὶ εἴτι ἄλλο υπόγειον. Καὶ πάλιν Ἡ τῶν ἐγγεοτόκων τούτων γέννησις ἀμα καὶ Φύσις, οἷον τούτε υδνον, καὶ τοῦ Φυομένου περὶ Κυρήνην, ὁ καλοῦσι μίσον. Δοκεῖ δὲ ήδυ σφόδρα τοῦτ' εἶναι, καὶ τὴν ὄσμην ἔχειν κρνώδη. Καὶ τὸ ἐν τῇ Θερανῇ δέ γενόμενον ἵτον, etc. De tuberibus haec Theophrastus. *Tuber quod geranion quidam nuncupant, et si aliud sub terra generatur. Ac rursum: Eorum quae sub terra pariuntur, eiusmodi na-tura est ac generatio: quem-* ad-

in Thracia ¹ iton, et quod in Graecia a geranion.

XIII. De b. tuberibus haec traduntur peculia-
riter: quum fuerint imbres autumnales, ac c. toni-
trua crebra, tunc nasci, et maxime ² e tonitribus:
nec ultra annum durare; tenerima d. autem verno
esse.

*a. et quod in Thracia iston. Turn. ceraunium Gr. et Al.
ceraranion. Cb. 2. a Dal.*

admodum tuberis et misy: sic enim vocant quod circa Cy-
renen gignitur, et suauissimi
gustus esse credunt, et odore
carnis. Est et eiusmodi iron,
quod in Thracia effodiunt, etc.
Adde et Apuleium, qui quum
librum suum de salutaribus
herbarum remediis (vt alii
multa sua volumina) ex Plini-
o concinnarit, hunc lo-
cum integrum fere sic re-
praesentat: vt Salmasius et
iam vidit in Solin. p. 708.
Simile est quod in Cyrenaica
provincia vocant misy, prae-
cipuum suavitate odoris ac sa-
poris: et quod in Thracia
iton, et quod in Graecia ge-
ranion. Eustathius in Iliad.
λ. tuber geranium pariter
vocari auctor est: εἰ γὰρ
κατὰ τὸν μύητα καὶ τὸ
ῦδνον τὸ καὶ γεράνειον κατὰ
τίνας. H.

*a. Ceraunium) Theophras-
tus cap. 9. L. I. Hist. ηερά-
νειον. Athenaeo ἰσὸν pro
οῖτον. δοὺς δὲ, (inquit),*

ἡδὺ σφόδρα τέτο εἶναι, καὶ
τὴν ὄσμην ἔχειν χρεώδη, καὶ
τὸ ἐν τῇ Θεάνῃ γινόμενον
ἰσὸν. Turneb. c. 14. L. XI.
Aduersariorum. Apud Athe-
naeum bis pro ηεράνειον, le-
gitur corrupte γεράνειον. Dal.

*b. De tuberibus) Haec to-
tidem verbis Athenaeus, II.
p. 62. ex Theophrasto. H.*

*c. Ac tonitrua crebra.) Iuu-
enal. Sat. 5. — post bunc
raduntur tubera, si ver Tunc
erit, et faciunt opata toni-
trua coenas Maiores. Vide
Plutarch. Quaest. 2, L. IV.
Symp. Martialis: Rumpimus
altricem summo de vertice ter-
ram, Tubera boleis pomae
secunda sumus. Dal.*

*d. Actionitrua) Sic etiam sen-
sit Iuuinalis Sat. 5. v. 116.
Vide et Plutarch. Symp.
Quaest. IV. 2. p. 664. H.*

*d. Tenerima autem etc.)
Τὴν δὲ χρείαν, καὶ τὴν ὀμ-
μην ἔχει τε ἦρος. Verno
autem maxime vigent, at-
que*

esse. Quibusdam *e.* locis ¹ accepta riguis seruntur: sicut Mytilenis negant ² nasci, nisi exundatione fluminum *f.* inuesto semine ab Tiaris. Est autem is locus, in quo plurima nascuntur. Asiae nobilissima circa Lampsacum, ³ et Alopeconnesum: Graeciae vero, circa Elin.

XIV. Sunt et in fungorum genere a Graecis ⁴ dicti pezicae *g.*, qui sine radice ⁵ aut pediculo nascuntur.

X 3

XV.

- 1.* acceptantur riguis et seruntur. *Alii.* *2.* nasci in litora. Ex Athen. *3.* in Acarnide. Ex Athen. *4.* dicti pezitae. Turn. c. 20. l. XI. Aduers. *5.* et M.

que tempestiuia sunt. Ex Athenaeo. *Dal.*

e. Quibusdam locis Qui-
busdam in locis tuberum
origo debetur aquis, et ex-
undationibus fluminum, se-
mina secum deuehentium. Theophr. apud Athen. l. c.
Οὐ μὴν ἀλλ’ ἐνιοί γε ὡς
σπερματικῆς οὐσῆς τῆς ἀρ-
χῆς ὑπὸ λαμβάνουσιν, ἐν
γοῦν τῷ αἰγιαλῷ τῶν Μι-
τυληναίων οὐ Φασί πρότε-
ρον εἶναι πρὶν ἡ γενομένης
ἐπομβείας τὸ σπέρμα κατε-
νεχθῆ ἀπὸ Τιαρῶν, τοῦτο
δέ εἴ τι χωρίου ἐν ᾧ πολλὰ
γίνετο... Φυέται δέ καὶ πε-
ρὶ Λάμψανον, καὶ ἐν Ἀλω-
πειονησῷ, κοῦν τῇ Ηλείων.
Quae totidem verbis apud
Plinium Latine legimus.
Tiarae porro collis nomen
fuit, imminentis littori My-
tilenaeorum. In nummis

antiquis, ΜΤΙΛΗΝΑΙΩΝ
scribitur. *H.*

f. Exundatione fluminum)
Γενομένης ἐπομβείας; post
copiosum imbre. Theophr.
Dalec.

g. Pezicae) Πεζίται, in-
quid Athenaeus, ἀρρέισοι καὶ
ἀκαυλοι· ὄντες τυγχάνσοι
(non ut legitur, καὶ αὐτοὶ
τυγχάνσοι) nec caulem ha-
bent nec radicem: fungus
vero ortus sui principium
habet in longum porrectum
caulem, et in summo eius
veluti crure distenditur. Pe-
zias Itali vocant *Prugnoli*,
Galli *Moufferons*, terrae sem-
per incumbente ac instrato
globoso capitulo, nec in cau-
lem aliorum modo se attol-
lente: statim primis veris
imbribus erumpentes, et
toto genere salubres ac in-
noxios. Quidam pezitas esse
volunt

XV. Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpitum, quod Graeci *b. silphion* vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius succum *k. vocant laser*; magnificentum in vsu medicamentisque, et ad *l. pondus argentei denarii pensum*. Multis *m. iam annis* in ea terra non inuenitur:

quo-
argenti. Dal.

volunt russos fungos, castaneis potissimum adnascentes, quos auriculas Galli vocant.

Dal.

Peziae) Πέζιας appellat Theoph. apud Athen. II. p. 61. quasi fungos sessiles dixeris: sunt ii globosae formae, et instar rotundi orbis terrae adhaerent, nullo pede aut caulinulo fulti: qui dum resiccati rumpuntur, tenuissimum puluerem instar sumi euomunt: vulgo Lupi crepitus vocant: nec sunt ii fungi edules. *H.*

b. Graeci silphion) Columella, VI. 17. Et radix quam Graeci σίλφιον vocant, vulgaris autem nostra consuetudine laserpitum appellat. Aliquando et ea caulis eius plantae appellatio fuit. Diosc. III. 94. ενιοι δε τὸν μὲν παντὸν σίλφιον ἐπάλεσται. Pro tota planta Galenus de morb. ac. IV. comm. 95. Τὴν ἐξανταγόνη σίλφιον παλεῖν ἔθος τοῖς ἀνθρώποις δύμωνυμως ὅλη τῇ Βοτάνῃ. *H.*

i. In Cyrenaica) Inde Cyrenas laserpiciferas vocat Ca-

tullus, praeue, pro laserpiti-feris. H

*k. Cuius succum vocant la-
ser) Theophr. cap. 3. L. VI
hist et L. III. cap. 2. et cap.
18. L. VI. causs. *Dal.**

*Succum vocant laser) Phi-
loxenus in Glossis, λαστάριον.
H.*

*l. Ad pondus argenti dena-
rii pensum) Apud Macrob.
cap. 4. L. II. Saturnal. Au-
gustus per iocum Moecena-
tem vocat mel gentium, mel-
culum suum, ebur ex Hetru-
ria, laser, (non lacer, vt
legitur,) Aretinum, quod He-
truria populis charissimus,
in eo pretio esset, quo laser
apud omnes. *Dal.**

*m. Multis iam annis) Sic
L. XXII. 58. Extincto omni
Cyrenaico silphio, vt diximus.
Scribonius Largus, qui Ti-
berii aetate vixit cap. 16.
ad anginam, compos. 67.
Medicamenta autem simplicia
quidam haec faciunt: Laser
Cyrenaicum, si potest inueniri;
si minus, Syriacum aqua
dilutum, etc. *H.**

quoniam *n.* publicani, qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo: *oue*, quum comedetur, dormiente protinus, *capra*¹ sternuente. Diuque iam non aliud ad nos inuehitur laser, quam quod *o.* in Perside, aut Media, et Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum: ² id quoque adulteratum gummi, ³ aut sagapeno *p.*, aut faba fracta. Quo minus omitendum videtur, C. Valerio *q.*, M. Herennio Coss. Cyrenis adiecta Romam publice ⁴ laserpitii pondo **xxx.** Caesarem vero Dictatorem initio belli ciuilis,

X 4 inter

1. *sternutante.* *M.* 2. *idque.* *M.* 3. *bic aut ex-ciderat e textu, quod tamen agnoscit Hard. in notis,*
ergo restituimus. 4. *laseris.* *Dal.*

n. *Quoniam publicani)*
Mancupum avaritia non patitur laserpitium in caulem assurgere, quia illud depopulantur pecorum pabulo: adeo ut vnuis caulis, qui pecoris auditatem refellerat, pro miraculo Neroni sit missus. Statim in herba teneroue caule depascuntur pecudes, neque sinunt in ferulam assurgere. Arcebant prius ipsi incolae greges ab ea planta, ne florem depascerentur, radicemque suffoderent, teste Arriano de exp. Alex. III. *H.*

o. Quod in Perside) De lasere Mediae, Eustath. in

Dionys. v. 1017. p. 127. De Syria, Media, Armeniaque Diosc. III. 94. Apicius I. 30. *Laser Parthicum* vocat. *H.*

p. Aut sagapeno) Sic Diosc. III. 94. Δολέται δὲ πᾶς ὅπος πρὸ τῇ ξηρανθῆναι σωγαπηνοῦ μιγνυμένz, ἡ ἀλεύρz ἐρεγμινz, etc. *H.*

q. C. Valerio) C. Valerio Flacco, de quo Val. Max. cap. 9. L. VI. *Dalec.*

C. Valerio) In annum Vrbis DCLXI. incidit Consulatus C. Valerii Flacci, et M. Herennii. Vide Cassiod. Jul. Obseq. et Fragm Capitol. *H.*

inter r. aurum argentumque protulisse ex aerario
laserpitii pondo s. 2 M. D. Id t. apud auctores
Graeciae 3 euidentissimos inuenimus natum imbre
piceo v. repente madefacta tellure, 4 circa Hesperi-
dum x. hortos Syrtimque maiorem, septem annis
ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est Vrbis
nostrae anno cxxiiii y. Vim autem illam per
quatuor z. millia 5 stadium Africæ valuisse. In ea
laserpitium gigni solitum, rem a. feram ac contumā-
ciam. cem:

1. laseris. Dal. 2. CXI. Gr. et Al.
sinos. V. 4. erga Ch. 5. stadiorum in Africa. M.

r. Inter aurum argentum-
que protulisse ex aerario lacer-
picii pondo cxi) In optimo
libro Thuani scriptum: la-
serpicii pondo, 800: hoc est,
mille quingenta. Vide
Salmas. pag. 352. b.

s. Pondo M. D.) Hoc est,
pondio mille quingenta. Ita
MSS. R. 2. et Colb. non, ut
editi, pondo CXI. H.

t. Id apud auctores) Est et
apud Theophr. Hist. VI. 3.
H.

u. Piceo) Craffo et nigro
picis modo. Dalec.

x. Hesperidum hortos) Vi-
de L. V. 5. Theophr. l. c.
ut quidem in libris editis
vulgo habetur, περὶ τὴν Σύρ-
τιν ἀπὸ τῶν Ἐσπερίδων,
circa Hesperiam seu Bere-
nicen oppidum Syrti vici-
num. H.

y. Anno CXLIII) Olympi-
adiis XLV. annus hic fe-

cundus fuit. Theophrastus
l. c. conditam Cyrenen ait
annis fere trecentis antequam Archon Athenis Si-
monides foret: fuit autem
is Archon Olymp. CXVII.
anno secundo, vrbis Romae
CCCCXLII. Quare cum
Plinio Theophrastus facit,
quum a trecentorum anno-
rum numero vnicus deside-
retur. Solinus Vrbis Cyre-
nes ortum adscribit Olympiadi V. et XL. post Troiam
captam a. DLXXXVI. Euse-
bius in Chronico vicennio
feré ante Olymp. XXXVII.
anno IV. Battus, inquit,
Cyrenen condidit. H.

z. Quatuor millia) Theo-
phr. πλειω ἡ τετρακοσχιλία
σαδία. Sunt ea passuum
L. millia. H.

a. Rem feram) Quae cul-
tum aspernetur omnem, et
loca

cem: et si coleretur, in b. deserta fugientem: radice multa crassaque, i caule e. ferulaceo, ² aut simili f. crassitudine. Huius g. folia maspetum vocabant, apio maxime similia. Semen h. erat foliaceum i. folium ipsum ³ vero deciduum. Vesci k. pecora

X 5

solita,

1. magnitudine ferulae par. Tb. 2. Sic et M. et Ch.
baud Gr. et Al. 3. Sic et Ch. vere nascitur. Theo-
phrast. et vere Gr.

loca culta fugiat: vel, vti de cupresso dictum est, quae sit natu morosa. H.

b. In deserta fugientem) Εξαναχωρεσαν, euaneſcentem, exarescentem, deserta, derelictaque ſua ſede. Theophr. Dal.

e. Caule ferulaceo haud simili crassitudine.) Scribo, haud diſſimili crassitudine. Theophrastus L. VI. cap. 4. Caulis quantus ferulae, et crassitudine fere proximus. Pintian.

f. Aut simili crassitudine) Vide Not. et Em. N. V. (hic pos.) Caule) Ita MSS. omnes R. Colb. Thuan. et Chiff. non vti haſtenus editi, haud simili. Fauet Theophr. hist. VI. 3. Τὸν δὲ καυλὸν ἡλίον νάρθηξ, σχέδον τε τῷ πάχει παραπλήσιον. H.

g. Huius folia) Theophr. I. c. Τὸ δὲ Φύλλον, ὁ καὶ στι μασπετον, ὅμοιον τῷ σελίνῳ, etc. Pollucis VI. 10. p. 287. eadem ſententia est, η δὲ εἶσαι σίλφιον... τὸ δὲ Φύλλον μασπετον

Dioſc. vero III. 94. caulem maspetum: Σὸν καυλὸν μά-
ſpetον καλεῖται, ἐν Φερῆς νάρθην. Idem nihilominus aliorum ſententiam recitat: ἔνιοι δὲ τὸν καυλὸν σίλφιον
καλεσαν, τὴν δὲ εἴσαν μα-
γύδαριν, τὰ δὲ Φύλλα μα-
ſpetα. H.

b. Semen — foliaceum) Theophr. Σπέρμα δὲ ἔχει πλατὺ, Φυλλῶδες, οἷον τὸ λεγόμενον Φύλλον. Et ipsum quoque ſemen a planicie foliacea, folium eſt appellatum, vt ex Galeno dicemus ſtatim H.

i. Folium) Vide N. et Em. N. VI. (hic conſp.) Fol.) Haſtenus vere legebatur: Vnde arrepta ſtatim a Criticis, quos Salmasius ſequens eſt in libello, cui titulum fecit Praefationis ad Plinium, p. 104. occasio ſcribendi, peruerſe omnino reddita eſſe a Plinio haec Theophrasti verba, ex Hist. VI. 3. ἄμα μὲν ἐν, τῷ ἥρι τὸ μαſpetον αφίσι, quibus ille non amitti

solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum iucunda. Post l. folia ¹ amissa, caule ^{m.} ipso et homines vescebantur decocto, ² asso, elixoque ^{n.}: eorum quoque corpora ^{XL.} primis diebus purgante a vitiis omnibus. Succus ^o duobus modis capiebatur, e radice, atque caule. Et haec p. duo erant nomina: rhizias, atque caulis vilior q. ³ illo ac putrescens. Radici cortex niger.

^{i.} emissa, caulis ipse (sub. prodit) quo et hom. Th.

^{2.} assoque elixo. Ch. ^{3.} Sic et Ch. atque caulis: vilior ille Gr. et Al.

amitti vere, sed emitte tum potius folia significat: At suspicionem omnem erroris abstulit sincera lectio codic. MSS. R. I. Colb. Chiff. etc. in quibus vero, non vere legitur. Quo porro tempore ea decidunt, Plinius ipse paulo post declarat: *Folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a Canis ortu Austro flante.* Cui sententiae Theophrastus ipse suffragatur, ut in prioribus Notis monuimus. H.

^{k.} Vesci pecora) Theophr. 1. c. H.

^{l.} Post folia amissa) Decidere enim ea a Canis ortu, Austro flante, quidam tradidere. H.

^{m.} Caule ipso et homines, etc.) Legend. Caule ipso homines vescebantur, decocto assoque, illud elixo e glossa est, explicantis τῷ decocto. Vel

lege, asso elixoque, eorum quoque corpora ^{XL.} diebus primis purgante cum his omnibus succus duobus modis capiebatur e radice atque caule. Nihil verius: folia Laserpicii purgaudo et saginando peccori optima, caulis ipse hominibus edulis omni modo decoctus et assus; cum his omnibus utilitatibus, etiam succus e radice atque caule capiebatur, pluribus rebus usui futurus. Salmas. 354. b. 355.

^{n.} Asso, elixoque) Theophr. ἐΦθὸν, ὀπτόν. H.

^{o.} Succus duobus) Theophr. l. c. et Diosc. totidem verbis. Καυλίαγ vocant succum, qui e caule, γιδίαγ qui ex radice exprimeretur. H.

^{p.} Et haec duo erant nomina) Scribendem reor, aequo duo erant nomina. Pint.

^{q.} Vilior ille) Vide N. et Em.

¹ niger. *r.* Ad *s.* mercis adulteria, succum ipsum in vasa coniectum, ² admixto *t.* furfure, subinde concutiendo *v.* ad maturitatem perducebant: ni ita fecissent, putrescentem. Argumentum erat maturitatis, ³ color, siccitasque *x.* sudore finito. Alii tradunt

z. niger et ad m. Gr. et Al. pbrast.

z. admixta farina Theo- colos Cb.

Em. N. VII. Rhizias) Constats haec est exemplarium omnium scriptura; R. Colb. Th. Chiff. etc. qua succum cauliam appellatum viliorem esse, praestantiorem esse rizian, haud obscure declaratur. Fauet Theoph. Hist. IX. 2 qui eadem habet: *καλούσι δὲ τῶν ὄπων τούτων τὸν μὲν καυλίαν, τὸν δὲ εἰζίαν, καὶ ἐσὶ Βελτίων ὁ εἰζίας, παθαρός καὶ διαφανῆς, καὶ ξηρότερος.* Οὐ δὲ καυλίας υγρότερος. Ne quicquam refragante Apuleio, qui dum locum transcriberet ex vitioso codice, in L. de remediis herbarum, vilius ille, leguisse in eo videtur. H.

r. Radici cortex niger, etc.) Legend. Radici cortex niger, ad merces ad vlera succum ipsum in vasa coniectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem perducebant, etc. Merces ad vlera sunt merces quae in vleras regiones portantur, εἰς τὰ περάτα. Salmas. p. 1024. b. *Radici cortex niger, etc.)* Eum

detrahi solitum scribit Theophrast. quapropter eo relieto mercem ab impostoribus adulteratum interdum fuisse. Dalec.

Radici) Theoph. l. c. H. *s. Ad mercis adulteria)* Ad mercem eam siue succum adulterandum Legit Salmasius in Solin. p. 1024. ad merces ad vlera, et ad vlera esse ait, quod Graeci εἰς τὰ πέρατα dicant. At id quis unus, amabo, dixit idoneus satis Latinitatis auctor? H.

t. Admixto furfure) Theophr. *admixta farina, ἀλευρα μίξωσι.* H.

v. Ad maturitatem perducabant) Sic et suum colore accipere, et maturatum (έγραπθεύτα) putredini resistere scribit Theophrastus. Dal.

Ad maturitatem) Ad perfectionem integratatemque eam, quam hominum industria ac opera obtineret, ut a putredine defenderetur. H.

x. Sudore finito) Cum ha- lituo-

dunt laserpitii radicem fuisse maiorem cubitali, tuberque *y.* in ea ¹ supra terram. Hoc *z.* inciso, profluere solitum succum, ² ceu lactis, ³ supernato *a.* caule, quem magydarin vocarunt. Folia aurei

- 1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. super Gr. et Al.*
- 2. seu Gr. 3. supernasci caulem. V.*

lituosus vapor omnino discensus manare cessasset. *Dal.*

Sudore finito) Omni humore siccari excocto, siccato. *H.*

y. Tuberque in ea super.) *Lego:* *Tuber edique in ea supra terram.* paulo post lege: *super enato caule, etc.* Vide *Salmasium*, hac de re late differentem p. 357. b. et sequentibus. Et paulo post scribere, *Hi et circumfodi solitum prodidere. Tuberque in ea super.)* Aliter Theophrastus: *cubitali: eiusque medium extans, altissime ac propemodum extra terram, in caput extuberare, e quo lacteus succus fluit, deinde et caulis nascitur, quem magydarim vocant.* *Dal.*

Tuberque in ea) In eaque radice extuberare capitulum quoddam, quod sublime penitus exstet, ut fere in summa tellure esse appareat: *Oi δὲ τοῦ σιλφίου τὴν φίλαν Φασὶ γενέσθαι πηγυστὰν ἢ μηρῷ μείζονα.* *Taύτην δὲ ἔχειν επί τοῦ μέσου κεφάλιον.* *ὅ καὶ μετεωρότατον*

էς, καὶ σχεδὸν ὑπὲρ γῆς, *Theophr. I. c. H.*

z. Hoc inciso) Theophr. I. c. Sed quem ex Pliniō aliisque sic legas: Μετὰ ταῦτα δὲ τὸν πανδόν. παλεῖσθαι δὲ μαγύδαιον εἰς δὲ τούτου τὸ παλούμενον Φύλλον. Quamquam alii, ut diximus, radicem magydarin vocant, non caulem: semen ipsum fructumque Galenus T. II. in expl. voc. Hipp. p. 93. Ὄποι παρπός, σιλφίου σπέρμα, ὡσπερ Φύλλον ἐνικῶς καὶ μαγύδαιος ὑπό τινων παλεῖται. Succi fructus, silphii semen dicitur, quod et folium simpliciter, et magydaris a quibusdam vocatur. Et Iul. Pollux VI. 10. p. 287. Σιλφίου τὸ σπέρμα παλεῖται μαγύδαιος etc. H.

a. Supernata caule quem magydarin vocarunt) Dissentit a Theophrasto L. VI. cap. 3. cuius verba sunt: *Alii radicem laserpitii cubitalem fieri tradunt, aut paulo maiorem. Hanc in medio extuberare in caput, quod sublime penitus exstat, ut fere super terram esse*

aurei b. coloris pro semine fuisse, cadentia c. a Canis ortu, Austro flante. Ex his laserpitium nasci solitum, annuo d. spatio et radice et caule¹ consumantibus feso. Hoc e. et circumfodi solitum prodidere. Nec purgari pecora, sed f. aegra sanari, aut protinus mori, quod in paucis² accidere. Persico filphio prior g. opinio congruit.

XVI. Alterum³ genus eius est, quod magydaris vocatur, tenerius et minus vehemens, sine suc-

co:

1. consumantibus. Ch. 2. accidit. V 3. Sic ex
MSS. em. Hard. cons. Ch. alterum genus est Gr.
et Al.

esse appareat, unde primum quod lac appellatur erumpit: deinde caulis assurgit; ex qua magydaris. Dioscorides L. III. esse nonnullos ait, qui laserpitii radicem magydarin vocent. Pint.

b. Folia aurei) Foliacea, ut diximus, semina ei sunt: haec post Canis ortum, Austro flante, decussa nouellas filphii seu laserpitii plantas gignunt. Semen filphii folium simpliciter appellatum esse, ex vetustis scriptoribus ante a demonstratum est. Theophrasti haec verba sunt l. c. Τὸ παλούμενον φύλλον εἶναι σπέρμα, ὅχι ὅταν νότος λαμπρὸς πνευσῃ μετὰ κύνα, διαρρέπτεται ἐξ ᾧ φύεσθαι τὸ σήφιον. H.

c. Cadentia a Canis ortu) In filphii planta φύλλον significat nunc foliorum comam quae lauroe colore est: nunc foliaceum semen τὸ σπέρ-

μα, quod Austro post Caniculam flante decussum nouellas filphii plantas gignit. Ea significationis varietas Plinium decepit. Dalec.

d. Annuo spatio) Eodem anno radix consummatur, perficiturque, et caulis, τῷ αὐτῷ δὲ ἐτεί τὴν τε γίγαντίνεσθαι, καὶ τὸν καυλὸν. H.

e. Hoc et circumfodi) Theophr. Δεῖν ὁρύττειν ἐπέτειον, pastinari annis singulis oportere. H.

f. Sed aegra sanari) Aut sanari protinus, aut protinus mori: mori autem protinus, rarum. H.

g. Prior) Lege posterior. Nam priorem narrationem conuenire Libyco, siue Cyrenaico, apertissime Theophr. indicat. Persicum vocat, quod in Armenia et Media Persarum imperio subditis nascitur. Dalec.

h. Alterum genus) Theophr.

co: quod i. circa Syriam nascitur, non proueniens in Cyreniaca regione. Gignitur k. et in Parnasso monte copiosius, quibusdam laserpitum vocantibus: 2 per l. quae omnia adulteratur rei saluberissimae utilissimaeque auctoritas. Probatio m. sinceri prima, in colore modice rufo, et quum 3 frangitur, candido intus, mox n. transfluente: gutta, 4 aqua saliuante liquefit. Usus o. in multis medicaminibus.

XVII. Sunt 5 etiamnum p. duo genera, non nisi sordido nota vulgo, quum quaestu q. 6 multum polleant.

i. copiosum. M. 2. per quod omnino. V. 3. frangatur. Ch. 4. aquae. V. 5. etiam nunc duo radicum genera. M. 6. nullo. M.

phr. l. c. Adde Hesychium, p. 614. Μαργύδερις, δπὸς σιλφίου οἱ δὲ ἔτερον τοῦ σιφλίου εἴναι εἶδος μανώτερον. H.

i. Circa Syriam) Περὶ Συρίας Theophr. At Diosc. III. 94. ἐν Λιβύῃ. H.

k. Gignitur) Theophr. l. c. H.

l. Per quae omnia) Per Syriacum, Parnassumque filipitum, verum ac sincerum adulteratur. H.

m. Probatio sinceri) Diosc. quoque l. c. Διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ὑπέρυθρος, καὶ διαυγῆς σμυρνίων... μὴ δὲ απηνῆς πρὸς τὴν γεῦσιν εὐχερῶς τε δειμένος ἐπὶ τὸ λευκὸν χρῶμα, etc. Praefertur modice ruber, atque

translucens, myrrhae aemulus.. neque saporis immidis: qui denique et facile liquefit ac diluitur, et albescit. H.

n. Mox translucente) Myrrhae similis: non porracei: odore valenti, gustu suavi, et quum gustatur, facile diluti in album colorem. Diocor. Dalec.

o. Usus in multis) Quae referuntur inferius L. XXII. 48. 49. H.

p. Sunz — genera) Earum scilicet plantarum, quarum confessae sunt utilitates, ut dictum est s. r. H.

q. Quaestu multum) Diosc. de rubia: ὁ φελίμως σπείρεται, διὰ τὸ γίνεσθαι ἐκ τούτου πλείσην πρόσοδον. H.

polleant. In r. primis rubia tingendis lanis et co-
riis necessaria. Laudatissima Italica s., et maxime
suburbana: ¹ et omnes paene prouinciae scatent ea.
Sponte t. prouenit, seriturque similitudine v. erui-
liae. x. Verum y. spinosus ² ei caulis: genicula-
tus hic est, quinis circa articulos in orbe foliis.
Semen z. eius ³ rubrum est. Quos in medicina
vſus habeat, suo a. dicemus loco.

XVIII.

1. etſi om. p. prou. ſcanteant. V: 2. ac geniculatus
huic caulis eſt. M. et caule genic. Cb. 3. rubia. Cb.

r. *Inprimis rubia*) Graeci
Ἐρυθρόδαυον vocant; Galli,
Garance: officinae, *rubiam*
tinctorum. Radicis liquore
apud nos singulis annis in
Paschali feſto mulieres oua-
tingunt. A Dodonaeo pin-
gitur p. 349. qualem in hor-
to Regio vidimus. A voca-
bulo Gallico deductus gara-
neus color, cuius Vgutio
meminit; qui nempe acce-
dit ad rubiam: cuiusmodi
est color ceruorum: *Couleur*
de cerf, garancé. H.

s. *Italica*) Rauennatem ru-
biā laudat in primis Diosc.
III. 160. H.

t. *Sponte — seriturque*)
Hoc eſt, vna filueſtris eſt,
ſatiua altera, quod et Diosc.
I. c. ait: addens et inter oleas
et in aruis ſeri. H.

v. *Similitudine*) Caulibus
humis ſtratis, et iacentibus,
eruiliae modo. Dioscor. Dal.

x. *Eruiliae*) Theophrasto

folio eſt ciffi, id eſt, he-
drae, humi ſtrata graminis
modo, radice rubra. Idem.

Similitudine eruiliae.) Se-
men, inquit, ſeritur, simi-
litudine eruiliae, ſeu pisi
minoris. De eruilia diximus
L. XVIII. 10. H.

y. *Verum spinosus*) Licen-
ter Plinius asperum caulem
spinosum vocat. Spinis Ery-
throdanon carere, Theo-
phrastus aperte ſcribit c. I.
L. VI. hist. *Dal.*

Verum spinosus) Τραχὺς
asper. Dioſc. Eἰσὶ δὲ αὐτοῦ
οἱ καυλοὶ τετράγωνοι, μα-
νιροὶ, τραχεῖς . . . ἔχοντες ἐκ
διαγηματων τὰ Φύλλα πανθέ-
ῶν γόνυ, ὥσπερ ἀσέρας
εἰς κύκλον, περιπείμενα. Fo-
liis in orbem per interualla,
nempe circa ſingula genicula,
ſtellae modo decuſſatim ra-
diatis. H.

z. *Semen eius rubrum eſt.*)
Fructus eius principio viret,
deinde

XVIII. At quae *b.* vocatur radicula, lauandis
demum lanis succum¹ habet: mirum quantum
conferens candori mollitiaeque. Nascitur satiu-
a vbiique, sed *c.* sponte praecipua in Asia Syriaque,
saxosis et asperis locis. Trans Euphratrem tamen
laudatissima, caule ferulaceo, tenui, et ipso cibis
indigenarum expetito, ² et *d.* vnguentis, quidquid sit,
cum

i. habet, mirum, multum conf. Ver. vide cap. 12. lib.

XXIV. ^{2.} *Et tingenti Gr. et Al.*

deinde rubet, et quum matu-
rus est nigrescit. Dioscor.
Dal.

Semen . . rubrum) Semen
rotundum, inter initia viri-
de, mox rubrum, postremo
quum ematuruit, nigrum in-
quit Diosc. Καρπὸν ρεογγύ-
λον, τὰ πρώτα χλωρον, εἰτα
έρυθρὸν, εἰτα πεπαινόμενον
μέλανα. H.

*a. Suo dicemus loco.) Cap.
II. L. XXIV. Dal.*

*Suo dicemus) L. XXIV.
56. H.*

*b. At quae radicula) Diose.
II. 139. Στρουθίον . . ω
οι ἐριοπλύται πρὸς νάθαρ-
τιν τῶν ἔριων. Struthium si-
ue radicula, qua fullones pur-
gandis lanis vtuntur. Ea est
quae communi officinarum
consensu saponaria dicitur,
quoniam eluendis vestimen-
torum maculis, sordibusque
lanarum expurgandis, sapo-
nis vicem exhibet. Quidam
herbam fullonum etiam no-*

minant, *l' herbe au foulon,*
quod ea interpolandis vesti-
bus, et mangonio poliendis
fullones vtuntur. Eadem
apud Diosc. in Nothis:
Στρουθίον, Ρωμαῖοις ἐρύζη
λαναρία, ἡ ἔρδιξ λαναρία.
Et Colum. XI. 2. in Aprili:
Oues Tarentinae radice lanaria
lauari debent, ut tonsu-
rae praeparentur. Pingitur
a Dodonaeo, p. 179. H.

*c. Sed sponte) Hoc est,
quae filuestris est, et alterius
fere naturae, caule nem-
pe ferulaceo et eduli, qua-
leum saponaria non habet:
etsi radicem eam Syriacam
γίζιον quoque et στρουθίον
vocant. H.*

*d. Et tingenti quidquid sit
cum quo decoquatur.) Vnguen-
ti in vetere codice, non
tingenti. Credo melius, ut
illud, vngue, vngue puer cau-
les. Pint.*

*Et vnguentis) Vide N. et
Em. N. VIII. (hic coll.) Cau-
le*

cum quo decoquatur: folio oleae. ¹ Struthion Graeci vocant: floret aestate, grata aspectu: verum sine odore, spinosa, et caule lanuginofo. Semen e. ei nullum, radix magna, quae ² conditur ad f. quem dictum est usum.

XIX. (IV.) 1. Ab his supereft reuerti ad hortorum curam, et suapte natura memorandam, et quoniam antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac g. regum Adonis et Alcinoi:

1. Strution Gr. 2. conciditur Gr. quae lectio aprior.

le Libri haec tenus editi et tingen-
tient. MSS. omnes R. Colb.
Th. etiam quos Pintianus
vidit, vnguenti: quod ille ap-
probat, ac veteri more di-
ctum pro vngenti putat.
Nos ex coniectura, et cibis
caulem eum, et unguentis
expetitum interpretamur,
sit demum cum quo deco-
quatur, seu rosa seu lilyum,
aliudue simile quidpiam,
vnde vnguenta constant:
quae planissima huius loci
sententia est. H.

e. Semen ei nullum) Plinio
repugnat hic. Columellae
versus: — a Syrioque venit
vuae semine radix. Dal.

f. Ad quem dictum est) Ad
lauandas scilicet lanas.
H.

g. Ac regnum Adonis et Al-
cinoi) In vetere codice Al-
cini non Alcinoi. rectius.
Nam poetae pro commodo

suo et integro et contracto
vtuntur, oratores contracto
solum. Pint.

Adonis) Est hic Adonis
in genitio. ex Graeco Αδων, Αδωνος. Tamen Adonidis
hortos antiqui vocant, in
quibus alsiosae plantae edu-
cantur, intra περιφοράς τους
testas, seu dolia. Αδωνειος
ηποι, inquit Suidas, p. 83.
λέγονται οι μετέωροι ηποι.
Meminit et Plato in Phae-
dro, p. 276. Fuit Adonis
Cinyrae filius Cypriorum
regis, vt fabulae ferunt. At
apud Ezech. VIII. 14. mu-
lieres plangentes. Adonidem,
feminae sunt lamentantes,
velut ob Lunae morbum,
nempe ob virium Lunae im-
becillitatem, vsque ad ipsam
quintam Lunam totam: vnde
die quinta mensis factum
hoc vidit Propheta, Ez, VIII.
1. Triplex abominatio a Iu-
daeis

cinoi: h. itemque i. pensiles, siue k. illos Semiramis,

daeis patrata describitur eo capite, et gradatim refertur. Prima est, thurificatio idolorum, v. 9. 10. 11. Altera, planctus Adonidis, 11. 13. 14. Tertia, adoratio solis orientis, 15. 16. Iudaeae ergo mulieres sic Lunam colebant, ut viri solem, abominatione hi certe maiore: nam viros idolatria se contaminare tetrius est, quam feminas. Hae praeterea faciebant *placentas reginae caeli*, Lunae scilicet, Ierem. VII. 18. Eadem sacrificabant et viri *in urbibus Iuda et in plateis Ierusalem*, acceptum ei referentes, quod *abundarent panibus*, ibidem XLIV. 11. quo nomine et Ceres vocatur a Virgilio, in ipso initio L. I. Georgieon. *Adonis* propterea Luna appellatur, hoc est, Dominatrix: facto nomine eo feminino ex Hebraeo masculino *Adon* אֲדֹנָן. Adonis ergo Luna, eo quod in segetes dominatur, ut dictum est. *Quinta mensis* autem hoc se vidisse Ezechiel testatur, quod *sexta die ab unde virium habeat Luna*, ut Plinius loquitur, qui propterea ab ea die *mensium annorumque initia* fecisse Druidas in Galliis refert, L. XVI. 95. Quamobrem dies illa *quinta mensis* ab Ezechiele idecirco

notata credi potest admodum verisimiliter, quod usque ad eam ipsam totam protraherent mulieres lamenitum Adonidis, hoc est, Lunae. Apud Virgilium autem, Ecl. X. v. 11. *Adonis* nomen pastoris est, quem *Adoneum* Plautus vocat in Menaechmis act. I. sc. 2. v. 34. sed defletum eum a mulieribus aut viris, neuter dicit. Fabulosus aliis *Adonis* est, quem Theocritus, Bion, aliquique commemorant. Sed quid cum illo Iudaeis mulieribus, praesertim Ezechieliis aeuo? H.

b. *Alcinoi*) Phaeacum regis in insula Coreyra ditissimi, cuius filias laudat Virg. Georg. II. *Pomaria* Statius, L. I. silu. 3. Pometum Tertullianus, de Pallio. Sequunti omnes Homerum in Odysea. H.

i. Itemque *pensiles*) De pensilibus Babylonis hortis multa Poetae, multa historici narrant. Describit eos luculentus Diod. Bibl. II. 99: Item Philo Byzantius, L. de septem orbis spectaculis p. 3 Berolus L. III. rerum Chald. apud Josephum, A. I. X. 11. ait saxeas moles fuisse, quae montium speciem referrent, superne confitas variis arborum generibus, etc.

mis, siue *l.* Assyriae rex Cyrus fecit, de quorum opere alio *m.* volumine dicemus. Romani quidem reges ipsi coluere. Quippe etiam Superbus Tarquinius *n.* nuntium *o.* illum saeum atque sanguinarium filio remisit ex horto. In *xii.* tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in *p.* significatione ea hortus: in *q.* hor-

Y 2

ti

etc. Pendentes recte dixeris in aere siluas. H.

k. Siue illos Semiramis.) Supersunt ex Beroſi annaliſbus monumenta, proxime apud Iosephum laudata, in quibus scriptum eſt, non Semiramidem, Cyrumue, ſed Nabuchodonoforum ex ſpo- liis quae ex Iudea deuafa- ta reportarat, templum Belo exſtruxiſſe, vrbemque Ba- bylonet pro maiestate imperii auſtam coctilibus cinxiſſe muris: Ad haec hortos aerios, et nemora penſilia feciſſe, in gratiam vxoris, quae in montanis Mediae educata, siluas ſpectare, in edito quae eſſent, amabat. Beroſum ſequitur Cedrenus in synopſi historica. Curtius V. n. 5. p. 185. Syriae (hoc eſt Assyriae) regem Babylo- ne regnantem, quisquis de- munis fuerit, hoc opus eſſe molium, ſcribit. H.

l. Siue Assyriacē) Cuius olim metropolis Babylon fuit. Strabo XVI. p. 743. H.

m. Alio volumine dicemus) Morte praeuentus non praeſtit fidem: neque eſt illud in Indice voluminum ab eo exaratorum, quem Plinius Iunior concinnauit. H.

n. Tarquinius.) Rem nar- rat admodum eleganter Valer. Max. VII. 4. n. 2. p. 350. Vide quae dicturi ſumus f. 53. Quum Superbi nomen Plinius Tarquinio praeponit, cognomen id ei fuiffe admonet in ipſo prin- cipatu datum, ob magnificen- tiā. H.

o. Nuntium illum saeum.) Valer. Max. cap. 4. L. VII. Liuius Lib. I. Infra Lib. XX. cap. 8. vltim. Dalec.

p. In significatione ea) Feſtus: Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi qui arma capere poſſent, ori- rentur. H.

q. In horti vero baeredium, etc.) Scribend. In horti vero baeredium: quam rem comita- ta eſt et religio quaedam, hor- toque et foro tantum contra inuidentium effaſcinationes di- cari

ti vero, ¹ heredium. ² Quam rem comitata est et religio quaedam: ³ hortoque r. et foco tantum

- ^{1.} praedium. *V. Varro c. 10. l. I.* ^{2.} *Quamobrem.*
Ch. ^{3.} *Sic et Ch. hortosque et focos — dicari videmus. In rem. Gr. et Al.*

eari videmus in remedii satyrica signa, quamquam hortos tutelae Veneris assignante Plauto. quamquam inquit alia ratio videtur esse quare hortis dicentur satyrica signa in remedio aduersus fascinum: nam Plautus hortos Veneris tutelae assignauit: cui Veneri scil. satyrica signa optime conueniunt Satyrica signa non sunt Satyrorum personae pictae fictae, ut perperam quidam exponunt, sed virilia insignia subrecta, ut ea semper habent satyri. Salmas. 310. a.

Heredium) In Tabula VIII. Legis quartae haec tantum hodie verba supersunt: HORTVS... HEREDIVM ... TVGVRIVM ... Varro de R. R. I. 10. Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat bina iugera, quod a Romulo primum diuisa dicebantur viritim: quae quod heredem sequebantur, heredium appellarunt. Festus: Heredium, praedium parvulum. Vide plura apud Vossium in Etymol. verbi Heres. H.

r. Hortoque et foco) Vide N. et Em. N. IX. (hic adi-

Hortoque) Sic totidem plane apicibus ac litteris, teste Dalecampio, Chiffletianus codex, sic et alii probatissimi, quos habemus. Prius legebatur: Hortosque et fores tantum contra inuidentium effascinationes dicari videmus, In remedio satyrica signa. Salmasius Exerc. in Solin. p. 310. Horroque et foro mauult: cetero a nobis facit. Hortos certe dicari ac fores, nulla veterum monumenta indicant: dicari signa, tralatitium est: vti vel ex hac inscriptione palam est, quam Gruterus afferit p. 66. LIBERO AVG. SIGNVM. SILENI. ET. SATYRI. Ut vero horto et foco, cum MSS. exemplaribus, quam horto et foro, ex Salmasii conjectura, quam nullis ille argumentis constabilit, libentius amplectamur, haec faciunt. Primum conditiorum exemplarium auctoritas, a quibus discedere religio est. Deinde quod fabri quoque ante caminos ipsi suis suspendere soliti erant signa eiusmodi, resque turpiculas, arcendae inuidiae causa:

tum s. contra t. inuidentium effascinationes dicari
videmus in remedio satyrica v. signa, quamquam

Y 3

hortos

causa: Graeci προβασινία, mutonia Latini dixerunt, in veteri Glossario. Testis Iul. Pollux VII. 24. p. 351. πρόδη τῶν καμίνων τοῖς χαλκεῦσιν ἔθος ἦν γελοῖα τινὰ παταρτᾶν, ἢ ἐπὶ πλάττειν, ἐπὶ Φθόνου ἀποτροπῆ. ἐναλεῖτο δὲ βασινία, etc. Ut ab interiorum aedium focis ad fabrorum officinas haec consuetudo transisse videri possit. Denique quod fluxisse hic mos a nobis credatur, ab illo foci exemplo, quod a Plinio recitatur

XXXVI. extremo his verbis: *Non praeteribo et unum foci exemplum, Romanis litteris clarum. Tarquinio Priisco regnante tradunt repente in foco eius comparuisse genitale e cinere masculini sexus: eamque, quae insederat ibi, Tanaquilis reginae ancillam Ocrismam captiuam, consurrexisse grauidam. Ita Seruium Tullium natum, qui regno successit. Inde et in regia cubanti puero caput arsisse visum creditumque Laris familiaris filium. Ob id compitalia et ludos Laribus primum instituisse.* Hoc et alii scriptores referunt, quos ibi appellaturi sumus. Quid porro similius veri, quam ob id

quoque foco deinceps dicta signa Satyrica fuissent, quae ipsa esse τὰ αἰδοῖα in Notis prioribus animaduertimus? H.

s. *Et fores tantum, etc.*) Vide Turn. cap. 28. Lib. IX. Aduers. *Dal.*

t. *Contra inuidentium*) Inuidiae magnam vim ad nocendum antiqui putabant, quum eam sola voluntate, et ipso afflato, ac contagione, maleficam et venenatam esse, et hominibus, quibus male vellet, obesse grauiter censerent. Superstitiose. H.

v. *Satyrica signa*) Quidam legunt *Saturnia*, praesertim Scaliger V. Lib. Varr. de Ling. Lat. id quod nonnulli exposuerunt, Priapi, quoniam is Deus Saturni modo pingeretur cum falce. Turnebus suis adnot. in Varonem legit *Satyrica* eaque similia fuissent putat Phallis, et Ithypallis, quos in pompa Bacchi ferebant: vniuersaque haec omnia oscilla Virgilio vocata fuissent hoc versu, *Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu.* Sic inauspicatas aues foribus affixas fascinum depellere vetustas crederit, et alia quaedam turpia,

hortos tutelae x. Veneris assignante y. Plauto. Iam quidem hortorum nomine in ipsa vrbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus otii z. magister. Usque ad eum

moris

I. quidam. Dal.

turpia, ut asinae cranium. Vide quae adnotata sunt in cap. 9. Lib. XXV. et Lilium Gyraldum in Priapo. Dalec.

Satyrica signa) Perinde est, siue Satyrorum intelligat ipsa signa, hoc est, simulacra, Priapiue, qualis in eo lapis pingitur, qui a Grutero memoratur, p. 95. cum hac epigraphe, quae et effigiem dei et munera luculenter expedit : ΙΘΥΦΑΛΛΩ. ΚΟΡΤΝΗΦΟΡΩ. ΚΗΠΟΦΤΛΑΚΙ. ΚΛΕΠΤΟΜΑΣΤΗ. etc. Siue τὰ αἰδοῖα tantum virilia, figuramque illam, ut Martialis Epig. III. ait ep. 68. *Custodem merito statuit quam villicus horto,* *Opposita spectat quam virgo manu.* H.

x. *Tutelae Veneris*) Rustica Vinalia mense Augusto Veneri dicata sunt, illi eadem die consecrata fuit aedes: iumenta, olitores, omnes horti in eius tutela sunt. Itaque iumenta coronata ab opere cessabant Consualibus, quae sequenti ac proximo die celebrabantur. Scalig. in Festum p. 161. Vide et

eumdem in voce Vinalia. Dalec.

y. *Assignante Plauto*) Quo loco Plautus id prodat, nobis haec tenus incomptum. At Varro, tum L. V. de L. L. p. 48. *Horti*, inquit, *Veneris tutelae assignantur*, hoc est, munditiae, elegantiae, venustatis, tum L. I. de R. R. c. 1. Sic etiam Festus, verbo : *Rustica vinalia. Veneri templa sunt dicata, quia in ipsis Deae tutela sunt horti.* Et in hortis Sallustianis Romae fuisse templum Veneris accepimus, cui haec apposita epigraphe fuerit, quam Gruterus assert, p. 39. AEDITVI. VENERIS. HORTORVM. SALLUSTIANORVM. H.

z. *Otii magister*) In MSS. *hortorum magister*. Emit quidem certe hortum minis octoginta, in eoque philosophiae ludum aperuit, Laertio teste in eius vita, L. X. p. 271. Meminit Pausanias in Atticis regiunculae Athenarum, quam *Hortos Ηπτων* fuisse appellatam scribit: eam

moris non fuerat in *a.* oppidis ¹ habitari rura. Romae quidem per se hortus ager pauperis erat.

2. Ex *b.* horto plebei macellum, quanto innocentiore vietu! Mergi enim, credo, in profunda satius est, et ostrearum genera naufragio exquiri, aues *c.* ultra ² Phasidem amnem peti: et fabuloſo

Y| 4

1. haber. Ver. *2. Phasin am. et eas fab. qui. ter. tut. imo et sie. V.*

eam verisimili coniectura, propter haec Plinii verba, de hortis Epicuri Gaffendus accepit, L. de vita Epicuri, c. 6. Si codicum MSS. lectio arriserit, *hortorum Magister* Epicurus sane dicatur, quod in hortis doctrinae magisterium exercuit. H.

a. In oppidis habitari rura) Romani veteres etiam in hortis habitarunt. Apud Tacitum XVI. Thraseas in hortis agebat, quum aduersus rascente iam die Consulis quaestor ad eum missus. Apud Sueton. Claudio, abiecta spe dignitatis, ad otium concessit modo in hortis et suburbano, in Campaniae secessu delitescens. Hortorum aedificia voluptaria, et amoenitatis gratia exstructa, in quae sui colligendi causa secedebant, Romani diaetas vocarunt, Graeci zetas, ut constat ex Lamprido in Heliogabalo, $\alpha\pi\delta\tau\zeta\eta\nu$, nisi fallor. Brisonius c. 13. L. III. Dal.

b. Ex horto plebei macellum, etc.) Ex hortis et olei-ribus fercula venustissime apud Plautum in Pseud. coquus memorat: Non item coenam condio, ut alii coqui, Qui mibi condita prata in patinis proferint: Boues qui coniuas faciunt, herbasque aggerunt: Eas herbas herbis aliis porro condunt, Indunt coriandrum, feniculum, alium, atrum olus: Apponunt ruminem, brassicam, betam, blitum, etc. Dal.

Ex horto plebei macellum) Non aliud plebi macellum quam hortus fuit: non aliunde fercula. Eodem sensu Tullius in Catone: n. 56. Iam hortum ipsi agricultae succidiam alteram appellant. H.

c. Aues ultra Phasidem amnem peti, et fabuloſo quidem terrare tutas.) Phasin non Phasidem in Vet. Cod. emendatiore lectione. Item scribendum puto, et ne fabuloſo

buloso d. quidem terrore tutas, imo sic e. pretiosiores, alias in Numidiam, atque f. Aethiopiae sepulcra: aut pugnare cum feris, mandique capientem g. quod mandat aliis. At hercule quam vilia haec, quam parata voluptati satietatique; nisi eadem quae ubique, indignatio occurreret! Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia h. monstro, pauperibus interdicta: inueterari vina, saccisque i. 2 castrari: nec cuiquam adeo

i. mandere cupientem quod mandit. M.

2. castigari. Alii.

buloso quidem terrore tutas.
Pint.

Ultra Phasidem) Phasianas intelligit, e Colchis olim peti solitas, ut dictum est X. 67. H.

d. Et fabuloso) Quamquam deterriti ab earum auium aucupio homines poterant iure videri, vel solo terrore, quem de iisdem avibus, totoque caeli tractu quem incolerent, fabulae iniecissent. H.

e. Pretiosiores) Iuuinalis
4. Interea gustus elementa per omnia querunt, Numquam animo pretiis obstantibus interius si Attendas, magis illa iuuant, qua pluris emuntur. Seneca sub finem Lib. IV. Nobis dolet quod spiritum, quod Solem emere non possumus: adeo nihil potest luxuria placere. Dalec.

f. Atque Aethiopae) Menonidas aues signat, de quibus X. 37. Qum in Numidiam dicit, Meleagridas, de quibus eodem libro, s. 38. H.

g. Mandique capientem) Dum apros venatur. H.

h. Alia monstro) Quorum natura e ceterorum pomorum conditione dispar, ut sunt spadonia, item melofolia, ceteraque, de quibus L. XV. 15. vel intempestive orta Plinius XVII. 1. Ob hoc insita, et arborum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec poma pauperibus nascerentur. H.

i. Saccisque castrari) Vina olim tum saeco per colataram, tum niue frangebantur, ut mitiora lenioraque, defecata et liquida forent, atque ideo plus biberetur,

cax-

adeo longam esse vitam, vt *k.* non ante se genita potet: *e l.* frugibus quoque ¹ quoddam alimentum sibi excogitasse luxuriam, ac medullam tantum carum: ² superque *m.* pistinarum operibus et cae- laturis *n.* viuere, alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus usque ad ³ intimam plebem descendente annona. Etiamne in herbis descrimen inuentum est, ⁴ opesque *o.* differentiam fecere in ci- bo, etiam uno asse venali? In his quoque aliqua

Y 5

sibi

*1. quondam alitum. Ch.**ra, et caelaturas: viuere**Vet. 3. intimam. Ch.**2. insuperque pistrin. ope-**ra allios pane proc. alios vulgi.**4. opusque diff. facere. M.*

σακκίζειν et *σακχελίζειν* Graeci vocant. Martial. — *vt liquidum poter Alauda me- rum, Turbida sollicito transfundere Caecuba sacco.* Idem. *Setinos, moneo, nostra niue frange trientes: Pauperiore mero tingere lina pores.* Cucilius apud Ciceronem II. de Finibus, *Cui nil densit nix, et sacculus abstulerit nil. Dempsit pro demplerit ἀγ- χαιστος Dal.*

Saccisque castrari) Sacco frangi vini vires, vt dictum est L. XIV. 28.

k. Vi non) Vt non et ve- tustiora multo vina potet. H.

l. E frugibus quoque) Ali- cam intelligit, de qua pro- lixe Plinius lib. sup s. 29. Sed inter prima dicatur et a- liceae ratio, praestantissimae saluberrimaeque: quae palma

frugum indubitata Italianam contingit. Et: Alica fit e zea . . . Nudata conciditur me- dulla, etc. H.

m. Superque pistinarum) Pistinarum opera ac caelatu- ras interpretor, varias rerum imagines, quas panificiis suis, crustulisque, quod etiam hodie fit, pistores es- singunt. Caeu enim intelli- gas, quod visum est non nullis, pistinulas aedificari etiam ac caelari solitas, qui- bus procerum panis mole- retur, seorsum a pane vul- gi. H.

n. Et caelaturis viuere) Scalpturis nam in lautis illis panificiis, vt a multis etiam hodie fit, pistores varias omnium rerum imagines caelabant. D.

o. Opesque — in cibo) In her-

fibi nasci ¹ tribus *p.* negant, caule in tantum ² saginato, vt pauperis mensa non capiat. Siluestres fecerat natura corrudas, vt quisque demeteret passim: Ecce *q.* altiles spectantur asparagi: Et *r.* Rauenna ternos libris rependit. Heu prodigia ventris! Mirum *s.* esset non licere pecori carduis vesici: non licet ³ plebi. Aquae quoque separantur, et ipsa naturae elementa ⁴ vt pecuniae discreta sunt. Hi *t.* niues, illi glaciem potant, poenasque *v.* montium involuptatem gulae vertunt. Seruatur *x.* ⁵ algora aestibus

- i. pauperioribus.* Turn. *2. signato.* M. et Ch. *3. plebei Gr.* *4. in pecunia.* M. in pecuniae decretum sunt. Cb. *5. Ligur.* M.

herbis, quae vix asse venuunt. H.

p. Tribus negant) Tribum nomine plebem infimam monet intelligi oportere, cuius mensa saginatos caules, altilesque asparagos minime capiat. H.

q. Ecce altiles) Ponderosi, quasi ex sagina pingues. H.

r. Et Rauenna ternos libris) Rauennates asparagi, inquit, ita sunt saginati, vt terni libram pendant. H.

s. Mirum esset non licere pecori carduis vesici, non licet plebei.) Geminantur in antiquo exemplari verba illa *carduis vesici*, ad maiorem diuitibus conflandam inuidiam: *Mirum esset non licere pecori carduis vesici, carduis vesici non licet plebei.* Pint.

t. Hi niues) Huius moris indicia signat Martialis passim, vt L. IX. ep. 23. Nec labris nisi magna meis crystalla terantur, Et faciunt nigras nostra Falerna niues. Et L. XII. ep. 17. Nec nisi post niueam Caecuba poter aquam. Sed et niuem meram bibeant, A Gellius XIX. *5. Is nos aquam multam ex diluta niue bibentes coercebat, seueriusque increpabat.* Vel ibi forsan ex niue, quum niue admixta sonat, quae loquendi forma Plinio quoque ipsi familiaris est. H.

v. Poenasque montium) Glaciei moles, ac niuum globos, quibus montium iuga premuntur. H.

x. Seruatur algor) Nix in fossis eam ob rem cauatis asserua-

bus, excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat.
 Decoquunt *y.* alii aquas; mox et illas hiemant. Ni-
 hil ¹ vtique homini sic, quomodo rerum naturae
 placet. Etiamne *z.* herba aliqua diuitiis tantum
² nascitur? Nemo *a.* Sacros Auentinosque montes,
 et iratae plebis secessus circumspexerit: ³ mox
 enim *b.* certe aequabit, quos pecunia separauerit.

Itaque

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. itaque Gr. et Al.

2. pascitur. M. diuitia tantum: pascitur. Ch.

3. mors enim certe Gr. et Al.

seruatur in aestatem usque.
 Athenaeum vide L. III. p.
124. H.

y. Decoquunt) Vide quae
 dicenda sunt L. XXXI. s. 23.
 H.

*z. Etiamne herba aliqua
 diuitiis tantum pascitur)* Ex-
 istimo haec verba non esse
 huius loci, sed continuanda
 cum paulo ante praecedentibus,
*Etiam ne in herbis, vt
 scribendum putem, Etiam ne
 in herbis discriminem inuentum
 est? Etiam ne herba aliqua di-
 uitis tantum pascitur?* Pint.

Diuitiis) Diuitibus. H.
a. Nemo sacros) De se-
 cessione plebis in sacrum
 montem, ob iniurias poten-
 tium ac diuitium contemptus,
 vide Livium II. p. 32. in
 Auentinum L. III. p. 59.
 H.

*b. Mores enim certe aequa-
 bit, quos pecunia superauit)*
 Vera quidem sententia, vul-

garis tamen ac indigna Plini-
 ano ingenti acumine. Co-
 dex antiquus *Mox* habet,
 non *Mors.* vt scribendum
 putem, *Mos*, sicuti quaedam
 etiam praferunt exempla-
 ria impressa. et separauerit
 legitur in eodem codice,
 non, vt alii, *superauerit.*
 Pint.

Mox enim certe) Nemo,
 inquit, in tanto diuitium fa-
 stidio, qui ipsis quoque her-
 bis pauperibus interdicunt,
 plebis iram secessumque,
 vt quondam, desideret: mox
 enim certe intelliget abunde
 iratam: et quum utroque
 componet, diuites, pau-
 pereisque, aequabit eos inter-
 se, quos pecunia separauit.
 Nam quum macelli vectigali
 aliud maius Romae nul-
 lum esset, tanta insequuta
 est plebis indignatio, tantus
 clamor, tanta apud omnes
 Principes conquestio, vt por-
 torium

Itaque hercule nullum macelli vestigal maius fuit
Romae, clamore plebis incusantis apud omnes prin-
cipes

torium mercis huius remitti
oportuerit: compertumque
aequas esse fere pauperum
ac locupletum opes: pau-
perumque diuitias non in
nummo quidem, sed in so-
lo: nec in area redditum,
sed sub dio esse. In libris
haec tenus editis, *mors enim
certe*, satis pie quidem, at
non sincere: quum in MSS.
R. Th. Colb. aliisque, Pin-
tianus vidit, *mox* planissime
legatur. Aliis mos legi pla-
cket, nimium subtiliter, nec
satis congruenter orationi
reliquae. Vestigalia sibi re-
mitti saepe flagitauere ciuit-
ates: remissa sibi sunt sae-
pe gratulatae. Testes num-
mi veteres plurimi, cuius
generis sunt isti insignes
duo, Carausii Augusti IMP.
CARAVSIVS. P. F. AVG.
Caput radiatum, in alio
laureatum .). EXPECTA-
TE VENI. Augustus et
ciuitatis Genius dextras iun-
gunt. Argenteus olim apud
D. Foucault. Hic si legi
oportet, *Expectate veni*, fin-
gi oportet rebellem prouinciam
aliquam auxilio Carau-
sium euocasse, non per lit-
teras, ut sit, vel per legatos,
sed per numisma. At in

pictura iam in prouinciam
et in ipsam Vrbem aduenisse
perhibetur: cur ergo etiam
tum diceretur, *Expecta-
te veni*; quum verius tum
dicitur, *Expectatus venisti*,
vt titulus picturae responde-
ret? Latet igitur sub his lit-
teris aliqua sententia, nem-
pe ista, qua ciuitas Augu-
stum alloquitur, cuius dex-
tram tenet: EXPECTAT
*Aduentu Tuo Edua Vestigali-
um Exemplo Narbonis Immu-
nitatem. Gallice: La ville
d'Autun s'attend, qu'à votre
auenement elle sera exemte
d'imposts sur le pié de Nar-
bonne.* In alio, qui in Anglia
adseruatur, scriptum est:
EXPECTATE VENIES:
hac sententia EXPECTAT
*Aduentu Tuo Edua Vestigali-
um Exemplo Narbonis Immu-
nitatem. Et Securitatem
oratione etiam aliquanto
pleniore: quum si le-
gendum sit, Expectate
venies, congrua omnino
non sit oratio.* Claudi
Gothici nummus est singula-
ris in Cimelio domus Pro-
fessae Societatis Iesu Parisis,
hac epigraphe, conspicua
maxime in ipsa nummi prio-
re pagina, quae vultum Im-
pera-

cipes e., donec remissum est portorium mercis huius d.; compertumque non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius, ac minore Fortunae iure, quum credatur e. pensio ea pauperum f. Is in solo sponsor est, et sub dio redditus, superficiesque caelo quocumque gaudens.

3. Hortorum g. Cato praedicat caules. Hinc primum agricolae ¹ aestimabantur prisci, et sic statim faciebant iudicium, nequam h. esse in domo matrem familias (etenim haec cura feminae ² i. dicebatur

1. aestimabant. M. et Ch. 2. dicabatur. Alii.

peratoris exhibet: IMPERATORIS AVCI. Sententia est IMPERATORIS Optimus Claudio, Eduorum Tutor, Augustodunensibus Vectigalium Concessit Immunitatem. In parte nummi auersa litterae sunt vsu detritae. De titulo Imperatoris Optimi vide L. VII. 28. et quae alibi diximus. H.

c. Principes) Imperatores.
H.

d. Compertumque non aliter) Subintellige, non aliter quam si res herbaria immunis ab omni vectigali foret H.

e. Pensio ea pauperum) Quoniam ex eo reditu pauperes extunderent, vnde capitis tributum penderent. Vide quae diximus L. XVI. 12. H.

f. Is in solo sponsor est) Nam praedia quasi praedes sunt et sponsores dominorum. Vide Turn. cap. 12. L. IV. Aduersar. Dalec.

Is in solo sponsor) Hortus, inquit, pro sponsore est, soli bonitate. Satis lauta res familiaris est hominis illius, cui hortus est solo feraci: nec alio is sponsore eget. H.

g. Cato) Cap. 156. et 157. Dal.

Cato) Nunc L. de R. R. c. 156. 157. vbi de brassica. H.

b. Nequam esse) Hoc est, parum frugi, nec ad rem augendam satis acrem, vt recte Budaeus, L. III. f. 68. H.

i. Dicebatur) Sic etiam MSS. non dicabatur H.

batur: vbi¹ indiligens esset hortus *k.*: quippe e carnario, aut macello viuendum² esse. 3. Sed nec caules, vt nunc, maxime probabant, damnantes pulmentaria, quae egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere *l.*: nam gari desideria etiam in exprobatione erant. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res et parata semper *m.*: vnde et acetaria appellantur, facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo *n.*, et quae minime accenderent desiderium panis

i. indulgens. Ch. 2. esse: et nec caules. M 3 Sic ex MSS. em. Hard. esse. Neo caul. Gr. et Al.

k. Quippe e carnario, aut macello) Carnarium dicebatur is locus, vbi carnes: macellum vero tunc, vbi olera distrahebantur. Varro L. IV. de L. L. p. 35. Forum olitorium: hoc erat antiquum macellum, vbi oleum copia. Ea loca etiamnum Lacedaemonii vocant μακελλωτας: sed Iones ostia hortorum et castelli, μακελλους. Secundum Tiberim ad Junium, Forum piscarium... Haec omnia postquam contracta in unum locum quae ad vietum pertinebant, et acidificatus locus, appellatum macellum, vt quidam scribunt quod ibi fuerit hortus, etc. H.

l. Nam gari) De gario dicemus L. XXXI. 43. H.

m. Vnde et acetaria appellantur) Acedaria, quod exiguum vel nullam curam

poscerent. Sic mel quod sponte fluxit, nec curatoris diligentia expressum est, acedon dicitur supra cap. 15. L. XI. Dalec. Vnde et acedaria appellantur.) Lege: Vnde et acetaria appellantur, facilia concoqui, etc. Inepte quidam acedaria legunt et intelligunt, quae fine cura prouenirent. acetaria dicta λάχανα quae cruda in aceto edebantur, Graeci τρωζίους appellantur, Salmas. p. 375. a.

Vnde et acetaria) Olera sunt, quae cruda sumuntur ex aceto. H.

n. Et quae minime accenderent desiderium panis) Scriptum reor Veneris, non panis. Causam erroris puto fuisse dictionem Veneris compendiose scriptam, pro qua ineptus

panis o. Pars eorum ad condimenta pertinens fatetur p. domi versuram fieri solitam: atque non Indicum piper quaeſitum, quaeque trans maria petimus. Iam in fenestrī suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura praebebant, antequam praefigi q. prospectus omnes coegit multitudinis

i. omneis. Dal.

ineptus castigator suffecit panis. Pintjan.

o. Pars eorum) Hortorum scilicet. Vt piper Indicum et condimenta trans mare nascentia sibi gulæ proceres compararent, cogebanturque plerumque versuram foris facere, hoc est, pecuniam aliunde mutuari. At homines frugi et sobrios, qui condimentis in horto suo nascentibus erant contenti, domi versuram facere dixit eleganter Plinius, quasi qui domi sumerent, non ex aliena arca, quo cibos suos condirent. Haec Salmasii interpretatio est, in Confut. Cercoetii, p. 119. Multo simplicior veriorque Petauii, in Mastigoph. 2. p. 10. Eleganter ille, inquit, versuram domi facere, hoc est, ab horto fenerari scribit eum, qui vt gulæ, tamquam dāversū satissimat, non ab alio quam ab horto suo mutuum accipit. Ita versura proprie est creditoris mutationis. H.

p. Domi versuram fieri solitam) Vt in versura mutatur creditor, pecunia vero semper debetur, sic cum oleis vtimur aromatum loco, quod delectat diuersum est, voluptas eadem. Obligat se qui aromata magno comparat: versuram facit qui eorum loco in cibis adhīhet olera vilia. Dalec.

q. Praefigi) Praecludi per gulas vel fenestras, quibus prospectus pateret in vicum. Praefigere interdum praeccludere est. Caius in Dig. VIII. tit. de seruitut. urbanoꝝ praediorum lege 6. Haec autem iura. Veluti si aedes tuae, inquit, aedibus meis seruant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum aedium officiatur: et ego per statutum tempus fenestras meas praefixas habuero, vel obstruxero, ita denum ius meum amitto, etc. Virgil. Georg. III. v. 398. Multi iam excretos prohibent a matribus hoedos, Primaque ferratis, prae-

dinis¹ innumerae saeuia r. latrocinatio. Quamobrem sit aliquis et his honos, neue auctoritatem rebus² vilitas adimat, quum praesertim etiam cognomina procerum inde nata videamus. Lactucinosque in s. Valeria³ familia non puduisse appellari: et contingat aliqua gratia⁴ operae curaeque nostrae, Virgilio t. quoque confessio, quam sit difficile verborum honorem tam paruis perhibere.

XX. Hortos v. villaie iungendos, non est dubium, riguosque maxime habendos, si contin-

gat,

1. Sic ex MSS. em Hard. conf. Ch. prospectus omnis ...
 innumeratae Gr. et Al.
 2. Sic et utilitas M. vili-
 tas eximat. Ch. utilitas Gr.
 3. prouincia. Alii. Lego,
 prosapia. Dal.
 4. operi. M.

praefigunt ora capistris. Prospectus vero pergulae est, seu fenestra, seu quilibet situs altus, vnde prospicere in vicum licet. Infra L. XXI. s. 7. *Populus*, qua praeferebatur funus, flores ex prospectu omni sparsit. H.

r. Saeua latrocinatio) Nam detrectarii malis artibus in aliena coenalia se dirigen- gentes furandi animo, fene- stras vncinis et hainis ape- riebant, ideo apertularii vo- cati, Graecis θυρεπανιται, επεισπηδηται, κατάραντοι. Iis similes sunt forium pa- rietumque effractores, τοι- χεπανοῖται. Cuiacius cap. 27. X. obseru. nocturni fu- res quasi omnes Plauto in Trinummo, Dōmitatores, θμεροῖται, non interdiarii,

ἡμεροκλέπται: de quibus in 12. tabulis: Si nox fur- tum faxit, si im aliquis occi- sit, iure cnesus esto. Idem Cuiacius cap. 27. XI. Dal.

s. In Valeria familia) In vna gente plures fuerunt familiae agnominibus dis- tinctae: Volusiorum, qui et Publicolae postea appella- ti: Maximorum, in qui- bus Laetuae, seu Lactucini. Apud Diodor. XII. p. 74. Consul legitur M. Valerius Laetua: Μάγνος Οὐαλέριον Λαυτοῦναν vocat. Eidem et Maximi cognomen fuit: gessit Consulatum A. V. CCXCVIII. H.

t. Virgilio quoque) Georg. IV. 6. In tenui labor. H.

v. Hortos villaie, etc. si con- tingat praefluo amne, si mi- nus

gat,¹ praefluo amne: si minus, e puteo ^x, rota ², organisue ³ pneumaticis ^y, vel ⁴ tollenonum haustu rigandos. Solum proscindendum a ⁵ Fauonio: in autumnum ^z, praeparandum est post ^{xiv}, dies, ite-

- 1. Sic et Alii. perfluo, Vet. profluo Gr. 2. Sic et Turn. pertica Gr. et Alii. 3: pneumaticis. V. Turn. c. 20. L. XI. neumaticis Gr. 4. tollonum V. 5. Fauonio in aut. properantibus, et post. M.*

nus e puteo rota organisue pneumaticis, vel tollenonum haustu rigatos) Sic legend. Monet enim hortos aut riguos habendos esse riuis ductis ex praefluo amne, aut si id non contingat, rigatos e puteo rota organisue pneumaticis, vel tollenonum haustu. Salmas. pag. 589. a. Hortos villaे iungendos, etc.) Cassianus cap. 2. et 3. libro XII. Gepon. Dal.

x. E puteo rota) Sic recte Turnebus, ex MSS. vestigiis, Aduu. XI. 20. quum prius pertica infulse legetur. Rota ea machina est ad hauriendam aquam, quae a Vitruvio describitur cum tympano, X. 9. H.

y. Organisue neumaticis, etc.) Τὰ πνευματικὰ, τὰ ἀντλητηρία, haustra, quales nostrae fistulae aquariae, aquis exhauriendis aptae et inuentae, vulgo Pompes. Tollenones, siue tollones τὰ ηγλώσαι. Aristophan.

apud Polluc. ωσε ηγλώσαιον ἀνεκύπτων, κοὶ πατανύπτων. Plautus in Paenulo: Sunt Graeca telonea: sustolli solent. Sunt et huius generis antlia et ciconiae. Dalec.

Pneumaticis) Inter machinarum genera, πνευματικὸν fuit, seu spiritale, quod vi fatus ac spiritus aquam hauriret et attraheret: cuiusmodi fistulae nostrae sunt, vulgo Pompes. Aliud ηγλώσαι appellatum, iuxta puteos positum, ad hauriendam facilius aquam, alteram partem praegrauante pondere: tollenonem pariter vocant Festus et Vegetius: Galli; vne Bascule. Vide Vegetium IV. 21. H.

z. In autumnum praeparandum est) Legendum reor praepalandum est. nam statim sequitur, octo iugerum operis palari iustum est. Pint.

iterandumque ante brumam. Octo *a.* iugerum operis palari *b.* iustum est, sumum tres pedes alterum cum terra misceri, areis distingui, easque resupinis puluinorum *c.* toris, ambiri singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini, scatebrisque decursus.

XXI. In hortis nascentium alia *d.* bulbo commendantur, alia *e.* capite, alia *f.* caule, alia folio, alia vtroque, alia semine, alia *g.* cortice, alia cute, aut cartilagine, alia *h.* carne, alia *i.* tunicis carnosis.

XXII.

a. Octo) Operas octo iugerum vnum pastinare aequum est. H.

b. Palari) Hoc est, vt Plinius ait L. sup. f. 8. verti pila, seu pastinari. Est enim pala rusticum instrumentum ad fodiendam terram. H.

c. Puluinorum toris) Sic L. XVII. 35. *Puluinatis a deuexitate labris.* Puluinus dicitur areolae terra elata inter duos sulcos in hortis, a similitudine puluinorum, in quibus sedemus: idcirco et torus dicitur. *Couche de jardins, de melons, de concombres,* etc. H.

d. Alia bulbo) Rotundae radices suis membranis tunicatae, bulbi nominantur: siue pluribus capitulis coagimententur, uno folliculo omnes ambiente, siue quadamtenus distinctae separantur: quales sunt croci, lilio-

rum, narcissi, scillae, arundinum. Hae bulbosae radices sic sub terra crescunt, vt ad nouam quotannis solem decerpi aliqua portio possit. H.

e. Alia capite) Id quod sursum deorsumue in globum extuberat, aut in orbem glomeratur, caput dici consuevit: vt in papauere: si magnitudine cesserit, capitulum: a quo multa herbárum capitulata visuntur fastigia. Radices nonnullae, vt porri et ceparum, extuberant in capita: vnde et capitatum porrum sibi nomen arrogavit. H.

f. Alia caule) Quem et scapum Latini vocant. H.

g. Alia cortice, alia cute, etc.) Cortice et cartilagine raphanus, quod idem ait alibi Theoph. cap. 20. L. II. cap. 24. L. III. Causs. et cap. I. et 2. L. VII, hist. carne pepo,

XXII. Aliorum fructus in terra est, ¹ aliorum et extra, aliorum non nisi extra. Quaedam iacent crescentque, vt cucurbitae et cucumis. Eadem pendent, quamquam grauiora multo etiam iis quae in arboribus gignuntur: ² sed cucumis cartilagine. Cortex huic vni maturitate transit in liguum. Terra conduntur raphani, napique, et rapa: atque alio modo inulae, sifer, pastinacae. Quaedam vocabimus ferulacea, vt anethum, maluas. Namque ^{k.} tradunt auctores, in Arabia ³ maluas ^{l.} septimo mense arborescere, ⁴ baculorumque usum ⁵ praebere extemplo. Sed et arbor est malua in Mauretania Lixi oppidi aestuario, vbi Hesperidum horti fuisse produntur cc. pass. ab Oceano, iuxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, vt ferunt. Ipsa altitudinis pedum xx. crassitudinis quam circumplete*ti* nemo possit. In simili genere habebitur et canna-

Z 2 bis.

1. *Haec verba, aliorum et extra, in M. desunt,* 2. *Pla-*
cet. Ver. 3. *eas. Dal.* 4. *Sic ex MSS. em.*
Hard. baculorum usum. Gr. et Alii. 5. *praeben-*
tes. V.

pepo, tunicis carnosis cepa.
Dal.

Alia cortice) Cortice, vt cucurbitae: cortice et cartilagine, raphani: vt dicetur inferius, f. 26. H.

b. Alia carne) Ut poma, pira, pepones H.

i. Alia tunicis) Ut cepae. H.

k. Namque tradunt) Th. hist. l. 5. H.

l. Maluas septimo mense, arborescere) Scribendum, *Maluas septimo mense arbo-*

*rescere, baculorumque usum praebere. Exemplo sit arbor e malua in aestuario. Mauritania Lixi oppido aestuario; arboris e malua factae in Mauritania exemplum ad fert, quae altitudinis erat xx. pedum, crassitudinis quam circumplete*ti* nemo possit. Salmas. p. 292. a Malua septimo) Theophr. cap. 5. L. I. hist. cultura id fieri auctor est, nulla priuatum facta Arabiae mentione. Dal.*

bis. *m.* Necnon et carnosa aliqua appellabimus, vt *n.* spongias in humore pratorum renascentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumque natura diximus *o.*, et alio genere tuberum paulo *p.* ante.

XXIII. (V.) Cartilaginei *z* generis *q.*, extra que terram est cucumis *r.*, mira voluptate Tiberio

z. alia. Dal. 2. Cartilaginum. Ch.

m. Et cannabis) Et beta quoque, si Theophrasto fidet, l. c. H.

n. Vt spongias) Conferuam descriptram cap. 8. L. XXVII. *Dal.*

Vt spongias) Conferuam intelligit, de qua L. XXVII. 45. H.

o. Diximus) L. XVI. II. H.

p. Paulo ante) Sect. II. 12. 13 et 14. huius libri. H.

q. Cartilaginei generis) Nam radices quaedam cartilaginosae sunt, vt raphani, betae. Vide cap. 1. et 2. L. XX. *Dal.*

r. Cucumis) Varroni a curuore, quasi curuimier. Probabilius est a Graeca dictione voculum id tractum, qui et σινύδη et κινύδη vocarunt. Scalig. in Priapeis, *cucumeres bumi fusos*. Plinius cucumeris nomine nostros melopeones, vulgo *Melons*, cucumeres *concom-*

bros, angurias *barbocas*, complectitur, et de iis diversa tradit, cuique suo generi tribuenda, vt adnotatur. Citrinos adhuc vocant *Sucrades blanches*; nigros, *Sucrades rouges*. *Dal.*

Cucumis) Vt apud Graecos σίνυδη, sic apud Latinos cucumis late patentis significatus est: nam et quos proprius cucumeres appellamus, *Concrombes*: et pepones, *Pompons*: et melones denique complectitur, *Melons*. Quum magnitudine exceperunt, aut in longitudinem processere, quales multis locis nascuntur, pepones quondam vocari ceperunt, vt inter omnes constat, a maturitate ducto nomine: ita vt veri cucumeres, qui quanto maturescunt magis, tanto solidiore cartilagine constant, lignosaque crusta durantur, in pristinae nomenclationis ambage remanserint. Sed qui iam mites

rio Principi s. expetitus. Nullo quippe non die contigit ei, penſiles t. eorum hortos promouentibus in Solem rotis olitoribus: rursusque v. hibernis diebus intra x. specularium munimenta reuocantibus. Quin i. lacte y. mulso semine eorum bi-

Z 3

duo

i. *quin et lacte. Gr.*

mites ac teneri maturitate flaccescunt, pristino nomine defuncti, pepones dici voluerunt: quasi mites et maturitate teneri cucumeres. Sed quum formam et effigiem mali referunt, et humi rotundantur, melopepones Graeci vocant, facto ex pepone et malo nomine: quasi inter eos nihil nisi figurae varietas intersit. Ita fere Ruellius, L. I. p. 87. H. s. Tiberio) Colum. XI. 3. p. 402. Possunt etiam cucumeres, si sit operae pretium, vasis maioribus rotulae subiici, quo minore labore producantur, et rursus intra recta recipiantur. Sed nibilominus specularibus integri debebunt, ut etiam frigoribus, serenis diebus, ruto producantur ad Solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucumis parabatur. Nos autem leuiore opera, etc. Gustus illa insignis voluptas Tiberio expetita, meloni nostro, quam cucumeri, aptius competit. H.

i. *Penſiles - hortos*) Sic vas
fa maiora vocat, Gallis, des
Caiffes, cuiusmodi fere sunt,
quibus aurei mali continen-
tur. H.

v. *Rursus hibernis*) Eadem
fere Theophl. cap. 6. L. V.
Caus. memorat, quo loco
docet hieme cucumeris se-
men in canistris serere, ut
celerius fructus proueniat.
Dal.

x. *Intra specularium*) De
specularibus dicemus L.
XXXVI. 45. Horum vi-
cem ac similitudinem refe-
runt vas a vitrea, quibus me-
lones integrimus; des Chlo-
ches. Lepide conqueritur
Martialis VIII. Ep. 14. se-
peius ab amico exceptum,
quam soleat esse hortus pen-
ſilis, in quo tenera arbo-
rum semina sunt: ut qui
non haberet in cella spe-
cularia, quibus vim vento-
rum, et iniurias temporum
propulsaret. H.

y. *Quin et lacte mulso se-
mine eorum biduo maceraro*)
Scribendum reor: *Quin et
lacte aut aqua mulsa semine
eorum*

duo macerato, apud *z*, antiquos Graeciae autores scriptum est seri oportere, ut dulciores fiant. Crescunt *a*. qua coguntur forma. In *b*. Italia virides, et quam minimi: in prouinciis quam maximis: et cerini

*z. et cirimi. M. vtrumque. cerici. Cb. Vide Annot.
et citrini Gr.*

*eorum, etc. Columella L. II.
cap. 3. Sed quia Plinius
antiquorum Graeciae auto-
rum testimonio vtitur, praे-
terire nolui, Theophrastum
non esse ex eorum numero,
qui Plinium iuuant, cuius
verba sunt libro VII. capite I.
Quamobrem nonnulli semen
cucumeris lacte aut aqua praemaceratum serunt; quo cele-
rius exeat. Pintian. Quin
et lacte mulso semine, etc.)
Theophr. 12. L. III.
causs. Cassianus c. 20. L. XII.
Palladius cap. 9. Martii.
Dal.*

*Quin et lacte mulso) Hoc
est, lacte in quo mel additum.
Colum l. c. p. 401. Cucumis
zener er iucundissimus fit, si
ante quam seras, semen eius
lacte maceres: nonnulli etiam,
quo dulcior existat, aqua
mulsa idem faciunt. Pallad-
ius IV. in Martio, t. 9.
p. 88. Nunc melones seuen-
di rarius . . . semina mulso
et lacte per triduum maceran-*

*da sunt, et tunc iam siccata
ponenda: hinc suaves efficiun-
tur. Odorati autem fiunt,
etc. H.*

*z. Apud antiquos) Hoc fit
et hodie in satu nostrorum
peponum. Dal.*

*Apud antiquos Graeciae)
Theophr. hist. VII. I. et de
causs. III. 12. p. 277. Ho-
dieque id fit in satu nostro-
rum melonum: quorum ge-
nus illud, quod dulcedinem
gustui repreäsentat, vulgus
inde *Sucrinos*, quasi *saccha-
rinos* appellat: *Melons sucrés*.
Haec praemaceratio seminis
in cucumerum nostratum
satu non adhibetur. H.*

*a. Crescunt) Pallad. l. c.
de cucumere: Si eius florem
sicut in sua vite est, in for-
ma fictili clauseris, ac lig-
aueris, qualem vultum forma
vel hominis vel animalis ha-
buerit, talem cucumis figu-
ram praestabit. H.*

*b. In Italia virides, etc.)
Legend. In Italia virides,
et*

cerini aut. nigri. Placent copiosissimi Africae, grandissimi Moesiae: quum ¹magnitudine excessere, pepones vocantur. Viunt d. hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici ² queunt in cibis, non insalubres e. tamen plurimum. Natura f. oleum odere mire: nec minus aquas diligunt. ³ Defecti quoque ad eas modice distantes adrepunt: aut si quid obstet ⁴ versi pandantur, curuanturque: id vel una nocte depre-

Z 4

hen-

1. longitudine. Dal. 2. queunt: in cibis non insalubres, tamen plurimum natant. oleum. V. 3. defecti. M. deiecti. Alii. 4. versi pendeant (lego, versi pandantur) curuanturque. id vel u. n. deprehendetur. M. adrepunt: contra oleum refugiunt: aut si quod obstet, vel si pendeant, curuantur: idque vel una nocte
Gr. et Al.

et quam minimi, in prouinciis quam maximi, et cerini aut nigri placent, copiosissimi in Africa, grandissimi in Asia, vbi quum magnitudine exceſſere, pepones vocantur. Vide Salmas. 1107. a In Italia virides, etc.) De Peponibus id. Melones minimos, et malo cydonio non ampliores adhuc habet Hispania. Dal.

c. Citrini aut nigri) Lego, cerini. Hac voce auctor quoque usus est cap. 13. L. LXXXV. Apud Marcelum ex Plauti Aulularia, in voce flammeus, Hadrianus Iunius pro carinarii, legit cerinarii. Alibi Plautus cerinum et melinum colores memorat. Dal.

Et cerini) Sic recte Thuanaeus codex: minus recte

prius, citrini legebatur. De ea voce egimus XV. 12. H. d. Viunt hausti) De cucumere id Dioscorides Dal.

Viunt hausti) Vide Atheneum III. p. 74. vbi eadem de cucumere Diphilus Siphnius medicus fere commemorat, quae Plinius. H.

e. Non insalubres tamen plurimum. Natura oleum odere mire) Naturae in apographo saepe citato, non natura. Scribendum puto maturi, ut iungas cum superioribus. Pint. Non insalubres, etc.) De Melone. Dalec.

f. Natura oleum odere mire) De cucumere et anguria. Dal.

henditur, si g. vas cum aqua subiiciatur a quatuor digitorum intervallo, descendantibus h. ante postrem diem: at si i. oleum eodem modo sit, in hamo curuatis. Iidem k. in fistula flore demisso, mira longitudine crescunt. Ecce quum maxime noua forma l. eorum in Campania prouenit mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio vnum: mox semine ex illo genus factum: m. melopeonas vocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Mirum n. in his, praeter figuram coloremque, et odorem, quod maturitatem adepti, quamquam o. non pendentes, statim a pediculo recedunt. Co-
lu-

- i. Subiectura sit. Dal. 2. fructu. Cassianus c. 19.
 3. flore Falladius. cap. 9. Martii. 4. prouenerit.
 Dal.

g. Si vas cum aqua) Pallad. l. c. p. 89. de cucumeribus: Longi, inquit, et teneri cucumeres fiunt, si aquam in parenti vasculo sub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad quam festinando tales efficiuntur. H.

b. Descendenzibus etc.) De cucumere. Dal.

i. At si oleum) Palladius l. c. de cucumere: Oleum sic metuit, vi si iuxta posueris, velut hamus plicetur. H.

k. Iidem in fistula) Pallad. l. c. Aliqui florem cucumeris

cum viticulae suae capite cannae inserunt, cui prius omnes nodos perforauerint: ibi cucumis nasceretur in nimiam longitudinem tensus. H.

l. Noua forma eorum, etc.) De melonibus. Dal.

m. Melopeonas) Alii melones, vt diximus, quasi μῆλωνας, id est, pomosos: quod fere nomen in omnem Italiam et Galliam abiit. Melones Hostienses laudat Iul. Capitol. in Albino p. 83. A Theophr. σίνυοι, a Iulio Polluce quandoque σπερματία, quasi seminarii nominantur. Et Hesychius: Σινύος σπερματίας, δη ἡμέis μηλοπέπονα. H.

n. Mirum in bis) In melonibus. H.

o. Quamquam non pendentes) De melonibus. Dal.

lumiella p. suum tradit commentum q., vt toto anno contingent. Fruticem rubi quam vastissimum in apricum locum transserre, et recidere, duum digitorum relicta stirpe, circa vernum aequinoctium: ita in medulla rubi semine cucumberis insito terra minuta simoque circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumberum r. Graeci tria genera fecere: ¹ Laconicum, Scytalicum s., Boeoticum.

Z 5

Ex

i. Laconiam. Constantinus. Scytalicam, Boeoticam,
Turn. femin. gen.

p. Columella tradit suum commentum) Scribo, Columella tradit Mendesium commentum. Colmellae verba sunt L. XI. cap. 3. Nos autem leuiore opera istud fieri apud Aegyptiae gentis populum Mendesium legimus, qui praecipit aprico et sterco roso solo alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in bortis constitus habere. Deinde eas confecto aequinoctio paululum infra terram secare, et ligneo stilo luxatis vel rubi vel ferulae medullis stercus immittere, arque ita seimina cucumberis inserere, quae scilicet incremento suo coeant rubis et ferulis. Nam non sua sed quasi macerata radice aluntur; sic infiam stirpem frigoribus quoque cucumberis praebere fructum. Pint.

Columella) De R. R. XI. 3. p. 402. et ex Colum.

Palladius IV. in Martio t.

9. p. 89. H.

q. Commentum) Excogitatum a se rationem, vt melopeonas toto anno habere liceat. H.

r. Cucumberum Graeci) Theophr. VII. 4. ubi haec cucumberum tria genera: Δανωνιος, Σκυταλιας, Βοιωτιος. H.

s. Scytalicum) Σκυτάλη, habena flagellumque scuticae. Vocatum inde cucumberis hoc genus, aut quod ex eius farmentis fierent habennae, loraque scuticarum, vel quod iis farmenta similia essent, Galli fortassis inde Courgees nominarunt. Est et inde sumptum nomen scytales serpentis, cuius infra mentio fit, cap. 5. L. XXXII. et της σκυταλίας Theophr. cap. 5. IV. Hist. quae

Ex his *t.* tantum Laconicum aqua gaudere. Sunt qui *v.* herba, quae vocatur culix nomine, trita, semen eorum *x.* maceratum seri iubeant, ut sine semine nascantur.

XXIV. Similis *y.* et cucurbitis natura, dum taxat in nascendo. Aequo hiemem odere. *Amant* rigua *z.* ac simum. Seruntur *a.* ambo semine in terra sesquipedali fossura, inter aequinoctium vernum, et solstitium: Parilibus *b.* tamen aptissime. Aliqui malunt ex Calendis Martii cucurbitas, et

Nonis

i. Amat. Gr.

quae scuticae baculum significat. *Dal.*

t. Ex his tantum Lacon) Ex his Laconicum melius rigatum prouenire: reliqua non rigata praestantiora esse. Τούτων δὲ ὁ μὲν Λακωνικὸς ὑδρευόμενος βελτίων. οἱ δὲ ἔτεροι ἀνύδρευτοι. Theophr. l. c. H.

u. Sunt qui herba) Pallad. l. c. de cucumeribus: *Sine semine nascuntur, si prius eorum semina oleo sabino perungantur, et herba ea, quae culex dicitur, trita confri- centur.* Vbi pro oleo sabino, legimus oleo sesamino, ex auctore Geop. eadem referente, L. XII. 17. p. 341. Culex porro forsitan eadem est, quae ψύλλιον et pulicaris dicitur, *l'herba aux puces.* Hosce cucumeres ex euentu rei εὐγχίας appell-

lat Plato Comicus apud Athen. II. p. 68. H

x. Maceratum seri iubeant) Aut oleo sesamino perunctum. Cass. cap. 19. L. XI. Gepon. *Dal.*

y. Similis et cucurbitis na- turā) Theophr. c. 4. L. VII. hist. et cap. 6. L. V. cauff. Columel. cap. 3. L. XI. *Dal.*

Similis et cucurbitis) Vulgo, Courges, ou Calbaces. H. *z. Amant etc.)* Pallad. l. c. p. 91. H.

a. Seruntur ambo) Cucumeres, cucurbitaeque. Pallad. l. c. H.

b. Parilibus tamen aptissi- me) Ad XI. Calend. Maii, seu 21. Aprilis. *Dal.*

Parilibus) Ita libri omnes, etiam MSS. Sic libro sup. f. 66. *Parilicum scribi monui- mus oportere, non Palilici- um.* Auctor Marius Victorinus

Nonis cucumeres, et per c. Quinquatus serere, simili modo reptantibus flagellis scandentes parietum aspera in testum usque, natura sublimitatis auida. Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, ² leui umbra cameras ac pergulas d. operiens. Inde haec duo prima genera: Camerarium e.: et plebeium, quod humi repit. In f. priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile aurae. Cucurbita g. quoque omni modo ³ fastigatur,

1. per articum. Ch. 2. leni. V. 3. figuratur.
Vet. fastigiatur. Gr.

rinus Art. Gram. I. p. 2470. Parilia dicuntur, non Palilia: non a Pale dea, sed quod eo tempore omnia sara, arboreisque, et herbae parruriant, pariantque. H.

c. Et per Quinquarem serere) Ad XII. Calend. Iunii, quinto die post Idus Maii, Dal.

Quinquatus) Colum. XI. 3. p. 402. de cucumere: *satio secunda eius seminis Quinquarebus obseruatur*. De quinquarebus dixi XVIII. 56.

d. Pergulas) Pergulas eas, umbellas et umbracula prisci vocauerunt: Theocritus in Syracusiis, συρίδας. Columella et auctor Copae: Trichila quasi τριχίνα, spissa umbracula, et δασύφυλλα. Colum. Atqui sub trichila manantem repit, ad undam. Auctor Copae: Et trichila

umbriferis frigida arundinibus. Caesar l. III. Belli Ciuilis, Trichila mensis instratae. Inde fottassis vox Gallica, Treille. Scalig.

e. (Camerarium) Quod in cameras, testudinesue, et pergulas scandit. Pergulae, des treilles, et des cabinets de jardin. H.

f. In priore) In camera-
rio genere. H.

g. Cucurbita) Auctor Moreti: Et grauis in latum missa cucurbita ventrem. In Priapeis, Epigr. 51. Nec seminosa ad cucurbitas quemquam. In iisdem: Pallentesque cucurbitae, et suauolentia mala. Curcubitae, caput Apuleio L. I. Afini παροιμιωδῶς de revili et de- specta; Nos, inquit, cucurbitae caput non habemus, ut pro

gatur *h.*, vaginis *i.* maxime vitilibus, coniecta in eas postquam defloruit: Crescitque qua cogitur forma, plerumque et draconis intorti figura. Libertate vero pensili concessa, iam visa est *2* nouem pedum longitudinis. Particulatim *k.* cucumis *l.* floret, sibi ipse superflorescens: et sicciores locos patitur, candida lanugine obductus, magisque quum crescit. Cucurbitarum numerosior usus. Et primus *m.* caulis in cibo. Atque *n.* ex eo *3* in totum natura diuersa. Nuper in balinearum usum venere vrceorum vice, iampridem vero etiam cadorum ad vina condenda. Cortex viridi tener: deraditur nihilo.

1. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. crescit qua cog. Gr.

et Al. 2. ternorum pedum. Alii. VIII. pedes Ch.

3. Sic et M. et Ch. Lego; At corticis in rotum.

pro te moriamur. Vide proverbiū, Cucurbita salubrīus. *Dalec.*

b. Fastigatur) De cucumere Theoph. cap. 3. Lib. VII. hist. *Idem.*

i. Vaginis vitilibus) Forte rectius, fistilibus. Nam forma fistili includi cucumeres Palladius iubet, paulo ante laudatus a nobis, vt crescant qua coguntur forma. Vale testaceo auctor Geop. XII. 19. p. 342. *H.*

k. Particulatim) Non tota simul planta flores emitit, sed partes aliae deinceps ex aliis flore induuntur. *H.*

l. Cucumis floret) Σινώς, pepo. *Idem ibid. Dalec.*

m. Et primus.) Et primus quidem caulis in cibos admittitur. At ex eo tempore, postquam increvit et induruit, omnino diuersae naturae ille est, nec in cibis vira recipitur. Ut in brassicis cymae, qui delicatores sunt ipsorum caulum, tenerioresque caulinuli, vt dicetur f. 41. Forte haud perperam legas. *Et primus, caulis in cibo.* Primus usus scilicet. *H.*

n. Atque ex eo) Sic MSS. omnes: non, vt vulgati libri, ex eo rotum diuersa natura: quae ne Oedipus quidem explanari. Familiaris haec Plinio loquendi formula in rotum. *H.*

nihilominus in cibis. ¹ Cibos o. salubres ac lenes pluribus modis existimant, qui perfici humano ventre non queant, sed non intumescant. Semina p. quae proxima collo ² fuerint, proceras pariunt; item ab imis, sed non comparandas supra dictis: quae in medio, rotundas: quae in lateribus, crassas breuioresque. Siccantur in umbra, et quum libeat ferere, in aqua macerantur. Cibis, quo longiores tenuioresque, ³ eo gratiore. Et ob id salubriores, quae pendendo creuere: minimumque seminis tales habent, duritia q. eius r in cibis gratiam terminante. Eas s. quae semini seruentur, ante hiemem praecidi non est mos. Postea fumo siccantur, condendis t. hortensiorum seminibus ⁴ rusticæ sup-

^{1.} Sic ex MSS. em. Hard. *Cibo salubres ac leues pluribus modis existimantur, V. Cibos, etc. ut in V. existimant. M. cibus saluber ac lenis existimatur Gr. et Al.*

^{2.} fuerunt: Ch. ^{3.} ex Ch. ^{4.} et rusticæ V. rusticæ suppellecile. Dal.

^{o.} *Cibos salubres*) Vide Ruellium II. p. 378. H.
^{p.} *Semina quae*) Pallad. IV. in Martio, t. 9. p. 91. *Hoc in cucurbitis insigne est, quod longas faciant et exciles semina quae in earum cervice nascuntur: quae in ventre fuerant faciunt cucurbitas crassiores: quae in fundo latas, si inuersis cacuminibus obruantur. Qua ratione ex eodem seminio haec varietas fieri possit, suo carmine Columella demonstrat, L. X. in hortulo.* H.
^{q.} *Duritia*) Duritia seminis

gratiam in cibis cucurbitis auferente. H.

^{r.} *Eius in cibis gratiam*) Seminis, nam duro semine iam edulis cucurbita non est. Dal.

^{s.} *Eas quae semini*) Pallad. I. c. *Quae seruantur ad semina, usque ad hiemem in sua vite dependeant: deinde sublatæ in sole ponantur, aut fumo: aliter semina putrefacta depereunt.* H.

^{t.} *Condendis hortensiorum seminibus*) Lego hortensem non hortensiorum, ut mox paulo, et omnibus fere hortensibus. Pint.

Hor-

suppellestili. Inuenta *v.* est ratio, qua cibis quoque seruarentur: eodemque modo cucumis, usque ad alios paene prouentus: et id quidem in *x.* muria fit. Sed *y.* et scrobe, opaco in loco arena substrato, fenoque sicco opertos, ac deinde terra, virides fernari tradunt. Sunt *z.* et siluestres in utroque genere, ² et omnibus fere hortensiis. Sed *a.* et his medica tantum natura est. Quam ob rem differunt in sua volumina.

XXV. Reliqua cartilaginum naturae terra occultantur omnia. In quibus de rapis *b.* abunde dixisse poteramus videri, nisi *c.* medici masculini sexus facerent in his rotunda: latiora vero *z.* et concava feminini, praestantiora suavitate, et ad con- dien-

i. Sic et Ch. cucuminis Gr.

2. Sic et Ch. z. et d. ap. Gr.

Hortensiorum) Ita MSS. omnes. Hortensia sunt quae in hortis seruntur. H.

v. Inuenta est ratio) Describit hanc fuse Nicander in Georg. [II. apud Athen. IX. p. 372. G.

x. In muria fit) Modum edocet auctor Geop. l. c. p. 344. H.

y. Sed et scrobe) Sic etiam auctor Geop. l. c. p. 443. H.

z. Sunt et siluestres) Cucumer silvestris, colocynththis. Dal.

a. Sed et his medica) Nullus horum in cibis usus: omnis in medicina. H.

b. De rapis abunde) Varro- ni sic dicuntur, quod eruantur e terra, quasi Ruapa. At Graecum ἔπιπυς, unde potius nomen id sumptum videtur. Glaucus in obser- tyco ἑάφην appellat. Scalig.

De rapis abunde) L. XVIII. 34. H.

c. Nisi medici masculini se- xus facerent in his rotunda) Leg. reor non medici, sed Graeci. Innuit enim Theophrastum, cuius est ea tra- ditio L. VII. cap. 4. Sic pau- lo post: Genera raphani Graeci tria fecere, et non multo ante: Cucumerum ge- nera Graeci tria fecere. Pint.

Nisi

diendum d. faciliora: quae e. saepius sata transeunt in marem. Idem ¹ naporum f. quinque genera fecerunt.

i. raphanorum. Theophrast.

Nisi medici) Medicis praeiuit Theophr. hist. VII. 4. Medicos fuisse Graecos ipse Plinius admonuit loco proxime appellato. H.

d. Ad condiendum faciliora quae saepius sata) Condemnum non condiendum in codice antiquo. Et illud quae superfluit, ex eodem. Et lego spissius non saepius ex Theophr. manifeste VII. 4. Rapae, inquit, alii esse, alii non esse diuersitatem generis putant, sed mure tantum feminaque differre, nascique ambas ex eodem semine: sed sed ut effeminantur raras deponere oportere: nam si dense posita sunt, omnes masculescere. Pint.

Et ad condiendum) De condiendis rapis vide Pallad. in Decembri t. 5. H.

e. Quae saepius sata) Ita MSS. quoque, Theophr. l. c. monet si densius spissius ue serantur, in marem transire. Γογγυλίδος δὲ οἱ μὲν Φαστὶν εἰναι γένη, οἱ δὲ οὐ Φαστὶν ἀλλὰ καὶ τῷ αἴρεννι καὶ τῇ Θηλειᾳ διαφέρειν. γίνεσθαι δὲ ἐν τοῦ αὐτοῦ σπέρματος ἀμφω πρὸς δὲ τὸ ἀποθηλύνεσθαι, πηγῦνας δὲ μανάς. Εἳν γὰρ

πυνάς, πάσας ἀπαρχένεοῦσθαι. H.

f. Idem naporum quinque genera fecerunt, Corinthium Cleonaenm, Liothasium, etc.) Lego IIII. genera, non v. et Liothalassium non Liothasium, et verba quae statim sequuntur, et quod per se viride dixerunt, falso adiecta putamus. Est enim locus desumptus ex Theophrasto ad verbum, L. VII. cap. 4. his verbis: Ut radicis genera, Corinthium, Cleonaeum, Liothalassium, Boeotium. Amplissime Corinthia adulescit; quae vel stirpe constat detecta. Haec enim sursum versus protruditur, non ut cereræ in terram ampliaris solita est. Liothalassia quam Thraciam vocant, validissima aduersus frigidiora traditur. Boeotia dulcissima est et figura rotunda, nec ut Cleonaea praelonga. Quibus folia laetitia, dulciores suauioresque sunt; quibus autem scabra, acriores. Genus praeterea redditur quod foliis eruca simile constet. Hactenus Theophrastus. Ex. cuius verbis posset quis non absurde concilere, verba illa, et quod per

fecere g.: Corinthium, Cleonaeum, Liothasium h., Boeoticum, et i. quod per se viride dixerunt. Ex iis in k. amplitudinem adolescit Corinthium, nuda fere radice. Solum enim hoc genus superne tendit, non ut cetera in terram. Liothasium l.

i. semper. Alii.

per se viride dixerunt, non esse detrahenda, sed corrinda potius, ut ad exemplar Theophrasti legatur, et quod persimile erucae dixerunt. Ut fabintelligamus verbum folis, aut potius omissa sit ea vox incuriae librarii. Pint.

Iudem naporum) Igitur si medici, quorum nunc placitare referuntur, napos appellauere, quos raphanis siue radiculas verius appellaissent: nam Theophr. hist. VII. 4. quinque haec ipsa τῶν ἁφανίδων genera agnoscit, ita prodente Athenaeo II. p. 56. ex quo Theophrasti locus, qui nunc in mendo cubat, refungi debet: Θεόφραξος δὲ εὐτοῖς περὶ Φυτῶν, inquit, γένη ἁφανίδων Φησίν εἶναι πέντε. Κορινθίαν, Λειοθασίαν, Κλεωναίαν, Αμωρέαν, Βοιωτίαν. καλεῖσθαι δὲ ποτίνων τὴν Λειοθασίαν Θεράνιαν, etc. Des raiorts. H.

g. Quinque genera fecere) Quatuor, Theophr. ex quo haec cap. 3. 4. L. VII. hist.

fumpta sunt: ubi tamen agit περὶ ἁφανίδων, id est, de radiculis. Oicitanter admodum Plinius haec vertit. Dalecampius.

b. *Liothasium*) Sic Athenaeus mox citatus. Theophr. l. c. Λειοθαλασσίου, cui fauere Hesychius videtur, in "Απλύτοις ἁφανίδες. Has ipsas tamen, quae illatae ἀπλύτοι vocantur, Θασίας Athenaeus, vocat. H.

i. Et quod per se viride dixerunt.) Huius generis apud Theophr. nulla fit omnino mentio. Lego Boeoticum, quod et per se (ἀπλῶς simpliciter) viride dixerunt. Dal.

Et quod per se viride) Id videtur esse, quod Αμώρεον Athenaeus appellat. H.

k. Ex iis) Theophr. l. c. de raphanis. Εὔαυξεσάτην δέ Φυσι τὴν Κορινθίαν. Ή καὶ τὴν ἐίζαν ἔχει γυμνήν· ὡθεῖσθαι γάρ εἰς τὸ ἄνω, καὶ εἰς ὃς αἱ ἄλλαι πάτω. H.

l. *Liothasium*) Theophr. ex

quidam ¹ Thracium appellant, frigorū patientissimum. Ab eo *m.* Boeoticum dulce est, rotunditate etiam breui notabile, neque ut Cleonaeum praelongum. In *n.* totum quidem, quorum *o.* ² tenuia folia, ipsi quoque dulciores: quorum scabra, et angulosa, et horrida, amariores. Est *p.* praeterea genus *q.* silvestre, cuius folia sunt erucae similia. Palma Romae Amiterninis *r.* datur, inde ³ Nursinis: tercia *s.* nostratibus. Cetera de satu eorum in *t.* rapis dicta sunt.

XXVI. *i.* Cortice *v.* et cartilagine constant raphani: multisque eorum cortex crassior etiam, quam-

1. Threicum. Dal. *2. Sic ex MSS. em. Hard. teniora Gr. et Al.* *3. Marsis M.*

ex Athenaeo, loco proxime allato. H.

m. Ab eo Boeoticum) Theophr. l. c. iisdem verbis. H.
n. In totum quidem) Th. l. c. "Οσων δέ τὸν ἡλεῖα τὰ Φύλλα etc. H.

o. Quorum tenuiora folia, ipsi quoque dulciores) Non tenuiora in codice vetere, sed tenuia: scribo laenia ex Theophrasto L. VII. cap. 4. Quibus, inquit, folia laenia, dulciores suauioresque sunt: quibus autem scabra, acriores. Pint.

p. Est praeterea) Theophr. Γένος δέ τι παρὰ ταῦτα ἐσιν δὲ ἔχει τὸ Φύλλον εὐζώμω ὄμοιον. De eruca, L. XX. 49. H.

q. Genus silvestre) Genus quidem hoc Theophrast. memorat: sed agreste vel esse, vel appellari minime scribit. Dal.

r. Amiterninis) Vide quae diximus libro superiore, s. 35. Rapi vero hi proprie sunt, non raphani, ut priores. H.

s. Tertia nostratibus) Romani agri. H.

t. In rapis dicta sunt) L. sup. s. 34. H.

u. Cortice . . raphani) Quas Graeci ἑξαφυίδας vocant: Galli, des Raiforts. Radices quae sunt edendo, multa carne sunt indutae, velut raphant, napi, rapa: imo nonnullae quamdam carti-

quam quibusdam arborum. Amaritudo x. plurima illis est; et pro crassitudine corticis. Cetera quoque aliquando lignosa. Et y. vis mira colligendi spiritum, laxandique ructum: Ob id cibus illiberalis, vtique si proxime olus mandatur: ² si vero cum oliuis drupis, rarer ructus fit, minusque foetidus. Aegypto z. mire celebratur propter olei fertilitatem, quod e semine eius faciunt. Hoc maxime cupiunt ferere, si liceat: quoniam et quaestus plus quam ³ a frumento, et minus tributi est, nullumque copiosius oleum.

2. Genera a. raphani Graeci fecere tria, foliorum differentia, crispi, atque laevis, et tertium filuestre,

1. Sic et Vet. illuc. Ch. illi Gr. 2. si vero ipse cum Ch. 3. e. Ch.

cartilaginis speciem prae se ferre conspiciuntur: qua propter et cartilagineae nominantur, vt raphani. H.

x. Amaritudo) Δειμύτης, acrimonia dicitur a Theophr. I. c. Sed amaritudinem appellare eum saporem acutum, qualis in raphano sentitur, familiare Plinio est. H.

y. Et vis mira) Inflationem habere hunc cibum ait, ac vim ciendi ructus. Quod et Dioscorides edocet, II. 137. ἡ αφαίρει τὴν αὐτὴν πνευματων γεννητική . . . ἐρευνητική δὲ etc. H.

z. Aegypto) Plinius ipse XV. 7. Plurimum autem in Aegypto sit oleum e raphani semine. H.

a. Genera raphani) Brassicæ. Theophr. cap. 4. L. VII. histor. Negligenter hoc Plinius. Vide infra capite 8. huius L. et cap. 9. L. XX. Dal.

Genera raphani) Genera eius quod Graeci ἑταῖροι appellant, fecere illi tria. Verum ne quempiam nomenclatio remoretur, attendendum est apud Atticos appellatione raphani brassicam venire: sic Aristophanem, sic etiam Theophrastum, et alios plerosque pro brassica constat usurpare. Atque vt in Theophrasto potissimum morer, cuius orationem similem esse Plinianae perspicuum est, sic ille habet Hist. VII. 4. Τῆς δὲ

uestre. Atque *b.* huic laeuia quidem, sed breuiora ac rotunda, copiosaque: *c.* atque *d.* fruticosa: sapor autem asper, et medicamenti instar ad *d.* eliciendas aluos: Et *e.* in prioribus tamen differencia a *2* semine est: quoniam aliqua peius, aliqua *3* admodum exiguum ferunt. Haec *f.* vitia non cadunt, nisi in crispa folia.

A a 2.

No.

1. ac. Ch. *2. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. differentia seminis Gr. et Al.* *3. nullum. Theopb.*

δὲ ἔρφαντες τριχῇ διαιρεμένης, ἡ λειοφύλλες τε, καὶ λειοφύλλες, καὶ τρίτης τῆς ἀγριας, etc. Ea brassicae, non raphano proprie dicto referuntur: siquidem Marcus Cato ultima voluminis parte, quam brassicae dicit, tria fecit eadem illius vestigia: tres pariter notas attulit. Prima est laevis, altera crispa, tertia quae proprie crambe nominatur: singula deinde genera suis notis describit, quas omnes Theophrasti verbis suffragari constat. Hesychius: Ραφανίς, καὶ ἔρφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ἔρφανος μὲν γάρ ή καρύβη: ἔρφανίς δὲ παρὸν ἦν ἔρφανος. Habet eadem Apollodorus Carystius apud Athen. I. p. 34. Vide plura in eam rem apud Galen. de alim fac. II. 44. p. 361. H.

b. Atque huic laeuia) Th. iisdem verbis, de brassica. H.

c. Atque fruticosa) Ramo-
sa, πολύκλαδος Theophr.
H.

d. Ad eliciendas aluos) Ciendas scribendum reor, visitatore dicendi modo apud Plinium et omnes me-
dicos. Pint.

Ad eliciendas aluos) Ad deiiciendam, ad ciendam aluum, et purgandam. De brassica Theophr. I. c. ἐπειδὲ χυλὸν ἔχεται δριμὺν καὶ Φρεμανῶδην διὸ καὶ πρὸς τὰς ποιλίας αὐτῷ χρῶνται οἱ ιατροί. H.

e. Et in prioribus) In crispa, laeuique brassica. Theophr. I. c. de brassica: Όμοιώς δὲ . . . εἶναι δοκεῖσι διαφορὰ καὶ ἑτεραι-
έπει ἀσπερμόν τι γένος αυτῶν ἐσιν, η̄ πανοσπερμον, etc. H.

f. Haec vitia non cadunt nisi in crispa folia) Particu-
lam nisi, supetfluere arbitrор ex Theophrasto. It
eretur, inquit, crispa succi
boni.

3. Nostri g. alia fecere genera: Algidense a loco h., longum atque transflucidum. Alterum rapi i. figura, quod vocant Syriacum, suauissimum fere ac tenerrimum, hiemisque patiens. Praecipuum tamen est, quod e Syria non pridem aduentum apparet, quoniam apud auctores non reperitur: id autem tota hieme durat. Etiamnum k. vnum filuestre Graeci agrion l. vocant, Pontici armon, alii

i. et quod. Dal.

bonitate et folii amplitudine laevo praestansior est. Pint.

Haec vitia) Seminis partitas, aut imbecillitas. H.

g. *Nostri alia fecere genera)* Haec iam de raphano, non de brassica. *Dal.*

b. *Algidense a loco)* Ab Algido oppido, a quo probatum est et rapum supra. Algidus mons Romae vicinus est, et in eius cacumine arx, quam vocant *Rocca del Papa.* *Dal.*

Algidense) Ab Algido monte Romae vicino, de quo nos alibi. Sed nunc de Italis vernaculisque raphanis, atque adeo veris et proprie dictis agit, non de brassica. H.

i. *Alterum rapi figura)* Theophrast. ἑαφανίδα perpetuo vocat nostram radiculam; ἑαφανὸν vero brassicam, suo Atticismo, quod Plinium multis locis sefelliit. Idem auctor c. 4. L.

VII. histor. Boeotiam raphanida esse dulcissimam, figura rotundam, nec Cleoneae modo oblongam scribit, quae conueniunt cum Syriaco raphano Plinii. *Dal.*

k. *Etiamnam vnum)* Raphani nimirum, non brassicae, filuestre genus. Philoxenus in Glossis: Ραφανίδης armoracia. Isidor. XVII. 10. armoraciam. esse lapسانا: falso putat. Vtramque distinguit Colum.

IX. 4. *Iam vero, inquit, notae vilioris innumerabiles nascentur herbae . . . ut vulgares lapsanae, nec his pretiosior armoracia.* Italia rerum antiquarum parens, adhuc Aramoraci et Remolaci nominat, teste Anguillara Part. 7. p. 112. Nostri, Rave sauvage. Diose. II. 138. Ραφανίς ἀγρία, ἦν Ρώμαιοι ἀρμορανιαναλεῖστι, etc. H.

l. *Agrion vocant)* Cberam Manufer. Turnebus Armota-

gam

alii leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. In omnibus autem probandis maxime spectantur caules: immitum enim rotundiores crassioresque, ac longis canalibus. Folia ipsa tristiora, et angulis horrida.

4. Seri vult raphanus terra soluta, humida. Fimum odit, palea contentus. Frigore adeo gaudet, ut in Germania infantium puerorum magnitudinem aequet. Seritur post Idus Febr. ut vernus sit: iterumque circa *m.* Vulcanalia, quae satio melior. Multi et Martio, et Aprili ferunt, et Septembri. Incipiente incremento, confert alterna folia circumobruere, ipsos *n.* vero accumulare. Nam *o.* qui extra terram emersit, durus fit atque fungosus. Aristomachus *p.* detrahi folia per hie-

A a 3 mem

ciam cap. 7. L. XXIV. Aduers. Isidorus hinc lapsanam esse interpretatur. Conuenit quod Caesar scribit L. III. belli civil. Est autem genus radicis inuentum ab iis, qui fuerunt cum Valerio, quod appellatur chara, quod admixtum lacte, multum in opiam leuat. Id similitudinem panis efficiebat. Eius erat magna copia. Dal.

m. Circa Vulcanalia) Aliis ortu Caniculae, aliis, Calendis Augusti. Dal.

Circa Vulcanalia) Colum. XI. 3. Ceterum Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est: eaque optima radicis, (hoc est, raphani) et rapae, itemque napi, et siseris, etc.

Ac multo post: *Raphani radix bis anno seritur: Februario mense, quum vernum fructum exspectamus: et Augusto mense circa Vulcanalia, quum maturius. Sed haec satio sine dubio melior habetur: H.*

n. Ipsos vero accumulare) Aggerare terram, circumfundere. Colum. l. c. H.

o. Nam qui extra) Colum. iisdem verbis. l. c. H.

p. Aristomachus detrahi) Theophrast. cap. 5. L. V. caus. Dal.

Aristomachus) Theophr. quoque de caus. V. 5. p. 330. Οὐοῖως δὲ τέτο τυμβίνει καὶ ἐν τοῖς λαχάνοις. ἐφ' ὧν παχύνεστι τὰς γίζας,

τῶν

mem iubet: et, ne lacunae stagnent, ¹ accumula-
re: ita in aëstatem grandescere. Quidam prodi-
dere, si palo adacto cauerna palea internatur sex
digitorum altitudine, ² deinde in semen simumque
et terra congeratur, ad magnitudinem scrobis cre-
scere. Praecipue tamen salsis q. aluntur. Itaque
etiam talibus aquis irrigantur, et r. in Aegypto nitro
sparguntur, vbi sunt suavitate praecipui. In totum
quoque salsugine amaritudo eorum eximitur, fiunt-
que coctis similes. Namque et cocti dulcescunt,
et in naporum vicem transeunt. Crudos medici
suadent, ad colligenda acria viscerum, ³ dandos
cum s. sale ieunis ⁴ esse, atque ita vomitionibus
^s praeparant meatum. Tradunt et praecordiis ne-
cessarium

- 1. *accumulari. M. et Ch. terram accumulare.* Theophr.
- 2. *deinde semen et M. deinde semen simoque et terra contegatur.* Alii. *deindeque semen simo et Dal.*
- 3. *dandos, in M. et Ch. deest. edendos. Alii.*
- 4. *edere. M.*
- 5. *praeparandum. V.*

τῶν μὲν ἀφαιρέντες τὰ
Φύλλα, καθάπερ, τῆς ἑτ-
Φανίδος, ὅταν μάλιστα εὐ-
αὔξωσι τὴς χειμῶνος, καὶ
καταστάτοντες τὴν γῆν,
ώζε καὶ τὸ ὄδωρο ἀποζέγειν.
ἐν γαρ τῷ θέρει γίνονται
θαυματά τῷ πάχει. H.

q. *Salsis aluntur*) De bras-
fica hoc Theophrast. cap. 7.
L. II. cauſſ. *Dal.*

r. *Et in Aegypto*) Plinius
XXXI. 46. *Salis vice virun-*
zur ad raphanos nitro Aegy-
ptio: teneriores eos facit:
oleræ viridiora: vbi rapha-

nos ab oleribus, hoc est,
a brassica fecernit. H.

s. *Dandos cum sale ieunis*
effe) Dioscorides vomituriſ
dat ante cibum: a cibo ve-
ro ut roboret ventriculum,
et cibi distributionem ad-
iuvet. Aut̄or obliuioſe vo-
mituriſ imperat sumto cibo,
*c. 4. L. XX. *Dal.**

Dandos cum sale) Eadem
de raphano Dioſc. II. 137.
Αρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἐμεῖν
μεθλαζτι προεσθιομένη. De
radicula Celsus, ut dicemus
L. sq. l. 13. H.

cessarium hunc succum: quando phthisin t. cordi intus inhaerentem non alio potuisse depelli compertum sit in Aegypto, regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos¹ infecantibus. Atque, vt est Graeca vanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeo ceteris cibis praelatus raphanus, vt ex auro² dicaretur, beta ex argento, rapum e plumbo. Scires non ibi genitum Manium v. Curium Imperatorem, quem Samnitium x. legatis aurum repudiatur afferentibus, rapum torrentem in foco

A a 4

inuen-

1. diffecantib. V. 2. duceretur. 3. hospitum, Ch.

2. Phthisin) Lentam ea vox tabem sonat. De hoc cordis vitio egimus XI. 69. Vide N. et Em. N. X. (hic coll.) Quando) Phthisin certe, vt libri omnes editi habent, hoc est, tabem, congruere huic loco aptius, quam phthiriasim, hoc est, morbum pediculariem, nemo, opinor, inficias ierit. Tamen, ne quid dissimilem, in MSS. R. I. ziriasin, in R. 2. phthiriasin diserte legimus. Quin Plinius alter, Valerianus appellatus, de re medica IV. 1. hunc Plinii nostri locum exscribens, legisse sic omnino videtur. Nam de raphani virtutibus disputans, Contra phthiriasin, inquit, succus eius adhibetur, qui solus potest tenuitate subtili ad imi corporis liniamenta cor penetrare. Aegyptii enim reges,

quibus erat studium scrutari corpora mortuorum, et causas valeitudinum, occulta fide recognoscere, in corde ipso nasci eiusmodi vitium prodiderunt. Quid si Φθειγάσσως, seu pedicularis morbi causas, quod medicis omnibus adhuc latet, ex prauo cordis habitu repeti iubeat? H.

v. Manium Curium) Rem narrat eleganter, vt solet, Valer. Max. IV. 3. p. 208. Cicero in Catone: Megacles quoque, L. de Viris illustribus apud Athen. X. p. 419. Plutarch. in Apophth. H.

x. Quem Samnitium legatis) In exercitu duostantum calones pro seruis, famulis, ministris, ei fuisse scribit Alexand. ab Alexand. c. II. L. III. Dal.

inuentum Annales nostri prodidere. Scripsit *y.* et Moschion Graecus vnum de raphano volumen. Utilessimi in cibis hiberno tempore existimantur: iidemque dentibus semper inimici, quoniam atterant. Ebora certe poliunt. Odium *z.* his cum vite maximum, refuditque iuxta satos.

XXVII. Lignosiora sunt reliqua, in cartilaginum genere a nobis posita. Mirumque, omnibus vehementiam saporis inesse. Ex *a.* iis pastinacae vnum

y. Scripsit et Moschion Graecis) Non *Morchion.* Fuit eius nominis medicus, cuius libellum Latine versum vidimus nondum publicatum. *Gelen.*

z. Odium bis cum vite maximum.) Hoc de brassica audiendum est, quem ἐξΦανὸν Theophr. et Aristotel. vocauerunt. Vide supra cap. 24. ultimum L. XVII. *Dalec.*

Odium bis) Raphanis scilicet: nec minus brassicae, vti ex Theophr. vidimus, L. XVII. 37. et ex Plinio ipso visuri sumus L. XXIV. I. *Pernicia et brassicae cum vite odia.* Pallad. IX in Aug. t. 5. *Raphanum tamen, siue brassicam, constat esse vitibus inimicum:* nam si circa se ferantur, natura discordante refugiunt. *Ράφανον* de brassica recte accepit, Sed et raphano proprio dicto, hoc est, ἐξΦανίδι vis eadem est. *H.*

a. Ex iis pastinacae vnum) Plinius pastinacae nomine Latinis significari ait Plantas quatuor: primam quidem pastinacam satiuam, Lugdunenses vocant *Panetz*: alteram agrestem, in pratis nascentem, quam hibiscum hic vocat, malachen agriam, cap. 4. L. XXI. Lugdunenses *Panetz sauvages*: tertiam daucum staphylinum, altilem et hortensem, memoratum Galeno L. VI. simpl. vulgo *Carotes*: quartam daucum staphylinum silvestrem, officinis notissimum. Et quoniam haec Romano more tractauerat, subiungit statim Graecos quatuor etiam genera dauci statuere, nempe tria descripta à Dioscoride, et quartum daucum staphylinum, quem post Ligusticum Dioscorides explicat, silvestrem scilicet, nulla visquam facta mentione satiui, aut pastinacae, vel sativae, vel agrestis, quasi

vnum genus agreste sponte prouenit: staphylinos Graece *b.* dicitur. Alterum *c.* seritur radice vel semine, primo vere vel autumno: vt Hygino placet, Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissime refosso. Annicula vtilis esse incipit, bima vtilior, gratior autumno, ¹ patinisque maxime, et sic quoque ² virus *d.* illi intractabile est. Hibiscum *e.* a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinae vtile. ³ Est et *f.* quartum genus in eadem similitudine pastinaceae, quam no-

A a 5

1. patinis quam. M. *2. vis illi intractabilis. M.*
3. est autem quartum.

quasi ignotae Graecis illae plantae fuerint, quamuis staphylinum apud Dioscor. interpres vertant pastinacam. Vide infrac. 9. L. XXV. Staphylinum tamen suum Dioscorides epitheto peculiari ἄγριον vocat, id est, erraticum, tamquam si et ἄγριον satium cognouisset. Pastinacam Romani Gallicam vocabant, quod, vt etiam nunc sit, in Gallia tum passim diligentissime colebatur. *Dal.*

b. Staphylinos Graece dicitur.) Officinis Staphylinus agrestis. Pingitur et describitur a Dodonaeo, cap. 87. L. II. et cap. 38. L. V. *Dal.*

Staphylinos) Σταφυλῖνος Athenaeo IX p. 371. Haec pastinaca tenuifolia filuestris, quae pingitur a Do-

donaeo, p. 668. vifa a nobis in horto Regio. H.

c. Alterum) Pastinaca sativa, quae in Gallia vulgo *Panaïs* nomiuatur. Dodonaeo p. 669 Pastinaca sativa latifolia est. H.

d. Virus) Sapor. H.

e. Hibiscum) Pastinaca latifolia filuestris Dodonaei haec est, p. 669 *Panaïs sauvage.* H.

f. Est et quartum) In quo genere est illud haud postremum, quod vulgo notum *Carotae* nomine, et Dauci officinarum, vt recte Anguillara P. VII. p. 129. praedulci radice, odorata, lutea, rufa, vel interdum purpurea, quam cum farina et oleo frigunt ad mensarum usus, aut coctam in aceto et oleo mandunt. *Tenui-*

stri Gallicam vocant, Graeci vero ¹ daucon: ² cuius genera g. etiam quatuor fecere: inter h. medica dicendum.

XXVIII. Sifer et i. ipsum Tiberius Princeps nobilitauit, flagitans omnibus annis e ³ Germania. Gelduba k. appellatur castellum Rheno impositum, vbi generositas praecipua. Ex quo apparet frigidis locis conuenire. Inest longitudine neruus, qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte reliqua: quae mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. Neruus idem et pastinacae maiori, dumtaxat anniculae. ⁴ Siferis satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri.

XXIX.

- ¹. Dauci genera etiam. M. ². cuius genera etiam quatuor fecere. Inter medica dicendum sifer: et ipse Tiberius, etc. Gr. et Al. ³. Sic e MSS. em. Hard. conf. Ch. a Germania Gr. et Al. ⁴. Sifer his teritur. M.

Tenuifolia latiua pastinaca dicitur Dodonaeo, p. 667. H.

g. Cuius genera etiam quatuor) De his dicemus opportuuius L. XXV. 64. inter medica, vt Plinius ait. H.

b. Inter medica) In libris de medicina. H.

i. Sifer et) Diosc. II. 139 Σίταρεγ. Nostris, Cherui. Iconem Dodonaeus exhibit p. 670. Quamquam si filer Graeciae, cum filere Gel dubae siue Germanorum sit idem, subdubitat Anguilla ra, par. 7, p. 112, H.

k. Gelduba appellatur) Hodie Gelb, pagus iuxta arcem, limen Archiepiscopi Coloniensis Dalec.

Gelduba) Ex Tacito Gel dubae situm agnouimus haud procul fuisse Nouesio, Nuys, in citeriore Rheni ripa, vbi nunc pagus est cum prisci nominis vestigio Gelb. Vide Tacit. Hist. IV. p. 95. sq. Castra Rheno imposta scito plurimā fuisse, in quibus Romanae cohortes praefidii causa excubarent. In Conc. Agrippiensi, anno CCCXLVI. Epi.

XXIX. Breuior his est, ¹ sed torosior *l.*, amariorque, ² inula *m.*, per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mixtis saluberrima. Pluribus *n.*, modis austerioritate vieta gratiam inuenit. Namque et in pollinem tunditur arida, liquidoque *o.* dulci temperatur: et decocta *p.* posca, ³ aut afferuata, vel macerata *q.* pluribus modis, et tunc mixta defruto, aut subacta melle, vuisue passis, aut pinguisbus ⁴ caryotis. Alio rursus modo cotoneis malis, vel sorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata

i. et M. *2. nullaue.* *Alii. in nulla.* *Ch.* *3. aut afferuata defruto.* *M. quae interiacent, desiderantur.*
4. caricis. V. cereotis. Ch.

Epistola plebis Agrippinensis-
um, ¹ *sed et omnium castro-*
rum Germaniae secundae. H.

l. Torosior) Carnosior. H.
m. Amarior inula) Hoc
est, acrioris succi. Sic Horatius II. Sat. 2. v. 44. *aci-*
das inulas appellat, de qui-
bus idem postea, Sat. 8. v.
51. Inulas ego primus ama-
ras Monstravi incoquere.
Graecis ἐλένιον dicitur: no-
stris, de l' Aunée. Officinis
Enula Campana. Iconem vi-
de apud Dodon. p. 342.

n. Pluribus modis) Tres
quatuorue inulae condituras,
quibus amaritudinem
dimittat omnem, affert Col-
lumella, XXII. 46. H.

o. Liquidoque (dulci) Li-
quore aliquo dulci H.

p. Decocta posca) Deco-

qui inulam iubet ex posca.
Poscam Latini vocant id
quod Graeci ὀξύηγατον,
quod potionis genus ex
aque et aceti mixtura fit.
Decoqui ex aceto Columella
praecipit, l. c. quod idem
est: nam aceti solius nomine
saepe posca exprimitur.
Plautus in Rudente: Sed
hic rex cum aceto pransurus
est, et sale: Spartianus
in Pescennino: Iussit vinum
in expeditione neminem habe-
re, sed aceto uniuersose esse con-
tentos.. Vulcatius in Audi-
to: Praeter laridum, et
buccellatum, et acetum.

q. Macerata pluribus)
Praesertim muria ex Colum.
Cum succo rutaе, schola
Salernitana: Enula Campana
redit praecordia sana, Cum
succo

variata, defectus praecipue stomachi excitat, illustrata maxime Iuliae r. Augustae quotidiano cibo. Superuacuum s. eius semen: quoniam t. oculis ex radice excisis, vt arundo, seritur. Et haec autem, et fiser, et pastinaca, vtroque tempore, vere et autumno, magnis seminum interuallis: inula² ne minus³ quam ternorum v. pedum, quoniam spatiose fruticat. Siser autem transferre melius.

XXX.

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Et haec autem seritur, et fiser Gr. et Al. 2. Nullae minus Gr. et Al. 3. quaternorum Ch.

succo rutaе succus si sumitur eius, Affirmant rupis quod profit potio talis. H.

r. Iuliae Augustae) Quae Caesaris Augusti filia, Tiberii Augusti coniux fuit. Vixit illa perhonorifice usque ad quartum saltē Tiberii Augusti annum: teste nummo singulari, ex aere minimo, apud D. Abb. de Fontenu: hac epigraphe Graeca in corona laurea TIB. KATCAP. In auerſa parte spica erecta, fertilitatis Iudeae symbolum: hinc IOT. inde ΛΙΑ, infra L. Δ. anno quarto Iuliae Tiberii coniugis, cuius causa imperium ille in Iudea obtinebat. Nam Caesar ipse fuit et heres Augusti ob illud coniugium. Adde Achaten Tiberianum, vt appellant, quem alibi explicuimus; et nummum perrarum argen-

teum ex Museo nostro, consecrationis eius indicem, DIVA IVLIA AVGVSTA ut iam superius diximus ad L. VII. 46. H.

f. Superuacuum) Sationi inutile. H.

3. Quoniam oculis) Siue bulbis, vt diximus XVI. 67. Palladius in Febr. tit. 24. Hoc mense inula seritur, quo canneta ponuntur. Seritur oculis, sicut calami etc. H.

v. Nullae minus quam ternorum pedum) Scribo, Inulane minus quam ternorum pedum, tum ex citato exemplari, tum ex Columella libro XI. capite 3. Pastinaca, fiser, atque inula conualescunt alte pastinato, ex loco stercoreato, sed quam rarissime ponenda sunt, vt maiora capiant incrementa. Inulam vero interuallo trium pedum seri conuenit, quoniam

XXX. Proxima *x.* his est bulborum natura,
quos Cato in primis ferendos ¹ preecepit, celebrans
Megaricos. *y.* Verum nobilissima est scilla *z.*, quam

quam

i. preecipit. Ch.

iam vastos facit frutices.
Astipulatur etiam Palladius
L. III, titulo XXV. *Pint.*

Inula ne minus) Colum.
XI. 3. *Pastinaca, siser aique*
inula conualescunt alte pasti-
nari, et loco stercoreto: sed
quam rarissime ponenda sunt,
ut maiora capiant incrementa.
Inulam vero interualllo trium
pedum seri conuenit, quoniam
vastos facit frutices. Sic
enim Palladius l. c. Seri-
tur inula oculis, sicut calami,
quos absindere, et terra le-
uiter debemus obruere, terra
fossa et subacta, excitatis
ad lineam puluinis, quibus
eius oculos oportet infodere:
trium pedum inter se spatio
separantur. H.

x. Proxima - bulborum)
Diosc. II. 200. Βολβὸς γνω-
γίμος πᾶσιν, δν ἐσθίομεν.
Bulborum facies notior est
visa Dioscoridi, Plinioque,
quam quae deberet repre-
sentari: nunc incognita om-
nibus fere cum medicis,
tum officinis habetur: quoniam
bulbi omnes ii edi-
iam desiere. Inueniuntur
tamen hodieque cepae mo-

do tunicati bulbi, qui-
bus rura sibi vorandi facul-
tatem moliuntur: miram
enim excitant auditatem:
quare *Appetitus* appellatio-
nem in agris sibi vendica-
runt. H.

Proxima) Vide infra XX.

9. paulo ante finem. Dal.

y. Celebrans Megaricos) Columel. — quaeque viros
acuunt, armantque puellas,
Iam Megaris veniant genita-
lia semina bulbi. Martialis:
in sq. obs. Dalec.

Megaricos) Μεγαρῆς
Βολβὸς laudat etiam Ni-
cander, apud Athen. II.
p. 64. Damnat Ouidius, ob
Venerem scilicet, quam
mirum in modum stimulat,
his numeris. Daunius, an
Libycis bulbus tibi missus ab
oris, An veniat Megaris:
noxius omnis erit. H.

*z. Scilla) Squillam exem-
plo Varrois omnes nunc
vocant officinae. Graeci
τυλλαν et τυλλαν. Nostri
Oignon marin, ou Squille.
Scilla Hispanica Clusii est,
rarr. plantt. II. p. 171. ra-
dice alba. Vidimus in hor-
to Regio, H.*

quam medicamini nata, ¹ acetotoque *a.* exacuendo. Nec vlli amplitudo maior, sicut nec vis asperior. Duo genera ² medica: masculus albis foliis, femina nigris. Et *b.* tertium genus est cibis gratum: ³ epimenidum *c.* vocatur, angustius folio, ac minus aspero. Seminis plurimum omnibus. Celerius tamen proueniunt fatae bulbis circa latera natis. Et *d.* vt crescant, folia *e.* quae sunt his ampla, deflexa circa obruuntur: Ita succum omnem in se trahunt capita. Sponte nascuntur ⁴ copiosissime in Balearibus Ebusoque insulis, ac per Hispanias. Vnum *f.* de iis volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas viras, quas proximo reddemus *g.* libro. Reliqua *h.* bulborum genera differunt colore, magnitudine, suavitate. Quippe quum quidam crudi mandantur, vt in Cherroneso

Taurica.

*a. Exacuendoque acero. Ch.**3. Epimenidum. Ch.*

a. Acetoque) Fit enim ex ea acetum scillinum, vti dicemus. L. XX. 39. H.

b. Et tertium) Neque omnem scillae radicem in cibis approbat Theophr. Hist. VII. 11. Sed illius tantum quae Epimenidia appellatur, ἀλλὰ τῆς ἐπιμενίδειος καλουμένης, quae angustiore folio ac laeviore est, σενοφυλλοτέρας καὶ λειοτέρας. H.

c. Epimenidum vocatur) Theophrastus cap. 11. Lib. VII. histor. Dal.

d. Et vt crescant) Theophr. l. c. H.

*2. medicae. M. et Ch.**4. copiosissimae. M.*

e. Folia quae sunt bis ampla) De Aro tantum id idem ibidem. Dal.

f. Vnum de iis volumen etc.) Eius menito fit apud Laertium in Pythagora, quo loco perperam legitur περὶ τῆς ιῆλης ευη̄ scripsisse, non περὶ τῆς σπίλης.. Muretus cap. 20. L. IX. Variar. Dal.

g. Proximo reddemus libro) Lib. XX. cap. 9. Dal.

h. Reliqua bulborum) Theophr. Hist. VII. 13. H.

i. Quippe quum) Theophr. l. c. et ex eo Athen. II. p. 64. H.

Taurica. Post *k.* hos in Africa nati maxime laudantur; mox Apuli. Genera *l.* Graeci haec fecere: Bulbinen, setanion, pythion, acrocorion *m.*, aegilopa, sisyrinchion. In *n.* hoc mirum imas eius radices crescere hieme; verno autem, quum apparuerit viola, minui et contrahi, tum deinde bulbum pinguescere. Est *o.* inter genera et quod in Aegypto aron vocant, scillae proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturae, quae ² edatur *p.* et cruda. Effodiuntur *q.* bulbi ante ver., aut deteriores

1. haec genera. V.

k. In Africa nati) Adeo dulces nascuntur. Theophr. capitulo 13. Lib. VII. histor. *Dal.*

Post hos in Africa) Λιβυ-
νὸν laudat pariter Athenaeus, l. c. Libycos, Dauniosque, siue Apulos, Ouidius paulo ante appellatus, H.

1. Genera Graeci haec fecer.) Theophr. cap. 13. L. VII. histor. haec sic recitat: Leucion, bulbinen, opilionem, cyicem, et sisyrinchium. Pro leucoio scribitur hic setanion, pro opilione pythion, pro cyice acrocorion. Aegilops vel irrepit, vel eius loco legendum, hemicocalles, aut quidpiam aliud eiusmodi. *Dal.*

Genera Graeci) Theophr. in primis l. c. vbi haec genera recensentur. Τὸ λευ-
νόν, καὶ Βολβίνη, καὶ ὁ πυθίων, καὶ κύξ, καὶ τρό-

2. estur. Ch.

πον τινὰ τὸ σισυφίχιον. Rectius forsitan, σισιφίχιον, a rostri suilli similitudine. Huius iconem apud Dodonaeanum vide, p. 210. Est et in Eystettensi horto. H.

m. Acrocorion) An Acroscorodon? Ut vt est, bulborum eiusmodi ignota facies, vt et pythionis. H.

n. In hoc mirum) Nempe in sisyrinchio. Haec Theophr. l. c. H.

o. Est inter genera) Nempe bulborum. De aro autem Aegyptiaca loquitur, quae diuersa a Dioscoridis aro vulgari. Aegyptiaca colocasiae genus est alterum, quod cum faba Aegyptia plerique confuderunt: Plinius apte distinguit. Pingitur a Dodonaeo, p. 318. Vidimus in horto Regio. H.

p. Quae edatur) Theophr. hist. VII. II. H.

q. Effodiuntur bulbi ante ver.)

res illico ¹ fiunt. Signum ² maturitatis, folia ³ ina-
reſcentia ab imo. Vetustiores improbant; item
paruos et longos. Contra rubicundis rotundio-
ribusque laus, et grandissimis. Amaritudo pleris-
que in vertice est. Media eorum dulcia. Bulbos
non nasci, nisi ⁴ e semine, priores tradiderunt. Sed
⁵ et in Praenestinis campis sponte nascuntur, ac sine
modo etiam in Remorum aruis.

XXI. (VI.) Hortensiis ^{r.} ⁶ omnibus fere singulae
radices, ut raphano, betae, apio, ⁷ maluae. Am-
plissima ^s, autem lapatho, ut quae descedat ad tria
cubita.

¹. fiunt, si finduntur. M. Lego, et finduntur. Signum.
². matur. est. Ch. ³. marcescentia. V. ⁴. Sic
ex MSS. conf. Ch. ex Gr. ⁵. Sic ex MSS. em.
Hard. conf. Ch. Sed et Praen. Gr. et Al. ⁶. Hor-
tenſibus. M. ⁷. lapatho. Theopb.

ver.) Bulbis salacioreſ fieri
ostendunt Martialis versuſ:
Cum sit anus coniunx, cum
sint tibi mortua membra, nil
aliud bulbis quam satur esse
potes. Ex iis cum nucleis
pineis, crux, pipere in
nuptiali coena ſponſo feru-
lum parari ſolitum ſcribit
Alex. ab Alex. cap. 5. II. vt
apud quoſdam e papaueris
ſemine cum lacte et mel-
le, et apud Athenienses,
ſponsae, priuſquam mariti
thalamum adiret, cydonium
malum guſtare morem fu-
iſſe, vt halitu animaque ſua-
uiori virum oscularetur. Dal.

^{r.} Hortensiis . . . ut raphano)
Theophr. Hist. Pl. I. 9.
Σχεδὸν δὲ καὶ λαχανωδῶν

τὰ πλεῖστα μονόρρειζα· οἷον
ἡ Ἀφανός, τεῦτλον, etc. Πά-
Φανός, vt monuum, braſ-
fica Theophrasto eſt, non
raphanus, quem ille ἡ Ἀφα-
νίδα vocat. Verum aut ἡ Ἀ-
Φανίς hoc loco ſcripſit, aut
raphanum nunc ipſe intel-
lexit: nam braſficam μονόρ-
ρειζον eſſe falſum eſt. Et
ſane idem Hist. VII. 2. vbi ea
recenſet, quae singulari ra-
dice conſtant, appellat σέ-
λινον apium, τευτλίον be-
tam, ἡ Ἀφανίδα raphanum,
γογγυλίδα rapam: ἡ Ἀφα-
νον non appellat. H.

^{s.} Ampliſſima) Theophr.
Hist. VII. 2. Μονόρρειζοτα-
τον δὲ τούτων πάντων τὸ
λάπαθον . . . ἔχει γὰρ μει-
ζω

cubita. Siluestri minor et t. humida: effossa quoque diu viuit. Quibusdam tamen capillatae v., ut apio, maluae; quibusdam surculosae x., ut ocimo. Aliis medicis tamen non inservit. *Sic et V. siluestri minore, iumidae. Gr. et Al.*

H. *N. et M. in libro VII. cap. 2.*

i. Siluestri minores, iumidae) Siluestri minor et humidae, in vetusto exemplari recte. Theophrastus Lib. VII. cap. 2. Omnia maxime visu stirpem ramicem esse putaueris. Laterales enim crassas nullas penitus agit, sed tantum præteriues. Nititur altissima omnium radice maiore: namque semipedibus ternis. Siluestris breuiores agit; multicaulis atque ramosus consistit, et tota forma quam perfecta est, berae proxima sane cernitur. Diuitiatur quoque siluestrem et in rotum, ut dicta loquar, omnia olera vincit. Perdurat quantum vis temporis, ut aiunt, carne plena aique bu меца consistit. Qua de causa effossa, diu viuere potest. Haec Theophrastus. Porro distincte Pliniana verba legenda censeo, ut duo illa verba, Siluestri minor, Parenthesos nota claudantur,

Vol. VI.

et omnino legatur sic: Ut quae descendat ad tria cubita (siluestri minor) et humida effossa quoque diu viuere potest. Pint.

(Silvestris minor) Nempe siluestri lapatho. Vide N. et M. N. XI. (hic pos.) Silu.) Perperam in libris editis, silvestris minores iumidae, quum sequatur proxime, effossa quoque diu viuit. In MSS. R. etc. minore iumida. Firmat emendationem Theophr. Hist. VII. 2. Τὸ δὲ ἀγριον βραχυτέραν. Πολυχρονιώτερον τε τοῦ ἀγρίου ... ἔχει δὲ σαρκωδὴ τὴν σάρκα. καὶ ἐνικμον. Διὸ δὲ ἐξαιρεθεῖσα ζῆ πολὺν χρόνον. H.

v. Capillatae) Quae fibras habent, hoc eit, minores radiculos, oblongas, in capilli modum extenuatas, in quas velut extremas, crassiores effusae sparguntur. H.

x. Surculosae) Hoc est, lignosae. Theophr. Hist. VII. 3. Τῶν δὲ ἕιζων ξυλωδέσαται πασῶν αἱ τοῦ ὕπνου, παθάπερ ὁ καυ-

B b

λος

carnosae, ut betae *y.*, aut magis etiam nūm *x.* croco *z.*: aliquibus *a.* ex cortice et carne constant, ut raphano, rapis: quorumdam geniculatae *b.* sunt, ut graminis. Quae *c.* rectam non habent radicem, statim *z.* plurimis nascuntur capillamentis, ut atriplex, et blitum. Scilla autem, et bulbi, *z.* et caepe, et allium, non nisi in *d.* rectum radicantur. Sponte nascentium *e.* quaedam numerosiora sunt radice,

adnot. ut *Asphodelus* prop. *quam*
et *Asphodelus* *bulbiferus* *et* *Asphodelus*

i. aro, asphodelo. Theophr.
et Cb. *3. et caepa, et arum, in acutum non radi-*
caepa *(conica) canuntur. Dal.* *ex Theophrast.*

z. Croco. Addit idem c. 2. bli-
tum, atriplicem, erucam,
anethum, brassicam, cori-
andrum, et Hist. I. 10. ma-
gnam siluestrum partem,
H.

y. Ut betae) Theophr.
Hist. VII. 2. H.

z. Croco) Theophr. Hist. I.
9. εἰσὶ μὲν σαρωτέεις κα-
ράπες ἀφανίδος, γογγυ-
λίδος, ἄρου, πρόκου. Idem
repetit Hist. VII. 3. H.

a. Aliquis) Theophr.
Hist. I. 10. H.

b. Geniculatae) Genicula-
tae radices vocantur, quae
nodis quibusdam interstinctae
protuberant, rotundae
et leuiter capitulatae. Γο-
γατώδεις, Theophr. Hist. I.
10. H.

c. Quae rectam) Theophr.
Hist. I. 9. H.

d. In rectum radicantur)
Radicum natura est a late-

ribus radiculas alias fundere,
quas ἐπιφυάδας appellamus, inquit Theophr. I.
10. at eiusmodi nullam bulbi
habent. Omnes enim ra-
dices bulborum in rectum
tendunt; nec a latere fun-
duntur, sed a capite. H.

e. Sponte nascentium etc.)
Theophr. cap. II. Lib. I.
histor. τῶν ποωδῶν, earum
quae herbae vulgari simile folium, id est, longum
et angustum habent, qua-
les sunt crocus, perdicium,
aspalax. Tamen de Perdicio
tantum hoc idem scribit, non de croco, aut aspalace.
Sed et sunt, qui eiusdem
perdicion esse volunt orni-
thogalon Dioscoridis, et pro
*aspalace *asphodelum* legunt,*
Vtrumque certe ποωδεῖς est
Dalec.

f. Sponte nascentium)
Theophr. Hist. I. II. iisdem
fero

quam folio, ut aspalax, perdicium, crocum. Florent ¹ confertim f. serpyllum, abrotonum, napi, raphani, menta, ruta: et cetera quidem quum ceperit, ² deflorescent: ocimum g. autem particulatim et ab imo incipit: qua de causa diutissime floret. Hoc ³ et h. in heliotropio herba euenit. Flos aliis i. candidus, aliis luteus, aliis purpureus. Folia k. cadunt a cacuminibus, origano, inulae, et aliquando rutae iniuria laesae. Maxime l. concava sunt caepae, ⁴ gethyo.

B b 2

XXXII.

1. ex Theophr. ἀθέρως, florent cum fraxino serpyll. Gr.
et Al. 2. statim efflorescent. Dal. 3. et faba,
Theophr. 4. gethio Gr.

fere verbis. Sed quae sit aspalax, incompertum. H.

f. Florent confertim) Hoc est, simul vniuersum florem emitunt, non particulatim. Vide N. et Em. N. XII. (hic coll.) Florent) Prius legebatur, florent cum fraxino. Atqui florere fraxinum mature, et quidem prius quam serpentes prodeant, ipse met admonuit, L. XVI. 24. Sero abrotonum, serpyllumque: abrotonum certe aestate, ut ait ipse L. XXI. S. 34. Ex Theophrasto medicinam huic loco fecimus. Sic enim ille Hist. VII. 3. Αὐθεῖ δὲ τῶν μὲν ἄλλον ἔπασον ἀθέρον. Τὸ δὲ πάτη μέρος πάτω πρώτον εἴτ' ὅταν ταῦτα ἀπανθήσῃ, τὰ ἀνω. τὸ δὲ πολυχρόνιον εὐ τῷ αὐθεῖν

παθάπτερον οὐδεμίος, καὶ τῆς πόδας τὸ ἡλιοτρόπιον. etc.

Vbi perspicuum est, tum a Graeco scriptore, tum a Plinio, opponi ea inter se, quae confertim, seu primum ab imo florescent. Id enim Latinus auctor statim subiicit, Ocimum autem particulatim, et ab imo incipit. H.

g. Ocimum (autem) Theophr. Hist. VII. 9. H.

h. Hoc et in heliotropio) Theophr. Hist. VII. 3. H.

i. Flos aliis) Theophr. Hist. VII. 9. H.

k. Folia cadunt) Theophr. Hist. I. 15. quem locum Gaza non satis fideliter vertit. H.

l. Maxime concava) Theophr. Hist. I. 16. Ιδίου δὲ εἴτι τῶν λαχανωδῶν, εἰον

XXXII. Allium *m.* caepasque inter Deos in iureirando *n.* habet Aegyptus. Caepae *o.* genera apud Graecos: ¹ Sardia, Samothracia, ² Alsidena, Setania, Schista, Ascalonia, ab oppido Iudeae nominata. Omnibus etiam odor *p.* lacrymosus,

s. Sarda. Ch. 2. Cnidia. Theopb.

οῖον κορμίου, γηθόνου, τὸ κοιλόφυλλον. H.

m. Allium caepasque) Aegyptii, inquit, quum iurant per Deos suos, simul per opes suas iurant, quae sunt allium et caepae. Non dicit inter deos reponi vel coli ab Aegyptiis allium et caepas: quantumuis scribat Iuuenalis, Sat. XV. 1. *Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens Aegyptius portenta colat? ... Porrum et caepas nefas violare, et frangere mortu.* O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in horris Numina! De his Prudentius quoque eleganter, περὶ σεφάνων, hymno 10 in S. Romanum v. 255- et L. II. in Symmach. v. 866. quem consule. At Horat. L. I. ep. 12. *Verum seu pisces, seu porrum, et caepe trucidatas, iocose dixit atque ironice, pro eo quod est; si nihil aliud occidis in coenam.* Hoc tantum. H.

n. In iureirando haber Aegyptius) Zeno Stoicus per capparim iurabat, Telecli-

des per brassicam. Plutarchus L. de Isid. et Osir. Caepam quidem Aegyptii sacerdotes auersabantur, quod lacrymas eliciendo, festos dies celebrantibus molesta fit, et excitata siti incommoda sit iis, qui religionis causa potu ciboque abstinent. Plutarchus ibid. praeterea quia Luna decrescente viget et augescit. Dal.

o. Caepae genera) Theophr. Hist. VII. 4 a quo haec enumerantur: Σάρδεια, Κνίδια, Σαμοθράκια, καὶ πάλιν Σητάνια, καὶ Σχισά, καὶ Ἀσκαλώνια. Des oignons. Alsidenorum mentio alibi nulla. H.

p. Odor lacrymosus) Inde Graecis κέρωμαν, ὅτι κόρας συμψεν ποιεῖ. Aristophan. τί δῆτα κλαίεις. Ἀγρομύων ὀσφαίνομαι. Bias a rege Aliatte accersitus, regia fortuna spreta, illum iussit κέρωμα ἐσθίειν, τετέσιν οἰμώζειν. Rhodig. c. 4. XII. Lucilius L. V. Sat. Sic enim Festus vocat interiores

fus, et praecipue Cypriis q., minime Gnidiis. ¹ O-
mnibus r. corpus ² totum pinguitudinis earum car-
tilagine. E s. cunctis setania minima, excepta Tu-
sculana, sed dulcis. Schista autem et Ascalonia con-
diuntur. Schistam hieme cum coma sua relinquunt,
vere folia detrahunt, et alia subnascuntur iisdem
diuisuris: vnde t. et nomen. Hoc v. exemplo re-
liquis quoque generibus detrahi iubent, vt in ca-
pita crescant potius, quam in semina. Ascalonia-

B b' 3 rum

1. *Omnibus radicum corpus teclum pingui cartilagine. Dal.*

2. *Omnibus corp. totum paene tunicarum cart. Pint.*

riores caeparum tunicas. Varro in Bimargo: *Aui et ataudi nostri quum allium et cae- pae verba earum olerent, ramen optime animati erant.* Tunicatum caepe Persius eleganter vocat Satyr. 4. — *tunicatum cum sale mor- dens Caepe.* Lucilius L. VI. — *lippus edendis Acribus assi- due fuit caepis laerumosis.* In Priapeis: *Acreisque cae- pas, alliumque fibratum.* Apud Homerum Iliad. ἐπαδήμη ἀυπλόναιος. Nestori et Machaoni pro obsonio appo- nit caepam et mel flauum χλωρέον. *Dal.*

Odor lacrymosus) Lacry- mas ciens. Lucilius Sat. L. V. *Flebilē caepe simul, lacry- mosaeque ordine tallae.* Tallas Festus appellat interiores caeparum tunicas. Va- porem lentum ac tenuem exspirat caepa, qui ad ocu-

los irreptans lentitia cohae- ret, et sui tenuitatem lanci- nans dolorem excitat, et sic lacrymas exigit. Vide Ruell. L. II. p. 399. H.

q. *Cypriis) Cyprias caepas laudat Marcellus Empiricus, c. 15. ad anginam p. 105. H.*

r. *Omnibus — cartilagine) Subintellige, constat: vel e cartilagine legito. H.*

s. *E cunctis) Theophr. l. c. H.*

t. *Vnde et nomen) Ut nem- pe σχισώ, hoc est, caepae fissiles appellantur. Sic Theophr. l. c. H.*

v. *Hoc exemplo) Pallad. L. III. in Febr. tit. 24. p. 68. Si capita voluerimus his esse maiora, folia omnia de- bemus auferre, et sic succus ad inferiora cogetur. H.*

rum x. propria natura. Etenim y. velut ¹ steriles sunt ab radice, et ob id semine feri illas, non deponi iussere Graeci. Praeterea serius circa ver, quum ² germinant, transferri: ita crassescere, et tunc properare praeteriti temporis pensatione. Festinandum ³ autem in his est, quoniam matrae celeriter putrescant. Si a. deponantur, ³ caulem mittunt et ⁴ semen, ipsaque euanescunt. Est et colorum differentia. ⁵ In Isto b. enim et Sardibus candidissimae proueniunt. Sunt in honore et Creticae, de quibus dubitant, an eaedem sint, quae

^{3.} sterilescunt V. ^{2.} germinent. Ch. germinaunt. Tb. ^{3.} caulem mittunt. Ch. neque legitur, et, in M. ^{4.} sementant. Vet ^{5.}, amiso. Ch. differentia, Samo enim Gr. et Al.

x. Ascaloniarum) Has adhuc hodie Galli nominant *Eschalotes*, quasi Ascalotas, relictis pristini vocabuli rudimentis. Vide Gloss. Du-Cangii, voce *Aloigna*. H.

y. Etenim velut) Apud nos tamen et radice melius, seu bulbo feruntur. H.

z. Festinandum) Cito euellendae: alioqui putrescant: πολὺν δὲ χρόνον ἐσθέντας ἐν τῇ γῇ σηπεται. Theophr. l. c. H.

a. Si deponantur) Si plantentur, Φυτευθέντας. Theophr. H.

b. Samo enim et Sardibus candidissimae) Amiso in veteri lectione non Samo. Substituo pro amiso, apud Isum,

ex Theophrasto L. VII. capite 4. differunt, inquit, et colore nonnullae. Etenim apud Isum cetera quidem candidis similes constant, sed colore candidae admodum proueniunt, Sardianisque simili- ter fere affirmant. Est autem Isus urbs nemini ignota, in Cilicia, clara victoria Alexandri aduersus Darium. Pint.

In Isto enim) Vide N. et Em. N. XIII. (hic coll.) Est) Prius legebatur, Samo enim et Sardibus. In MSS. R. Colb. Chiffi. differentia amiso enim et Sardibus. Nostram egregie constabilit coniecturam Theophr. Hist. VII. 4. Ἐν Ἰσσῳ γὰρ μὲν

quae Ascaloniae, quoniam ¹ satis et capita crasse-
scunt: depositis, ² caules et semina. Distant sa-
pore tantum dulci. Apud nos duo prima genera.
Vnum condimentariae, quam illi gethyon d., no-
stri pallacanam vocant. Seritur mensibus, Martio,
April, Maio. Alterum capitatae, quae ab aequi-
noctio autumni, vel a Fauonio. Genera eius au-
steritatis ordine, Africa, Gallica, ³ Tusculana, Asca-
lonia, Amiternina. Optima autem, quae rotundissima.
Item rufa acrior, quam candida: sicca, quam viridis,
et cruda quam cocta, sicca quam condita. Seritur Ami-
ternina frigidis et humidis locis, et sola allii modo
capite, reliquae semine. ⁴ Proxima quae aestate
nullum semen emittunt, sed caput tantum, quod
⁵ inarescit. Sequenti autem anno permutata ra-
tione semen gignitur, caput ipsum corruptitur.
Ergo omnibus annis separatim semen caepae causa
B b 4 ser-

1. *Satae radices agunt. Ch.* 2. *caulis et semen. Ch.*
 3. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. Africana, Gall.
 Tusc., Amit. Gr et Al.* 4. *Proxima quae, etc,*
emittit, Dal. 5. *increscit, vt mox, Quum increvit, etc.*

Dal,

αὐλα ὄμοια τοῖς λευκοῖς.
 λευκὰ δέ σφόδρα τὴν χροιά.
 Φέρεν δέ Φασιν ὄμοια τοῖς
 Σαρδιανοῖς. H.

c. *Quoniam satis) Hoc est,
 quoniam quum seruntur se-
 mine, capita eis crassescunt:
 σπειρόμενον μὲν, inquit
 Theophr. cui Φυτεύόμενον
 opponitur, depositum siue
 plantatum. H.*

d. *Gethyon) Γῆθυον, quod
 fere sine capite est, cerui-
 cis tantum longae: ideo-*

que totum in frondem lu-
 xuriat. Vulgus nostrum
 sua consuetudine cibulam,
 quasi caepulam vocat; alii
 fiboulam, Ciboule; nonnulli
 ciuas, vel ciuones, quasi ce-
 pinas vernaculo sermone
 proferunt. H. H.

e. *Alterum capitatae) Quod
 fere citra ceruicem in caput
 extuberat. Hanc vocant
 vniuem veteres rustici, vt
 testatur Columella, XII.*

seritur, separatim caepe seminis. Seruantur autem optime in paleis. Gethyum f. paene sine capite est, certicis tantum longae, et ideo totum in fronde: saepiusque resecatur, ut porrum. Ideo et illud serunt, non deponunt. Cetero g. caepas ter fosso solo seri iubent, extirpatis radieibus herbarum, in h. iugera denas libras. Intermisceri i. satureiam, quoniam melius proueniat. Runcari k. praeterea, et sarriri, si non saepius, quater. Ascaloniam l. mense Februario serunt nostri. Semen caeparum m. nigrescere incipiens, antequam marcescat, metunt.

XXXIII. Et n. de porro in hac cognatione dici conueniat, praesertim quum sectio nuper auctoritatem dederit Princeps Nero, vocis o. gratia, ex oleo statis mensum omnium diebus, nihilque aliud, ac ne pane quidem vescendo. Seritur semi-

ne

i. marcescent. Ch.

10. quod nomen apud Gallos velut triuiale hactenus usurpatum est: siquidem quod singulari constat capite, nec pluribus coagmentatur bulbis, unionem Gallica lingua nominat. Oignon. H.

f. Gethyum paene) Theophr. Hist. VII. 4. H.

g. Cetero cepas) Colum.

XI. 3. H.

b. In iugera) Denas seminis ceparum libras in singula iugera seri iubet. H.

i. Intermisceri) Colum. I.

c. et Pallad. L. III. in Febr. tit. 24. p. 68. H.

k. Runcari etc.) Colum.

l. c. H.

l. Ascaloniam) Sic Colum.

l. c. H.

m. Semen - marcescat) Colum. Sed nec patiendum est, ut perire scat, etc. H.

n. Et de porro) Pallad.

c. 24. Februar. Dal. Et de porro) Gallis, Poirer. H.

o. Vocis gratia) Cui splendorem affert infra cap. 6. L. XX. Dal.

Vocis gratia) Cui splendorem affert; ut dicetur L. XX. 21. H.

ne ab aequinoctio autumno: si p. sectiuum facere libuit, densius. In q. eadem area secatur, donec deficiat, ¹ stercoreturque semper. Si r. nutritur in capita, antequam seceretur, quum increvit, in aliam aream transferri debet, summis foliis leuiter recisis. B b 5 1. stercoreturque semper: nutritur in capita, antequam seceretur. Quum increvit, Gr. et Al.

p. Si sectiuum facere) Column. XI. 3. Porrum si sectiuum facere velis, densius satum praeceperunt priores relinqui, et ita, quum increverit, secari. Sed nos docuit vsus, etc. Porrum sectiuum est, quod saepius secatur, demeriturque in usu calinae. Sectile porrum Iumentalis appellat: Martialis, tonsile: sectum, auctor Moreti. Rursum de hoc Martialis, L. XIII. epigr. 18. cuius lemma: Porri sectiuui; Fila Tarentini grauiter redolentia porri. Edisti quovies, oscula clausa dato. H.

q. In eadem area secatur, etc.) Sie distinguenda sunt: In eadem area secatur, donec deficiat, stercoreturque semper. Si nutritur, in capita, antequam seceretur, quum increvit, in aliam aream transferitur, summis foliis leuiter recisis ante medullam, et capitibus retroctis tunicisque extremis. Quem sectiuum inquit facere volueris, in eadem area, qua satus a

primo fuerit, secundus est donec deficiat; at si nutritur in capita, id est, si capitatum voles facere, ubi increvit antequam seceretur, in aliam aream transferri debet, summis foliis leuiter recisis. De capitato postrema illa verba capienda esse palam est, et ex iis quae sequuntur: Antiqui silice, vel testa subiecta capita dilatabant, hoc item in bulbis. Mox emendandum: Laudatissimus in Aegypto, mox Ostiae atque Aricie et paulo post: alterum genus pallidioris folii, rotundiorisque, lenioribus incisuris. Duo genera sectiuui porri facit, quorum alterum folio herbacium, id est, viriditatis mirae: alterum folio pallidioris, dilutioris nempe viriditatis. Vide Salmas. pag. 1001. a.

q. Si nutritur in capita) Si vis porrum esse capitatum. Vide N. et Em. N. XIV. (paulo post) Capitatum porrum a radice quae in

aream transffertur, summis foliis leuiter recisis ante medullam: et capitibus¹ retractis, tunicisue extremis. Antiqui s. silice vel tegula subiecta t. capita dilatabant: Hoc item in bulbis. Nunc sarculo leuiter conuelluntur radices, vt delumbatae alant, neque² distrahant. Insigne, quod quum simo laetoque solo gaudeat, rigua odit: ³ et tamen proprietate quadam soli constant. ⁴ Laudatissimus in

i. detractis tunicis extremis. Dal. ut de allio et cepa Theophs. scripsit. c. 4. I. caus. 2. distrahantur. V.
3. haec. V. 4. laudatissimum. V. quamquam apud Palladium porrū legitur.

in caput extuberat sibi nomen usurpauit. Si nutritur) Vocabulam si, quam libri ha-
etenus editi omiserunt, mag-
nō totius sententiae de-
trimento, ex R. cod. et Colb.
suppleuimus, et quod certius aliquanto est, ex Columella. Sic enim ille XI. 3. In eo autem porro, quod mag-
ni capitī efficere voles, ser-
uandum est, ut antequam translatum deponas, omnes
radiculas amputes, et fibra-
rum summas partes intondeas.
Tum testulae vel conchae, qua-
si sedes in singulis subiectae
seminibus adobruuntur, ut
fiant capita latioris incrementi.
H.

s. Antiqui silice) Ita So-
tion in Geop. XII. 29. p.
351. Ομοίως τὰ πράσαι εἶσαι
μεγάλα, εἰ μεταφυτέουν
αὐτὰ, ὅσρακον η λίθον
πλατύν ὑποθήσεις, καὶ μὴ

ποτίσεις. Similiter porrū magni fient, si dum ipsos transffers, testam, latumue lapidem supposueris, nec rigabis. Columella quoque XI. 3. In eo autem quod ma-
gni capitī efficere voles, ser-
uandum sit, ut antequam translatum deponas, omnes
radiculas amputes, et fibra-
rum summas partes intondeas.
Tum testulae vel conchae, qua-
si sedes in singulis subiectae
seminibus adobruuntur, ut
fiant capita latioris incrementi.
H.

t. Subiecta capita dilata-
bant). Inde κεφαλωτὸν πρᾶσον. Auctor Moreti:
Hic sifer, et capitī nomen de-
bentia porra. In Priapeis:
Crescentie semper in suum
caput porrum. Dal.

in Aegypto, mox ¹ Ostiae, atque *v.* Ariciae. Se-
tui duo genera: Herbaceum folio incisuris eius
evidentibus, quo vtuntur medicamentarii. Alter-
um *x.* genus ² pallidioris solii, rotundiorisque,
³ incisuris leuioribus. Fama *y.* est, Melam eque-
stris ordinis, reum ex procuratione a Tiberio Prin-
cipe accersitum, in summa desperatione succo por-
ri ad trium denariorum argenteorum pondus hau-
sto, confessim exspirasse sine cruciatu. Ampliorem
modum negant noxiū esse.

XXXIV. Allium *z.* ad multa ⁴ ruris praecipue
medicamenta prodesse creditur. Tenuissimis, et
quae separantur, ⁵ in vniuersum velatur membra-
nis: mox pluribus coagmentatur *a.* nucleis, et
his

- 1.* Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Orchiae Gr. et Al.
- 2.* Sic ex MSS. Hard. suavidioris. M. fortassis, flau-
dioris Dal. sauidioris Ch. forte validioris. Pint.
suaviores Gr. et Al.
- 3.* leuioribus incisuris. Ch.
- 4.* rusticis. Dal,
- 5.* in M. d.

v. Atque Ariciae) Mart.
XIII. ep. 19. cui titulus:
Porri capitati; Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros, In niueo virides stipite cerne comas. H.

x. Alterum . . . pallidioris folii) Hoc est, dilutioris vi-
riditatis. In MSS. suavidio-
ris. Forsan flavidioris: qua-
de voce diximus L. XVIII.
f. 34. ut viridiori herbaceo
opponatur. H.

y. Fama est Melam) Me-
la is falso esse creditur cu-
ius Geographici nunc mani-

bus omnium teruntur libri.
H.

z. Allium) Del. Ail. Sim.
Sethi L. de alim. tit. Σκό-
ροδα ex Galeno, allium vo-
cat Θηριανὴ τῶν ἀγροτῶν,
theriacam rusticorum. H.

a. Nucleis) Οὐχας vocat
Aëtius L. XI. c. II. σκελί-
δας, Paulus Aegineta cap.
33. L. IV. γέλης Theophr.
ἀγλιθας Galenus. Dal.

Nucleis) Cohaerentes bul-
bi, in quos allii caput ex-
tumuit, quo seorsum consiti-
nouam creant sobolem, et
nuclei

his separatum vestitis. Asperi saporis: quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. Taedium huic quoque ¹ halitu, ut caepis: nullum tamen coctis. Generum ^b, differentia in ² tempore: praecox maturescit sexaginta diebus: ³ tum ^c in magnitudine. Vlpicum ^d, quoque in hoc genere Graeci appellaverunt allium Cyprium, alii Antiscorodonie, praincipue Afri-

i. halitus. V. *2. tempore et culti. Tb.* *3. Tam
men. Ch.*

nuclei, et spicae, Latinis auctoribus appellantur: sicut Graecis γέλγεις et ἀλγίδες, grana dicuntur, quibus allii caput compactum est. Theophr. Hist. VII. 4. et Diosc. II. p. 182. H.

b. Generum differentia)
Quoniam aliud praecox, aliud serotinum, πρωτόν, καὶ ἔψιμον. Theophr. I. c. H.

c. Tum in magnitudine)
Differunt etiam magnitudo ne et paruitate. Magnitudo siquidem praestat ceteris genus illud quod Cyprium vocant: Καὶ μεγέθει, καὶ μηροτητι. Καὶ γὰρ τῷ μεγέθει γένος τι διαφέρειν εῖτι, μάλιστα δὲ τὸ Κύπριον παλαιόν τοιότον. Theophr. I. c. H.

d. Vlpicum) Quidam esse volunt allium Aegyptium Dioscoridis, quod, ut porrum singulari capite constat, idemque molyzam.

Hippocratis L. de mulieribus. *Dal.*

Vlpicum) In eo est illud genere, quod ceteris mole capitum antecellit. Columella, in Hortulo, p. 349. *Alliaque infractis spicis et olentia late Vlpica.* Et L. XI. 3. p. 394. *Vlpicum*, quod quidam allium Punicum vocant, Graeci autem ἀφροσπόροδον appellant, longe maioris est incrementi quam allium . . . habet velut allium plures cohaerentes spicas, etc. H.

e. Antiscorodon) Aphroscorodon, ut indicant, quae proxime sequuntur. Sic et Columella vocavit, idemque allium Punicum. Quidam a spuma, alii ab Africa Aphroscorodon dici volunt. Columellae verba sunt L. XI. cap. 3. *Vlpicum*, quod quidam allium Punicum vocant, Graeci Aphroscorodon

Africae celebratum inter pulmentaria f. ruris, grandius allio. ⁱ Tritum g. in oleo et aceto, mirum quantum increseat spuma. Quidam vlpicum et allium in plano seri vetant, castellatimque h. grumulis ² imponi, distantibus inter se pedes ternos. Inter

i. *Trito. V.* 2. *imponi iubent. V.*

don appellant, longe maioris est incrementi. Dalec.

f. *Pulmentaria ruris* j Ea pulmentaria μυττωτ&ς Theophrast. vocat cap. 4. L. VII. hist. Polluci autem μυττωτ&ς est τρίμμα εἰ σκορόδων δριμύς: Dioscoridi intritum ex allio et nigra oliua. Hoc loco Plinius parare id videtur ex oleo, allio et aceto. Parant alii ex allio, ouo, caseo: Lugdunenses ex allio et nuce iuglante recenti, aut alioqui tamdiu in aqua macerata, ut recenti similis videatur. Excitat hoc appetitiam, et contra venenum fungorum pro antidoto est. Vide Coelium et scholiastem Aristoph. *Dal*

Inten. *pulmentaria*) In moretis vtuntur, inquit Gaza illud Theophrasti vertens πέσ. τ&ς μυττωτ&ς χρῶνται. Recte: est enim id pulmentarium ruris moretum, cui allium immixtum intritumque est: inde ei *alliato* nomen. Meminit Plautus in *Mostell.* act. I.

sc. I. v. 44. *Tu tibi istos habebas, turtures, pisces, aues: Sine me alliato fungi fortunas meas.* H.

g. *Tritum in oleo etc.*) Verba illa in oleo et aceto, falso inserta videntur, ex Theophrasto L. VII. capite 4. his verbis: *Cyprium* vocatum maxime rale est, quod non decoquunt, sed in myntis vruntur, et quum runditur mirum quantum spuma increseat. Pint.

Increseat spuma) Hinc αΦροσιφόδον, ut arbitror, alii apud Columellam vocant. H.

b. *Castellatimque*) Castellatim idem fere quod aceruatim, σωρηδάν. Grumulos sive cumulos spicarum allii seri iubet ita, ut cumuli multis in orbem constent granis: inter grana singula digiti vnius interuallum sit: ternum pedum inter cumulos singulos: qui cumuli sic dispositi castelloram speciem quamdam referant. Namque in limitibus Imperii ad finium custodiam aduersus incuriosos

ter granaⁱ digiti interesse debent; simul i. atque tria folia eruperunt, sarri. Grandescunt, quo saepius sarriuntur. Maturescentium k. caules de pressi in terram obruuntur: ita cauetur ne in frondem luxurient. In l. frigidis utiles vere seri, quam autumno. ² Cetero m. vt odore careant, omnia haec iubentur seri, quum luna sub terra sit: colligi, quum in coitu. Sine n. his Menander e Graecis auctor

i. *digitu quatuor interesse.* M-

2. *Cetero. Ch.*

nes hostium castella stauabantur, aliquot inter se discreta passibus. Anonymus auctor, de rebus belli cis: *Est praeterea inter commodity rei publicae utilis limitum cura, ambientium ubique latus Imperii. Quorum tutelae assidua melius castella prospicient; ita ut milles in seriecta passibus stabili muro et firmissimis turribus erigantur, etc.* Uſus ea voce Luius, l. XVII. vbi castellatim dispositos circa collem milites ait. Aliter seri praecepit Colum. l. c. H.

i. *Simul atque*) Colum. XI. 3. *Quum ternas fibras emiserunt spicae, sarriantur: nam quo saepius id factum, maius semina capiunt incrementum.* Sic Pallad. in Noub. t. 6. H.

k. *Maturescentium*) Colum. l. c. *Ante quam caulem*

faciant, omnem viridem superficiem intorquere, et terram proflernere conueniet, quo vastiora capita fiant. H.

l. *In frigidis*) Vide Colum. l. c. H.

m. *Vt odore careant*) Columella l. XII. Dalec.

Cetero, *vt odore*) Colum. l. c. Sed quandocumque conseremus . . seruabimus: . . ve Luna infra terram sit: nam sic sata, et rursus sic recondita, existimantur neque acerri mi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare. Idem habet Aucl. Geop. XII. 30. "Αυστρας δε εσαι, etc. Pallad. in Noub. t. 6.

n. *Sine his*) Hoc est, ci tra hanc operam, siue hac praceptione neglecta, quam proxime attulimus, ut sint allia odoris expertia. H.

autōr est, allium edentibus, si radicem betae in pruna tostam supēderint, odorem extingui. Sunt qui et allium et vlpicūm inter Compitalia o. ac Saturnalia seri aptissime putent. Allium p. et semine prouenit, sed tarde. Primo q. enim anno porri crassitudinem capite efficit: sequenti r. diuiditur, tertio consummatur; pulcriusque s. tale existimant quidam. In semen exire non debet, sed intorqueri caulis satus t. gratia, ut caput validius fiat. Quod o. si diutius allium caepamque et inueterare libeat, aqua salsa tepida vngenda sunt. Ita diurniora fient, melioraque usui, sed in satu sterilia. Alii

con-

VII.

1. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. crassitudine caput efficitur Gr. et Al. 2. existimatur a quibusdam. M. 3. Sic ex MSS. em. Hard. satus gratia, ut Ch. sationis gratia, capita intingenda Gr. et Al. 4. Sic et Ch. inueterari Gr. et Al.

o. Compitalia) In Calendario rustico ap. Gruter. p. 133. Compitalia, sexto Nonas Maii; Saturnalia, decimo sexto Calendas Ianuarii assignantur. H.

p. Allium ex semine prouenit, etc.) Lege: Allium ex semine prouenit, sed tarde primo enim anno porri crassitudinem capite efficit: sequenti diuiditur, tertio consummarur. Sequentia sic lege: in semen exire non debet, sed intorqueri caules satius, ea gratia, ut caput validius fiat. Melius dixisset Plinius: sed intorqueri nucleos satius. Salmasius.

Allium et semine) Theophr. Hist. VII. 4. H.

q. Primo enim) Theophr. I. c. H.

r. Sequenti diuiditur) Hoc est, discernit in nucleos, γελγιστας. H.

s. Pulcriusque) Καλλιον Theophr. praestantius. Dal.

Pulcriusque) Quum nihil sit eo deterius, quidam tamen praestantius putant, quam si deponatur, siue plantetur: καὶ ξδεν χειρον ἀλλ ἔριοι γε καὶ παλλιον Φασι τε πηκτε. H.

t. Satus gratia) Nucleis enim ferre satius est, quam semine. H.

v. Quod si diutius allium, etc.)

contenti sunt¹ primo super prunas suspendisse, abundeque ita profici arbitrantur ne germinent: quod facere allium caepamque extra terram quoque certum est, et cauliculo acto euanescere. Aliqui et allium palea² optime seruari putant. Allium *x.* est et in aruis sponte nascens, alium *y.* hoc vocant: quod aduersus improbitatem alitum depascentium semina costum, ne renasci possit, abiicitur; statimque quae deuorauere aues stupentes manu capiuntur: et si *z.* paulum³ commouere, sopitae. Est *a.* et silvestre,⁴ quod vrsinum vocant, odore⁵ molli, capite praetenui, foliis grandibus.

XXXV.

1. fumig. Vet. *2. seruare optime.* Ch. *3. Sic et*

Ch. commouere resopitae. Ch. *M.* commorauere Gr. et
Al. *4. et quod.* Ch. *5. miti M. lego, odore*
simili.

etc.) Lege: *Quod si diutius*
allium caepamque inueterare
libeat aqua salsa tepida unguenda sunt, ita diuturniora
fient, melioraque vsui, sed
in saeu sterilia. Salmas.
pag. 227.

x. Allium est, et in aruis)
Illud esse arbitrantur, quod
agreste allium et οφιογνό-
γοδον Galen. de fac. simpl.
med. VIII. p. 280. Diose.
ii. 182. aliique vocant.
Nos suspicamur esse silvestre
tenuifolium Dodonaei p.
672. quale visum a nobis in
Horto Regio. H.

y. Alum hoc vocant) Ophio-

scorodon. Alioquin Alus
Graecorum est Symphyton
petraeum. In Vet. legitur
allium. Vide num legen-
dum, silvestre hoc allium, etc.
vel anguinum, hoc vocant.
Dal.

z. Etsi paulum) Si ita sa-
tum aues eae vel paululum
commouerint. In MSS.
etsi fortasse rectius, commo-
renur. H.

a. Est et silvestre) Allium
silvestre latioris folii, sive
Allium Vrsinum Dodonaei,
l. c. in praedicto etiam hor-
to obseruatum a nobis. H.

XXXV. (VII.) In *b.* horto satorum celerrime na-
scuntur oicum, *c.* blitum³, napus, eruca; tertio enim
die erumpunt: anethum quarto, ² lactuca³ quinto,
raphanus sexto, cucumis et cucurbitae ⁴ septimo,
prior cucumis: nasturtium ac sinapi quinto, beta
aestate sexto, hieme decimo: atriplex octavo, caepe
~~xix.~~ aut vigesimo, gethyum decimo, aut duodecimo:
Contumacius *d.* coriandrum. Cunila *e.* quidem, et
organum post ~~xxv.~~ ^{xx.} diem. Omnia autem diffi-
cillime apium: quadragesimo enim die cum celerrime,
quinquagesimo maiore *f.* ex parte emergit. *g.* Ali-

~~et dupl. ab initio tunc illud invenit~~ quid

i. οὐφανίς. *Tb.* ^{1.} *lactucaeque.* *Ch.* ^{2.} *vel* *qua-*
to. *Tb.* ^{3.} *vel* ^{4.} *quinto, sexto, vel septimo.* *Tb.*

b. In horto satorum) Quae nenda: Celerrime oicum,
hac sectione continentur totidem fere verbis sunt in
Theophr. hist. VII. 1. Τάχιστα μὲν ἐν ὕπαιροις, etc.
Causas singulorum idem in-
uestigat, de causs. IV. 3. p.
299. H.

c. Blitum, napus, eruca)
Legendum videtur radix,
non napus. Theophrastus
L. VII. cap. 1. Omnia pari-
tempore nequaquam prouen-
niunt, sed alia celerius, alia
serius: quae scilicet prouen-
tu contumaciora consistunt.
Celerrime oicum, blitum,
eruca, et de libernis radix,
die namque, ut ita loquar,
tertio erumpit. Ex his Theo-
phrasti verbis liquet, alio
ordine Pliniana esse dispo-

quid et seminum aetas confert, quoniam recentiora maturius gignuntur, in porro, gethyo, cucumi, cucurbita: ex vetere autem celerius prouenient apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. Mirum in betae semine: non enim totum eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio. Itaque ex copia semenis modice nascitur. Quaedam anno tantum 3 suo pariunt, quaedam saepius, sicut apium, porrum, gethyum. Haec enim semel sata pluribns annis restibili fertilitate prouenient.

XXXVI. Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea et lata, ut atriplici. Quibusdam angusta et canaliculata, ut cumino. Differunt et colore, nigro candidoque; 4 item k. duritie

2. Sic ex MSS. em. Hard. cucumere Gr. et vulg. 3. tota. M. et Ch. 4. suo, in M. d. Lega, tam-
tum semel. 4. Sic et M. duritie, mollitie. In, etc. Dal. item duritiae. Surculacea in folliculo
Gr. et Al.

b. Restibili fertilitate) Af-
fidua plurium annorum fer-
tilitate. Διαμένει χρόνον
πλειόνα, καὶ τὸν έσιν ἐπέ-
τειν. Theophr. H.

i. Semina plurimis) Haec
deinceps etiam Theophr.
Hist. VII. 2. H.

k. Idem duritiae) apud
Theophr. est, καὶ τοῖς χρώ-
μασιν ὁμοίως, τὰ μὲν μέλα-
να, τὰ καὶ ξυλώδη, τὰ δὲ
λευκωτέρα. ξυλώδες, ligno-
sum, Theophr. refert ad
colorem, Plinius ad duri-
tatem. Apud Theophrast.

rectius legetur pro ξυλώδῃ,
ξυλθρώδῃ, qualis color est
seminis nasturtii, et rapha-
ni. Exemplar manuscri-
ptum habet, item duritia
surculacea, in folliculo sunt,
etc. Pro siliqua folliculum
Plinius usurpat, εὐθράβ
Theophrastus vocat. Dal.

Idem duritie surculacea)
Hoc est, lignosa, ut alibi
monimus. Theophr. Hist.
VII. 3. Τὰ μὲν μέλανα,
τὰ δὲ λευκωτέρα. καὶ τὰ
μὲν ξυλώδη. Sic enim scri-
psisse eum oportet: et si in
libris

furculacea. In 1. folliculo sunt, raphano, sinapi, rapo. Nudum m. semen apii, coriandri, anethi, feminuli, cumini. Cortice n. obducta bliti, betae, atriplicis, ocimi. At o. laetucis in lanugine. Nihil i. ocimo p. fecundius: cum q. maledictis ac probris.

i. cumino. Ch.

libris vulgatis trajectione laborat hic locus. H.

l. In folliculo) Quadruplex semenum genus distinguit: 1. quod in folliculis: 2. quod nudum: 3. quod obductum cortice: 4. quod lanugine continetur. Theophr. l. c. ἐλλοβοσπέρματα, η γυμνοσπέρματα, η ἐμ-Φλοιοσπέρματα, η παπποσπέρματα. Ραφαῖς μὲν γάρ, καὶ νάπι, καὶ γογγολίς, ἐλλοβοσπέρματα etc. H.

m. Nudum semen apii) Γυμνοσπέρμα Theophrast. cap. 18. L. I. historiar. Dal.

Nudum) Theophr. l. c. Γυμνοσπέρματα, quae nec folliculo, nec vasculo continentur. H.

n. Cortice obducta bliti, betae) Scribe obductum, non obducta, ex verusto exemplari. Pint.

Cortice) Theophr. l. c. H.

o. At laetucis) Θεοθανίνη δε, παπποσπέρματον. Th. H.

p. Nihil ocimo fecundius: cum maledictis ac probris se-

rendum praecipiunt) Legendum proculdubio, non ocimo, sed cumino. Theophr. L. VII c. 3. *Omnia semenis germinisque large fecunda; sed secundissimum omnium cuminum est. Peculiare etiam quod de hoc dicunt: impetrari namque et maledicere ferendo oportere affirmant, quo latius copiosiusque proueniat.* Repetit idem L. IX. Pint.

Nibil ocimo) Vide N. et Em. N. XV. (hic coll.) Nibil) Ita libri omnes, etiam manu exarati: reponere frustra curante Pintiano: Nibil cumino fecundius. Facit enim pro recepta lectione Theophr. Hist. VII. 3. πολυκαρπότατον δε τὸ ὄντιμον. H.

q. Cum maledictis ac probris, etc.) De ruta idem scribit Palladius cap. 9. Martii. Dal.

Cum maledictis) Et hoc de cumino Theophr. Hist. VII. 4. de ruta Pallad. L. IV. in Mart. t. 9. H.

bris serendum¹ praecipiunt; r. vt laetius proueniat, sato pauitur terra. Et s. cuminum qui serunt, precantur ne exeat. Quae t. in cortice sunt, difficillime inarescunt, maximeque ocimum² et gith: siccantur v. omnia, ac sunt secunda. Utique meliora x. nascuntur aceruatim sato semine, quam sparso.

1. praecipiunt, laetius proueniet. Sato. M. 2. et
gith. Siccata omnia sunt. Dal. ex Theoph.

r. Vt laetius) Colum. XI.
3. Fere etiam bis diebus ocima seruntur, quorum quum semen obrutum est diligenter, inculcatur paucula vel cylindro: nam si terram suspensam relinquas, plerumque corrumpitur. Idem et in Horto repetit. H.

s. Et cuminum qui serunt, precantur ne exeat) Sicuti statim ante ocimo legebatur, vbi cuminio scribendum erat, hic contraria ratione ocimum scribendum fuit, vbi cuminum positum est. Scendum autem verba quae statim praecedunt, post ea quae posui, locanda esse, non ante, hoc modo: et ocimum qui serunt, precantur ne exeat: sato pauitur terra. Columella I. XI. cap 3. Fere etiam bis diebus ocima seruntur, quorum quum semen obrutum est diligenter, inculcatur paucula vel cylindro. Nam si terram suspensam relinquas, plerumque corrumpitur. Et in carmine

de Hortorum cultura: Tum quoque proscisso riguoque inspersa nouali Ocima compri- mite et grauibus dense cylindris, Exurat sata, ne re- soluti pulueris aestus. Pint.

Et cuminum) Theoph. IX.

9. H.

Et cuminum qui serunt) Contra qui rapum, rapha- num, napum religiosi agri- colae serunt, antiqua con- suetudine precantur, vt si- bi nascantur, et vicinis. Dal.

t. Quae in cortice) Δυσεγ- γαντότερα δὲ τὰ ἔμφλοιο- σπέρματα, καὶ τέττων μά- λισα ὄπιμον. Theophr. Hist. VII. 3. H.

v. Siccantur . . fecunda) Hoc est, atque ita fiunt fe- cunda. Theophr. Πάντα δὲ ξηρανθέντα πολυπαρπό- τερα γίγνονται· διὸ καὶ προσφαιρεύντες αὐτὰ ξηρα- νεται. H.

x. Utique meliora) Theo- phr. Εἰς τὸ ἀθρέον τιθέ- μενα . . ἐτῶ γὰρ τὸ τῷ πρᾶ-

sparso. Ita certe porrum et allium ferunt *y.* in laciniis colligatum. Apium *z.* etiam paxillo cauerna facta, ac fimo ingesto. Nascuntur *a.* autem omnia aut semine, aut auulsione. *b.* Quaedam *c.* semine, et surculo: ut ruta, origanum, ocimum: praecidunt enim et hoc, quum peruenit *z* ad palmum altitudinis.

C 3

1. etiam Dal. 2. ad palmi altitudinem. V.

πρέσσεις, καὶ τὸ τὰ σελίνος πιθέασιν, αποδήσαντες εἰς ὀθόνιον. H.

y. In laciniis) In linteolo. De apio. Colum. XI. 3. Quod si quis velit apium latifolii facere, quantum seminis possunt tres digiti comprehendere, raro linteolo illigeret, et ita in areolas dispostum relegeat. H.

z Apium etiam paxillo, etc.) Ad incrementum locus confert. Ideo quum apium transfertur, adigi paxillum tam alte praecipiunt, quam apium fieri magnum placet. Quin etiam et apii semen exceptum panniculo stercore terraque pleno, in cauernam paxillo iam ante reclusam demitti. Theophr. cap. 3. L. VII. Histor. Dal.

Apium etiam) Quum apium transfertur, adigi paxillum tam alte praecipiunt, quam apium fieri magnum placet. Quin etiam et apii semen panniculo exceptum, stercore terraque

pleno, in cauernam paxillo iam antea reclusam dimitti. Sic Theophr. Hist VII. 3. Plinius supra, XVII. 27. *Pali laxato prius meatu: Et Colum IV. 16. prius paxillo perforato solo. H.*

a. Nascuntur autem) Th. sic ista deinceps Hist. VII. 2. H.

b. Auulsione) Auulsionem fieri nunc intellige, quum vel ramus e matre auulsus cum parte radicis aliqua, in terram depangitur, quod in brassica fieri Theophrastus admonet l. c. Φύεται δὲ πάντα τὰ σπέρματος. ἔνια δὲ καὶ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ κλωνὸς, καὶ ἐίζης. ἀπὸ μὲν παρασπάδος, ἡ ἐφανος· αἱ γὰρ τι καὶ ἐξώδες προσλαβεῖν. H.

c. Quaedam semine etc.) Theophr. l. c. Λπὸ δὲ τῶν βλαστῶν, πήγανον, ὄργιαν, ὕπιμον. Αποφυτευεστε γὰρ καὶ τετό, ὅταν σπιθαμιάδον ἡ μεῖζον γένηται, τεμόντες εἰς τὸ ἥμισυ. Ra-

dinis. Quaedam *d.* et radice et semine, ut caepa, allium, bulbi, et *e.* si quorum radicem anniferorum relinquunt. Eorum *f.* vero quae a radice nascuntur, radix diurna et fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scillae. ¹ Fruticant *g.* ² alia et non *h.* capite, ut apium

1. Fructificant. Ch. 2. et alia non capitata. Dal.

mo seruntur, ruta, origanum, ocimum: transferunt enim et hoc, quum peruenit ad palum, aut plus altitudinis, mediumque praecidunt. Apud nos recusat ita prouenire ocimum: nouo quotannis semine nascitur: plantaque annua est: in Graecia, de qua Theophrastus haec scripsit, diurnior. Colum. XI. 3. Mensē autem Februario, vel planta, vel semine ruta, etc. H.

d. Quaedam et radice) Theophr. l. c. H.

e. Et si quorum radicem, etc.) Annifera vocat, τὰ ἐπετειόναυλα, quorum annuus caulis est: apposite quidem, sed significatu minus proprio, quum annifera etiam intelligere possimus, quae fructum aut florem quotannis ferunt. Nascuntur etiam radice, inquit Theophrastus, quorum radices viuunt diutius, quamvis annuus caulis sit. Talis est beta et oxalis. Legend. et si quae radicem annifera. Dal.

Et si quorum) Hoc est, et quorum radices longiori temporis spatio durant, quamquam anno tantum caule constant. Sic enim Theophr. l. c. Φύεται δὲ καὶ ἐν τινῶν αἱ γίζοι διαμένουσιν ἐπὶ πλειοναρχοντικῶν ὄντων. H.

f. Eorum vero) Theophr. l. c. Fruticola porro radix vocatur, quae sub terra crevit ita, ut ad nouam solum decerpī quotannis ex ea portio aliqua possit, ut alii nuclei sive spicae. H.

g. Fruticant alia et non capite) Melior lectio: Fruticant alia et non capitata. Theophrastus L. VII. et c.

2. Quaedam etiam non capitata verum diurniora germinare posse cernuntur, ut apium, beta. Pint. Fruticant alia et non capite) Coma secta, nouam pariunt. Dal.

Fruticant alia) Theophr. Παραβλατάνει δὲ ἔντα καὶ τῶν μὴ νεφαλορέστων, χρονιωτέρων δὲ, οἷον τελινόν, καὶ τεύτλιον. H.

b. Et non capite) Non radice

apium et beta. Caule reciso fere quidem omnia regerminant, exceptis i. quae non scabrum caulem habent: i. et k. in usum vero ocimum, raphanus, lactuca. Hanc l. etiam suatiorem putant a regeneratione. Raphanus m. utique iucundior detraetis foliis n. antequam 2 decaulescat. Hoc et o. in Cc 4

i. sed ob usum evidentissima ocimum. Theopb. 2. πρὸ τῆς διακαύλισαι caulis grandescat.

dice fruticant, quam capitata non habent: sed coma, quae secta regerminat. H.

i. Exceptis quae non scabrum caulem habent) Legendum reor: crebrum non scabrum, ex Theophrasto L. VII. cap. 2. Theodorus se-caulia vertit, quae Theophrastus ἀπόκαυλα appellat. Pintian. Exceptis quae non scabrum) Apud Theophrastum πλὴν τῶν ἀποκαυλῶν. Legendum puto, μεροκαυλῶν. Exceptis iis, quae unico caule surgunt, ut cum inum. Dal.

Exceptis) Πλὴν τῶν ἀποκαυλῶν. Scilla tamen, apium, lapathumque, quae sunt laeti caule, deciso caule saepe regerminant. H.

k. Et in usum.) Manifestum vero haec maxime regerminare caule reciso, quae in usum quotidianum veniunt: cuiusmodi sunt ocimum, raphanus, lactuca. In brassica Theophrastus, non in raphano exemplum

posuit: Εμφανέστα δὲ ὥσπερ καὶ εἰς χρεῖαν, ὄντα μον, θείαξ, ἐφαύος. H.

l. Hanc etiam) Theophr. l. c. Καὶ τῆς μὲν θείανος ἡδιάς Φασὶ τὰς παλιβλάσεις εἶναι καυλές. Et lactucae quidem regerminatos caules suauiores esse affirmant. H.

m. Raphanus utique) Ut Plinium critici reprehendant, de raphano accepisse ea fingunt, quae de brassica Theophrastus prodidit, l. c. atque omnia foede miscuisse Verum tam sunt affinia quae Theophrastus, et quae Plinius refert, quam ouum est ouo simile. Quae de raphano rapisque nunc adstruuntur, sunt verissima, et ex alio fonte, quam ex Theophrasto, hausta. H.

n. Antequam decaulescat) Siue caulescat. Nam idem est. Sic ἐπικαύλεων apud Graecos, et erumpere in caule sonat: et simul est contrariae significationis: quoniam ἐπικαύλειν etiam di-

rapis. Nam et eadem ¹ direptis foliis cooperta terra crescunt, durantque in ² aestate.

XXXVII. Singula p. genera sunt ocimo, lapho, blito, nasturtio, erucae, atriplici, coriandro, anetho. Haec enim ubique eadem sunt, neque aliud alio melius vsquam. Rutam ^{q.} furtiuam tantum prouenire fertilius putant, sicut r. apes furtiuas pessime. Nascuntur ³ etiam non sata, mentastrum, nepeta, intubum, pulegium. Contra, plura genera sunt eorum quae diximus, dicemusque: et in primis ⁴ apio. (VIII.) Id enim quod sponte in humidis nascitur helioselinum ^{s.} vocatur, uno folio,

^{2.} derepis. M. et Ch. ^{2.}

aestatemp. V.

^{3.} autem

etiam.

^{4.} de apio. M.

dicuntur ea, quorum caules
marcescunt. H.

^{o.} Hoc et in rapis) Non
quidem de rapis id scribit
Theophrastus, sed, quod
sequitur, ea pariter, ac ra-
dicalis direptis, foliis, etc.
Dal.

^{p.} Singula genera) Theo-
phr. Hist. VII. 4. H.

^{q.} Rutam furtiuam) Pal-
ladius cap. 9. Mart. Dal.

Rutam) Pallad. in Mart.
^{r.} 9. p. 90. Hoc mense ru-
ta seritur . . . sed ut asse-
runt, melius furtiuam proue-
niet. Sub fici arboris um-
bra libentius acquiescit. H.

^{r.} Sicut apes) Plin. XI.
^{15.} de apibus: Et furem
odore. H.

^{s.} Helioselinum) vocatur)
Hoc est, apium palustre,

seu paludarium. Alii he-
lioselinum legunt, sed per-
peram, ut patet ex Dioscoride L. III. et Theophrasto
VII, et omnibus. Pint.

Helioselinum) Ελειοσέλι-
νον, hoc est, apium palustre,
et apium idem officinarum:
Gallis, Ache. A Dodonaeo
pingitur, p. 683. A paludi-
bus nomen habet: Theo-
phr. Hist. VII. 6. Τὸ μὲν
γαρ ἐλειοσέλινον, τὸ παρα-
τες δόχητες καὶ εὐ τῆς ελει-
Φυσίμενον, μανοφυλλόν τε
καὶ δεσμὸν γίνεται. Pal-
ludarium enim, quod apud
aquaeductus, et in paludibus
prouenit, folio raro, nec hir-
suto constat. Vbi μονόφυλ-
λον legisse perperam Pli-
niū aiunt. Rectius multo
Palla-

lio, nec *t.* hirsutum. Rursus *v.* in siccis hippocelinum, pluribus foliis, simile helioselino. Tertium est *x.* oreoselinum, cicutaefoliis, radice tenui, semine, ¹ anethi, minutiore tantum. ² Et *y.* satiui autem differentiae in folio denso, crispō, aut rario-
re et ³ leuiore *z.*: Item caule tenuiore aut crassio-

C 5

re.

- i. cymini.* *Diosc.* *2. est autem satiui differentia.* *M.*
3. latiore. *Theophr.*

Palladius in Aprili tit. 3. Theophrastum accurate interpretatus: *heleoselinon molli folio, et caule tenero, quod nascitur in lacunis, et hippocelinon durius austriusque dixit.* H.

t. Vno folio, nec hirsutum) Theophr. cap. 7. L. VII. *μανόΦυλλον,* raris foliis, pro quo legit Plinius *μονόΦυλλον;* vno folio.
Dal.

v. Rursus in siccis hippocelinum pluribus foliis simile heleoselino). Verbum *pluribus* adiectitum puto. Theophrastus libro antedicto: *Hippocelinum foliis vicinum heleoselino est.* Pint.

Hippocelinum) Theophr. l. c. Τὸ δὲ πιποσέλινον, Φύλλον μὲν ἐμφερὲς τῷ ἑλεοσελίνῳ διστάνδη καὶ μεγαλόναυλον. Officinae petroselinum Macedonicum vocant. Galli, *l' Alexandre.* Depingitur a Dodonaeo, p. 686. et a Lobelio in Obsf. p. 406. H

*x. Oreoselinum) Ορεοσέλινον, a locis montuosis, in quibus nascitur, nomen adeptum, Apium montanum: quod delineatur a Dodonaeo, p. 684. a Clusio p. 195. L. VI. rarior. plant. Rliniana haec oreoselini descriptio etiam apud Theophrast. est l. c. Anguillara, P. VII. p. 123. existimat esse vulgare *Cerfoglio.* H.*

*y. Et satiui autem) Apii videlicet hortensis, quod vulgo *Perfil* dicimus, seu petroselinum. I conem apud Dodonaeum vide p. 682. Aliud crispum, latifolium aliud in horto Regio vidimus. H.*

z. Et leuiore) Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) Aut rariore) Sic pertinaciter libri omnes habent. Verum, an laeuiore rectius? nam laeve, nec hirsutum, heleoselini folium paulo ante commendat. An latiore siuerius? Nam Theophr. Hist.

re. Et *a.* caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius.

XXXVIII. Lactucae *b.* Graeci tria fecere genera: unum lati caulis, adeo *c.* ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium *d.* his paulo maius herbaceo, et angustissimum, ut alibi consumpto *e.* incremento. Alterum rotundi caulis: tertium *e.* sessile, quod Laconicon vocant. Alii

co-

i. urceola. M. *ostiola* Gr. *ii. nutritio.* V. *iii. s*
iv. omnia *v. s*
vi. c. Adeo ut ostiola) Theophr. l. c. Τῶν δὲ πλατύνων
 ἔτω τινες πλατύναυλοι γίνονται. ὡς ἐνίσ. Φωτὶ γῇ
 θύραις χρῆσθαι οὐπορινᾶς. Inter latas lactucas quaedam
 adeo laticaules sunt, ut praevaluis hortorum his nonnulli
 stantur. H.

a. Et caulis aliorum) Theophr. Hist. VII. 4. de generibus apii. Τέτων δὲ πάλιν τὰ μὲν λευκόναυλα, τὰ δὲ πορφυρόναυλα, η ποιητόναυλα. H.

b. Lactucae Graeci) Theophr. l. c. candidae lactucae, quae dulcior tenuiorque est, tria haec genera esse admonet. Γένη δὲ λευκῆς εἰν αἷλα τρία: τὸ τε πλατύναυλον, καὶ σερογυλόναυλον, καὶ τρίτον λακωνικόν. Des Lattues. H.

d. Folium his) His, inquit, candidis lati caulis lactucis folium oblongius est, quam herbaceis, ceu viridioribus: idemque angustum, consumpto alibi, nempe in caulem, nutritio. Et hic multi falso Plinium coarguunt, quos refellere nec otium fert, nec ingenium. H.

e. Tertium sessile) Sessilis lactuca dicitur, quae in altum non assurgit, nec in caulem crescit: sed in latitudinem potius, et in planu se spargit. Graeci χαροκόπιδον vocant. Sunt qui sessilem vocent, quam alii capi-

colore f., et tempore satus, genera discreuere. Esse enim nigras, quarum semen mense Ianuario seratur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili. 1. Et omnium earum plantas post binos menses 2 deferri. Diligentiores plura genera faciunt: purpureas g., crispas, Cappadocas h., Graecas. 3 Longioris has folii, caulisque lati: praeterea longi et angusti, intubi similis. Pessimum autem genus cum exprobatione amaritudinis appellauere i. picrida. Est etiamnum alia distinctio atrae,

quae

- i. At M. 2. differri Gr. 3. Long. has latique
caulis, praeereta folli longi. Vet. recte. Longiusa
bis folia, caulesque lati, etc. similes. M.

capitatam appellant, Laitue pommée: sed errore illi ducti haud sane leui. Sessiles laetucas Martialis quoque commendat, inter beatи copias ruris, L. III. ep. 47. H.

f. Alii colore) Apud Columellam haec multo vberius tractata, XI. 3. atque etiam in Hortulo X. numeris elegantibus, p. 351. Altera crebra viret, fuscо nitet altera crine, etc. H.

g. Purpureas, crispas, Cappadocas) Scribendum Cappadocias, non Cappadocas, tum ex codice antiquo, tum ex Columella L. XI. c. 3. At Cappadocia, quae pallido et pexo densoque folio, viret mensē Februario, etc. Corrigenda non multo post eadem menda. Fint.

b. Cappadocas) Viles Cappadocae, Martial. V. 79. Colum. in Hort. p. 351. Tertia. quae spisso, sed puro vertice pallor, Haec sua Cappadocae seruat cognomina gentis. Et L. XI. 3. p. 396. Cappadocia, qua pallido, et pexo, densoque folio viret, etc. H.

i. Picrida) Est et picris cichorii genus infra cap. 17. L. XXI. et c. 22. L. XXII. nec non Theophrast. cap. II. L. VII. historiar. Dat.

Picrida) Est enim πικρίδη Graecis amarescere. Exod. 12. Φάγοντας τὰ κρέατα νυνὶ ταῦτη ὅπτα πυρὶ, καὶ ἀζυμα ἐπὶ πικρίδων ἑδοντας. Vulgata: Edent carnes bac nocte assas igni, et azymos panes, cum lactu-

cis

quae *k.* meconis vocatur, a copia lactis soporiferi, quamquam omnes somnum *l.* parere creduntur. Apud *m.* antiquos Italiae hoc solum genus carum fuit, et ideo *n.* lactucae nomen adeptae. Purpuream

i. credantur M.

cis agrestibus. Vide quae diximus VIII. 41. H.

k. Quae meconis vocatur) Vide posthac cap. 7. L. XX. *Dal.*

Quae meconis) Dicemus de ea L. XX. 26. H.

l. Somnum parere) Diosc. II. 165. 166. satutam, silvestremque lactucam $\delta\pi\tau\omega\tau\iota\eta\gamma$ esse pariter admonet. Galen. de alim. fac. II. 40. p. 359. T. V. lactucam vespera commanducatam fuisse sibi aduersus vigilias remedio singulari prodit. H.

m. Apud antiquos Italiae hoc solum genus carum fuit, et ideo Lactucis nomen adiectum. Sic leg. Sequentia sic lege et ideo aestate gratia. Sequentia sic leg. *Diuis certe bac lactuca conseruatus in aegritudine fertur prudentia Musae medici, cum prioris Camelii religio nimia ei abnegaret.* Omnia plana iam sunt. Oportet Camelium fuisse nomen prioris medici, quo Diuis Augustus vsus est ante Musam. Is Camelius lactucarum esum aegrotanti Augusto negabat. Musae vero opera ex vale-

tudine ancipiti conualuit ope lactucae. *Cameli pro Camelii.* Sequentia sic leg: *In tantum recepta commendatione, ut seruari etiam in alienos menses eas ex Oxy-meli tum reperium sit.* post seruatum ex morbo Augustum lactucae vsu, tanta earum commendatio esse cepit, vt tum repertum sit eas oxymeli condire ac recondere in alienos menses. *Salmas.* 1270. b. et 1271. b. 1272. a.

n. Et ideo lactucae nomen adeptae) In vetusto exemplari, et ideo nomen lactucis adiectae. Scribendum forte, et inde cognomen a lacte eis inditum. Pintian. *Lactucae nomen adeptae, etc.)* Quid quod in ipso Plinio supra c. 4. huius libri, legere est *Lactucinos in Valeria familia non puduisse appellari, nempe a lactucarum cultu; vt a coepis, COEPIONES.* Bouch. 604. Vicissim inter lactucarum species idem Plinius *Caecilianeae meminit: Purpuream inquit, maxima radicis Caecilianam vocant; nempe a Caecilio Metello.* Bouchat. ibid.

Et

ream ¹ maxima radicis, ² Caecilianam ^{o.} vocant.
Rotundam vero ac minima radice, latis foliis, ³ asty-
tida p.: quidamque eunuchion, quoniam haec ma-

xime

^{1.} maxime radicibus. Ch. ^{2.} Caeciliam. ^{3.} asty-
lida Gr. et Al.

Et ideo lactucae) Quod
abundantia lactis exuberent,
inquit Pallad. in Ian. II. t.

14. p. 44. H.

^{o.} Caecilianam) Caecili
de nomine dicta Metelli, ut
canit in Hortulo Colum.
p. 351. eius nimium qui
primo Punico bello Romae
consulatum gessit, A. V.
DIII. H.

, p. Astylida: quidamque)
Αξυλάζειν, eiulare, apud
Athenaeum L. II. legitur
astylida: quasi urbanam et ci-
uilem dicas Dal. Ast. Quidam-
que eunuchion) Eunuchion scri-
bit et Astylida: quorum poste-
rius palam corruptum. Nam
ἀξυτίς cur dicatur neminem
doctorum latet: at ἀξυλίς, He-
sychio aliud est. Bouchari 603.

Astyida) Vide N. et Em.
N. XVII. (hic coll.) Asty-
ida quidamque) Astytida legi
oportere, non vti prius
Astylida, ejusque planissime
hic Eustatii locus, unde
et quae vis subsit ei voci,
intelligas. Sic igitur ille in
H. X. p. 1283. Δεδήλωται
ἀλλαχεῖ, (nempe p. 849)

ὅτι ἐκ τῇ σύει γίνεται καὶ
ὁ ἀσυτος: Οἶν παρὰ Εε-
νάρχω Πελοπεδῶν ἀσυτος
οἶνος: ἥγεν ἄπαρπος· ἄγο-
νος . . . Φασὶ δὲ οὕτα τὴν
παρὰ τῷ Αθηναϊοις ισορίαν,
καὶ θείδαιη τῆι εὐγενέσεως
πλατύφυλον, καὶ τετανήν,
καὶ ἄκαυλον, ἀσύτιδα οὐ-
κεῖσθαι. ὑπὸ γυναικῶν: εὐ-
νέχον δέγε ύπὸ τῷ Πυθα-
γορεῖων: ἐπειδή· Φησιν,
ἀσθενεῖς εἰσὶ πρὸς τὰ οὐ-
τὰ τὴν ΑΦροδίτην οἱ συν-
εχώς χρώμενοι. Θείδαιξ,
etc. Athenaei locus quem
spectat e L. II. est p. 69.
Eadem habet Florentinus
in Geop. XII. 13. p. 333.
Plura apud Eustathium vi-
de, tum l. c. tum p. 849.
862. quae aut Graece trans-
scribere aut Latine vertere,
pudor veta. Porro ἀξυλίς
apud Hesychium longe est
aliud, nempe planta unde
viscum legitur. Eboli vero
Poetae Comici, apud Athen.
H. p. 69. tragōdiā scimus
Ἀξυτούς appellatam,
in qua de lactucae viribus
disputatur. H.

xime refragetur Veneri. q. Est r. quidem natura omnibus refrigeratrix, et ideo aestate gratae stomacho fastidium auferunt, cibique appetitiam faciunt. Diuus s. certe Augustus lactuca conseruatus in t. aegritudine fertur¹ prudentia Musae v. medici,

t. prouidentia. M. Sueton.

q. *Veneri*) Genitiae profluuum cohibere, auctor est Galenus, loco mox citando. Vide et Marcellum, c. 33. p. 228. H.

r. *Natura omnibus refrigeratrix*) Ea de causa veteribus postrema mensa sumebatur, ut ebrietatem et capitis grauitatem arceret frigiditate. Martialis: *Claudere quae coenas lactuca solebat aurum, Dic mihi, Cur nostras inchoat illa dapes?* Rhodig. cap. 20. et 26. L. XXVII. Apud Athenaeum Aristoxenus cum vesperi lactucas oenomelite perfudisset, virides placentas a terra summissas se habere, mane iactabat. In lactuca occultatum Adonin a Venere Callimachus, Phaona Cratinus scribit. Pythagoraei lactucam vocant, εὐνέχον, Eubulus mortuorum cibum, mulieres αξύλιδα, quia τὸν σύλον, id est, penem, arrigere prohibeat Rhod. cap. vlt. XXVII. Au-

ctor Moreti: *Grataque nobilium requies lactuca ciborum.* Dal.

Est quidem natura) Diose. II. 165. Galenus de fae. simpl. med. VI. p. 178. alii-que. H.

s. *Diuus certe Augustus, etc.*) Sueton. in Augusto c. 81. Vide Salmas. p. 1272. Dal.

t. *In aegritudine*) Idcirco lactuca Columellae dicitur ea esse, *Tristia quae releuer longi fastidia morbi.* In Hortulo, p. 351. Incidit in morbum eum Augustus, A. V. C. DCCXXXI. ipso undecimum, Calpurnio Pisone CoSS. ut quidem Dio ponit, L. LIII. p. 517. et Suet. in Aug. c. 81. H.

v. *Musae medici*) Fuit is Antonius Musa, cui idcirco statuam aere collato, iuxta signum Aesculapii plebs statuit, ut auctor est Tranquillus in Augusto, c. 59. Exstat huius libellus, de herba Vettonica, cum notis Hu- mel-

dici, quum x. prioris ¹ Camelii religio nimia eam negaret: in tantum recepta commendatione, ut ² etiam antiqui ³ ratione patrum seruari oportet. Camilli religionum omne die manducarent. M. Turn. illi camelii Religio nimia omni caret. Cb. cum priores cauerent, religione nunc omni caret, Gr. et Al.

melbergii. De eo rursum dicemus L. XXIX. 5. H.

x. *Quum prioris Camelii*
Prioris medici, quo usus
ante Musam Augustus, fuisse id nomen videtur. Vide N. et Em. N. XVIII.
(hic adi.) *Quum* Visa nobis
potior ea lectio est, quam
quae recepta haec tenus, ex-
cogitata (ab Hermolao) est,
quum priores cauerent, religione nunc omni caret. In
codice R. I. cum priores
cameli religio minime omne
caret. Apuleius, L. de re-
mediis salutaribus, qui non
dum editus in lucem, ex-
stat in Bibliotheca Regia;
totus ex Plinii verbis con-
cinnatus, hunc locum ita
expressit; *Diuus certe hac*
lactuca conseruatus in aegri-
tudine fertur, prudentia Mu-
sae medici, quum prioris Ca-
meli religio nimia ei abne-
garet, vel ipso teste Salma-
tio, qui pariter vidit in So-
lin. p. 1270. In Chiff. cod.
Cameli religio nimio omni ca-
ret. Camelii nomen ei me-
dico videtur fuisse: et in
Gruteri sane inscriptionibus

Camelium haud semel legimus. Cur in diuersam pla-
ne conjecturam Hermolaus
abiret, causa haec fuit,
quod ab esu lactucae absti-
nuisse veteres existimaret,
religione ductos, quoniam
sub ea sepultum Adonis
ferunt, ab a pro. imperfectum:
quam ob rem et mortuorum
edulium *νερύων*. *βρῶμα* ab
Eubulo in Astytes, lactuca
nominatur, apud Athen. II.
p. 69. Vnde et Pellicerius
in Nott. MSS. num restitui
locus hic ita posset, ambi-
gebat: *Quum prior aetas eam*
religione Adonis nimia deui-
taret. Sed haec abesse no-
bis visa sunt longissime a ve-
stigiis veterum codicum, qui
instituisse propius videamus.
Quamquam et vox illa prio-
ris haud facit animo satis
delicato satis; visumque ali-
quando satius legi, *Quum*
Artorii Camelii religio, etc.
Artorium enim Augusti me-
dicum in castris Philippensi
praelio fuisse tradunt Euse-
bius in Chron. Lactantius
II. 8. Cael. Aurelian. L. III.
11. 14. Velleius Patercu-
lus

seruari y. etiam in alienos menses eas¹ oxymelite repertum sit. Sanguinem quoque augere creduntur. Est etiamnum, quae vocatur² caprina lactuca, de z. qua dicemus inter medicas. Et ecce quum maxime cepit irrepere satiis admodum probata, quae Cilicia vocatur, folio³ Cappadociae, nisi crispum latiusque a. eslet.

XXXIX. 4. Neque ex eodem genere⁵ possunt dici, neque ex alio intubi⁶, hiemis^c patientiores, virusque praferentes, sed caule non minus grati. Serun-

lus H. Val. Max. VII. 1. Utrum igitur ita legi p̄tēt stabilius fuerit, permittimus legentium arbitrio. Ut in lactuca porro, sic in beta aegris danda, priscorum religio fuit, de qua Plinius ipse huius libri s. 40. *Medici nocentiorem betam, quam olus esse iudicauere. Quam ob rem appositas non memini: degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint. H.* y. *Vt seruari) Muria condiri solitas auctor est Diocorides l. c. De usu lactucae in mensis veterum Marcial epigr. I. Claudere quae coenas lactuca solebat aurum, Dic mihi cur nostras inchoer illa dapes? H.*

z. *Dicemus inter medicas)*
c. 7. L. XX. Dal.

De qua dicemus) E. XX.
24. *Hieronimo monachus nra. Lariusque eslet) Theophr. cap. 7. et 11. L. VII. hist. et c. 7. L. II. caus. D. b. Intubi) Intybus sativa, siue Endiuia vulgaris, a Dodoneo pingitur, p. 623. Cichorium hortense vulgus appellat. De hoc Columelle XI. 3. *Eadem est ratio etiam intybi, nisi quod biemem magis sustinet; ideoque vel frigidis regionibus autumno seri potest. H.**

c. *Hiemis impatientiores)*
Imo scribendum, biemis patientiores. Columella in profa hortorum: *Eadem ratio intubi, nisi quod biemem magis sustinet, ideoque frigidis regionibus primo autumno seri potest. Pint.*

tur verno plantae eorum: ultimo vere transferuntur. Est *d.* et erraticum intubum, quod in Aegypto cichorium vocant, de *e.* quo plura alias. Inuentum omnes *f.* thyrſos, vel folia lactucarum, prorogare vrceis conditos,¹ ac recentes in patinis coquere. Seruntur lactucae *g.* anno laetis et riguis, stercoratisque, binis mensibus inter semen, plantamque, et maturitatem. Legitimum tamen, a bruma semen iacere, plantam Fauonio transferre: aut semen Fauonio, plantam aequinoctio verno. Albae maxime hiemem tolerant. Humore omnia hortensia gaudent, et stercore praecipue lactucae, et magis intubii. Seri *h.* etiam² radices illitas fimo interest,³ et *i.* repleri³ ablaqueata humo. Quidam et aliter am-

i. et Cb. *2. radice illita. M.* *3. ablaqueatas.*
V. Lege, et regeri ablaqueatis humum.

d. Est et erraticum) Erratica dicuntur, quae sua sponte nata, omni humano cultu carent, nullaque olitoris lego coercita, libere vagantur et errant. *H.*

e. De quo plura alias) L. XX. 29, XXI. 52. *H.*

f. Omnes thyrſos) Caules, qui in virgulae modum, seu teli rectitudinem consurgunt, thyrſi nomen sibi vindicant. Hos itaque vrceis conditos in alienos quoque menses prorogabant, viridesque seruabant: extractosque vrceis quasi recentes percoquebant. Vide quae de brassica dicenda sunt, s. 41. ac de fernla semine, s. 56. *H.*

Vol. VI.

g. Seruntur lactucae) Pallad. II. in Ian. t. 14. p. 43. Mense Ianuario lactuca serenda est, vel Decembri, ut planta eius Februario seritur, ut possit Aprili mense transferri. Sed certum est eum toto anno bene seri, si locus sit laetus, stercoratus, irriguus. *H.*

h. Seri etiam) Pallad. l. c. Antequam pangantur, radices eius resecemus aequaliter, et liquido fimo lignamus: vel quae iam pactae sunt, nudatae taetamen accipient. *H.*

i. Et repleri) Fimo vide-licet, siue laetamine, ut Palladius vocat. *H.*

D d

amplitudinem augent: recisis, quum ad semipedem excreuerint, simoque suillo recenti illitis. Candorem *k.* vero putant contingere iis dumtaxat quae sint semenis albi, si arena de litore a primo incremento congeratur in medias, atque increasentia folia contra ipsas religentur.

XL. Beta hortensiorum leuissima est. Eius quoque *l.* a colore duo genera Graeci faciunt, ¹ nigrum, et candidus, quod praferunt, parcissimi semenis: appellantque Siculum, candoris *m.* sane discrimine praferentes et ² lactucam. Nostri betae genera faciunt, vernum *n.* et autumnale, a temporibus ³ satus, quamquam et Iunio seritur. Transferuntur autem ⁴ in planta hae quoque, et oblini fi-

mo

- 1. nigram, et candidam, quam. M. 2. lactucae. Gr.
3. Sic et V. et Ch. sativis Gr. et Al. 4. ba-
rum plantae quoque. Dal.*

k. Candorem vero) Pallad.
l. c. Candidae fieri putantur,
si fluminis arena, vel littoris,
*frequenter spargatur in me-
dias, et collectis ipsae foliis
alligentur. H.*

l. Eius quoque) Theopli.
*Hist. VII. 4. Inter betas, in-
quit, candida sapore praestat
nigrae, et paucioris est semi-
nis: hanc Siculam guidam ap-
pellarunt. Pari modo in ge-
nere lactucarum candida dul-
cior atque tenerior est. Εὐ-
χυλότερον δὲ οὐ τῶν τευ-
τλίων τὸ λευκὸν τοῦ μέλα-
νος, οὐδὲ ὀλιγοσπερμότερον,
δὲ παλοῦσι τινες Σικελιούν
‘Ωσαύτως δὲ οὐ τῆς θερ-*

δανίης ή γὰρ λευκὴ γλυ-
νυτέρα παῖ απάλωτερα Gal-
lis, de la Poirée, ou Bete:
Carnosae foliorum partes
in cibis familiares, des Car-
des de poirée. In officinis ve-
tere retento nomine, Beta
alba Sicla nominatur. H.

*m. Candoris sane discrimi-
ne praferentes et lactucae.)*
Legendum videtur, ut lactu-
cae. quod patet ex paulo
ante dictis, et recentiora et
iam exemplaria sic praefe-
runt. Pint.

*n. Vernum et autumnale a
temporibus sativis) Scribo,
vernū et autumnale a tem-
poribus satuque, ex vetere
codice,*

mo radices suas, locumque similiter madidum amant. Vfus iis et cum lente ac faba, idemque qui oleris: ¹ et praecipius, vt lenitas excitetur acri monia c. sinapis. Medici ² nocentiorē p. quam olus q., esse iudicauere. Quamobrem appositās ³ non memini: degustare etiam religio r. est, vt validis potius in cibo sint. Gemina iis natura, et oleris et s. capite ipso exslientis bulbi: species summa t. in v. latitudine. Ea x. contingit, vt in lactu-

D d 2 cis,

1. sed. Dal. 2. innocentiōrem. M. et Cb. 3. ne-
mini non. M.

codice, et mox paulo pro-
pendunt, expandunt, in eo-
dem leges. Pint.

o. Acrimonia sinapis) Con-
diebant olim vino et pipere.
Vnde Martialis: *Vt sapient
fatuac, fabrorum prandia, be-
tae, O quam saepe petet vinā pi-
perque cocus.* Fabris betas
parari solitas ostendit et hic
Columellae versus: *Vlpica,
quaerque habilis beta est fabri-
libus escis.* Dal.

p. Medici nocentiorē) Ga-
lenus quidem, de alim. fac.
II. 43. T. VI. p. 360. sto-
macho noxiā ait esse, si
largius sumatur. H.

q. Quam olus) Hoc est,
brassicam. Tamen melioris
succī esse bētam, quam bra-
ssicam et magis alere, auctor
est Diphilus Siphnius me-
dicus, apud Athenaeum IX.
p. 371. Διφίλος δ' ο Σίφ-
νιος τό σεύτλιον Φησέν εώ

χυλότερον εἶναι τῆς κράμ-
βης, καὶ θερπτικότερον. Et
sane Pliniani codices MSS.
hoc loco *innocentiōrem* exhib-
ent: sed *nocentiorē* legi
sententia poscere videtur.
H.

r. Religio est) Religiosum
est: velut quadam religione
obseruatum, vt appositam,
quiuis deguster, quamvis ea
satientur validiores tantum.
Dal.

s. Et capite ipso exslientis) *Lego, et capite ipso exsidente,
bulbi.* Nam cum foliis hu-
mi primum sparsis, ex illo-
rum medio caulis prodire
incipit, eius caput, et callo-
sa quadam soliditate bulbo
simile est, et gustu. *Idem.*

Et capite ipse) Radicis
capite in quo est aliqua si-
militudo bulbi. H.

t. Species summa) In Pria-
peiis: *Nec hortus educat la-
ras mens betas.* H.

cis, quum ceperint ¹ colorem trahere, imposito leui pondere. Neque alii hortensiorum latitudo maior. In binos pedes aliquando se pandunt, multum et soli natura ² conferente. ³ Hae quidem in Circeensi agro amplissimae proueniunt. Sunt qui *y.* betas Punica malo florente optime seri existimant: transferri autem, quum quinque foliorum esse ceperint. Mira ². differentia, si vera est, ⁴ candidis solui aluos modice, nigris inhiberi. Et quum brassica corrumpatur in dolio vini sapor, odore betae foliis demersis restitu.

XLI. 1. Olus caulesque, quibus nunc principatus hortorum, apud Graecos in honore fuisse non reperio. Sed *a.* Cato brassicae *b.* miras canit laudes,

1. caulem. V. *2. confert eis. M.* *3. Et. M.*
4. candidis aluo medici. Ch. *Lego candidis aluum*
(aluum) elici.

v. In latitudine) In Pria-peis, Epigrammat. 51. Nec hortus educat lazas meus betas. Dal.

x. Ea contingit) Imposito lapillo latiore, aut testa fictili, quo pondusculo cohibet betam in latum se diffundere, candoremque contrahere Sotion adseuerat, in Geop. XII. 15. H.

y. Sunt qui betas) Colum. XI. 3. Beta florenti Punica malo semine obruitur, et simul atque quinque foliorum est, in brassica differunt aestate, si riguus est hortus: at si siccaneus, autumno, quum iam pluviae incesserint, disponi debebit. H.

z. Mira differentia) Habet quiddam simile Diphilus Siphnius, l. c. quum ait, aluos candida beta magis solui: nigra vehementius vrinas cieri: εύκοιλιώτερον δὲ τὸ λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν ψευτικώτερον. Sed aperate Diocles Carystius apud eumdem Athenaeum III. p. 120. hoc discrimen agnoscit: betam candidam egestionem irritare: nigram, cohibere: τεύτλον τὸ λευκὸν ἐμπίστεις ποιεῖν. τὸ δὲ μέλαν παθετικὸν ἐναγέπιστεως. Ita et Diosc. II. 249. H.

a. Sed Cato) L. de R. R. c. 156. et 157. H.

des, quas in medendi loco reddemus. Genera eius c. facit tria: vnam ¹ extentis foliis, caule magno: alteram, crispo folio, ² quam d. apianam vocat: tertiam minutis caulibus, lenem, ³ tenueram, ⁴ minimeque probat. Brassica toto anno servitur, quoniam et tōto secatur. Utillissime tamen ab aequinoctio autumni; transferturque, quum e. quin-

D d 3

que

1. latis. Ch. 2. quam Appiacam vocant. Ch. 3. teneram, quam minime. V. 4. Sic et Ch. minime Gr. et Al. 5. Transfertur. Gr..

b. Brassicae miras canit laudes) Cap. 157. 158. Grāuidis apud Athenienses brāssicam dari solitam, quod parturientibus commodissima sit, scribit Alex. ab Alex. c. 25. Lib. II.

c. Genera eius facit tria) De raphano id supra, huius libri cap. 5. Genera raphani Graeci fecere tria, etc. Infra vero capite nono, Lib. XX. In tria genera diuisere eam (brassicam) Graeci antiquissimi. Dal.

Genera eius facit) C. 156. p. 83. Nunc vti cognoscas naturā eorum: prima est lāevis, quae nominatur λεῖα, grandibus et latis foliis, caule magno: validam haec habet naturam, et vim magnam habet. Altera est crispa, apiacon vocatur: haec est natura et adspēctu bona: ad curationem validior est, quam quae supra scripta est. Item

est tertia, quae lenis vocatur, (vet. Cod. Meursii, et ed. Aldi, quae πράμβη) minutis caulibus, tenera, (vet. Cod. et Aldus, tenuioribus foliis) et acer- rima omnium est istarum, tenui succo vehementissima. H.

d. Apianam vocat) A similitudine apii, σελινοειδῆ Cato: Eudemus apud Athenaeum Lib. IX. vocat σελινοειδήν. Dal.

Apianam) Ita R. cod. At Colb. Th. et Chiff. Apiacam. Σελινοειδῆς a Catone vocatur, c. 157. ob similitudinem apii. Foliorum densitate et crispidudine haec brassicae cum apio similitudo constat. Est Dodonaei brassica selinoides, p. 661. Choux frisez. H.

e. Transfertur quum quinque) Colum. XI. 3. p. 395. Brassica quum VI foliorum erit, transferri debet, etc. H.

que foliorum est. Cymas f. a prima ¹ sectione praefstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulinum delicatior teneriorque caulinulus, Apicci g. luxuria, et ² per eum Druso Caesari ³ fastiditus, non sine castigatione Tiberii patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt aestiu autunnalesque caulinuli, mox hiberni, iterumque cymae, nullo aequo genere multifero, donec sua fertilitate consumatur.

1. satione. V. 2. perinde. V. 3. blanditus, V.

f. Cymas) Cymas vocat feminino genere, quas Graeci neutro κύματα quasi κυνήματα, vt inquit Galenus L. II. aliment. et Columella hoc versu: *Frigoribus caules,*
et veri cymata mittit. Cymas primae sectionis inter remedia nephritica Galen. L. X. κατὰ τὸπες ex Anthioro vocat πρωτοτόμες καυλάς. vt et Martialis: *Et faba fabrorum prototomique rudes.* Et: *Prototomis, pudet heu, seruio caulinulis.* Marcel. cap. 20. Haplosiles caules vocat, nimirum ἀπαλάς. Vide cap. 9. L. XX. Dal.

Cymas) Cymae quidem sunt seporum delicatores, vt Plinius ait, tenerioresque caulinuli. Namque ubi vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pululatū, praecclusis adhuc florū calicibus, quosdam quasi turiones olus, submi-

nistrat, in quibus floris primum, mox semen fetus concluditur. Graeci κύμα quasi partum dicunt, teste Galeno de alim. fac. II. 58. p. 365. et contracte κύμα, ducta felici translatio ne a ventrem ferentibus feminis ad brassicam, quae ineunte vere turgens succo, et plurimum cymosa sobole grauida, caulinulos enititur. Cyma porro licet muliebri sexu frequentius soleat usurpari, nonnumquam genere neutrō Graecorum imitatione legitur, vt apud Colum. carmine, -quod hortorum cultui nuncupauit, L. X. p. 350. *Frigoribus caules,*
et veri cymata mittit. Tamen idem et cymam vocat, L. XI. 3. p. 395. et L. XII. 7. p. 416. H.

g. Apicci) De eo diximus L. VIII. 77. Est et alter Apicius, cuius libri exstant, de obsoniis et condimentis, siue

sumatur. Tertia h. circa solstitium: ex qua si humidior locus est, aestate: si siccior, autumno plantatur. Humor sumusque si defuere, maior saporis gratia est: si abundauerit, laetior fertilitas. Fimum asinimum maxime conuenit.

2. Est haec quoque res inter opera ganeae: quapropter non pigebit verbosius persequi. Praecipius fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in repastinato seras: dein si terram fuentes caulinulos¹ feces, a terraque² attollentes se proceritate luxuriosa exaggerando i. aliam accumules, ita ne plus quam cacumen emineat. Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili-impendio, taedioque.

3. Cetera genera complura sunt. Cumanum sessili k. folio, capite patulum. Aricinum l. altitudi-

D d 4 ne

1. sequaris. V. 2. Sic ex MSS. em. Hard. proceritate luxuriosa attollentes se, Gr. et Al.

sue de arte coquinaria: cymas et coliculos condiendi modum is edocet L. III. 9. De his Martialis quoque L. V. ep. 79. inter coenae ferula: Ponetur digitis tenendus vinctis Nigra caulinulus virens patella, Algenter modo qui reliquit hortum. H. b. Tertia circa) Nempe tertia cyma. H.

i. Exaggerando, aliam) Terram aggerando, ac circumfundendo. H.

k. Cumanum) Brassicarum haec genera, aliaque commemorat Columella, L. X. qui de cultu hortorum agit, p. 350. Quae parunt veter-

res cesposo litore Cumae, Quae dulcis Pompeia palus vicina salinis Herculeis, viroque Siler qui defluit amni: Quae duri praebent cymosa stirpe Sabelli, Et Turritacus, et pomosi Tiberis arua, Brutia quae tellus, et mater Aricia porri. Et nostra aetas non pauciora quoque obseruat, forma vel colore dispari. In horto Regio amplius vicena notata a nobis. Cumanam brassicam, sue rubram, a Dodonaeo delineatam p. 610. Galli vocant Chou rouge. H.

l. Aricinum) Ab Aricino agro, de quo III. 9. H. Erudi-

ne non excelsius, folio numerosius, quam tenuius. Hoc vtilissimum¹ existimatur, quia² sub omnibus paene foliis fruticat *m.* cauliculis peculiaribus. Pompeianum *n.* procerius, caule ab radice tenui,³ intra folia crassescit. Rariora haec angustioraque: sed teneritas in dote,⁴ si frigora non tolerat: quibus etiam aluntur Brutiani *o.*, praegrandes foliis, caule tenues, sapore acuti. Sabellico *p.* vsque in admirationem crispa sunt folia, quorum crassitudo caulem ipsum extenuat: sed dulcissimi perhibentur ex omnibus. Nuper subiere Lacuturres ex conuale Aricina, vbi quondam fuit lacus, turrisque quae remanet: capite praegrandes, folio innumeri: alii in orbem porrecti, alii in latitudinem torosi. Nec plus ullis capitulis post Tritianum, cui pedale aliquando conspicitur,

1. inutilissimum. V.

2. super. V.

3. inter. V.

4. sed. Dal.

m. Fruticat) Cauliculos edules profert. Id genus esse volunt, quod in Geoponicis Constantinus vocat ἀσπαράγηδη πραμβῆν. *Dal.*

n. Pompeianum) A Pompeiis, Campaniae oppido, de quo L. III. 9. vti ex Columella mox vidimus. Videtur haec Dodonaeo p. 613. brassica cauliflora, *Choux fleurs*. Sed peregrina haec Italiae est: semenque optimum cauliflorae Alepo Syriae oppido asportatur, diligenterque colitur, aut a propria laude degenerat. *H.*

o. Brutiani) Frigoribus, inquit, Brutii agri caules aluntur. *H.*

p. Sabellico) Huic generi a Sabellis nomen, qua de gente egimus, L. III. 17. Crispa Dodonaei brassica p. 611. Lobelio in Obseruu. p. 124. fimbriata: *Chou crepue*. *H.*

q. Lacuturres) Vulgo, capitata sive sessilis brassica. *Chous cabus*. *Dal.*

Lacuturres) Et hoc genus Columellae superius memoratum vidimus. Ruellius II. p. 360. hos esse putat quos vulgaris sermo noster *Choux*

tur, et cyma nullis senior. Cuicunque autem generi pruinae *r.* plurimum suavitatis conferunt: et nisi obliquo *s.* vulnere defendatur medulla, plurimum nocent. Semini destinati non secantur. Est etiam sua gratia¹ numquam *t.* plantae habitum excellentibus: *v.* halmyridia vocant, quoniam nisi in maritimis non proueniant, nauigatione quoque longinqua viridibus adseruatis. Statim *x.* defecti ita ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos, obturatosque conduntur, omni spiritu excluso. Sunt qui *y.* plantam in transferendo alga subdita pediculo, nitroue trito, quod tribus digitis capiatur,

D d 5

cele-

I. nonnumquam. *Vet.*

Choux cabus, quasi capitulatos appellat, quoniam in capitibus formam extuberant. H.

r. Pruinae) La gelée, gelée blanche. H.

s. Obliquo vulnere) Quum secantur. H.

t. Numquam plantae, etc.) Intelligendum est enim de plantis brassicae. hic facit diminutiua vox $\alpha\lambda\mu\nu\gamma\delta\sigma\nu$. *Gelenius.*

v. Halmyridia vocant) Eorum meminit Eudemus apud Athenaeum, gignique tradit Eretriae, Cumis, Rhodi, Cnidi, Ephefi. *Dal.*

Halmyridia) Meminit Eudemus Atheniensis, in L. de oleribus, laudatus ab Athen. IX. p. 369. brassicae illius quam $\alpha\lambda\mu\nu\gamma\delta\sigma\nu$ vocant. *Brassica marina ea*

est, quam Lobelius delineat deseribitque in Aduu. p. 92. Locis Angliae maritimis nascitur: vidimus et in Horto Regio. Italis, *Soldanella* teste *Anguillara* Parte 7. p. 113. H.

x. Statim defecti ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos obturatosque conduntur) Désideratur particula *si*, et defecta non defecti, in scripto codice legitur: et *opitularos*, non *obturatos*. Legi igitur sic: *si statim defecta ita ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos operculatosque conduntur.* Pint.

y. Sunt qui plantam) Colum. XI. 3. p. 395. *Brassica*, quum sex foliorum erit, transferri debet, ita ut radix eius liqui-

celeriores ad maturitatem fieri putent. Sunt qui
z. semen trifolii nitrumque simul tritum aspergant
foliis. Nitrum in coquendo a. etiam viriditatem cu-
stodit: ¹ aut Apicana coctura, oleo ac sale, prius
quam coquantur, maceratis. Est inter herbas ge-
nus b. inserendi, praecisis germinibus caulis,
et in medullam semine ex aliis ² addito. Hoc et
in cucumere filuestri. Nec non olus quoque silue-
stre est ³ trium foliorum, Diui Iulii carminibus pree-
cipue

1. *ut in Apic. Dal.* 2. *abdicto. M.* 3. *triumphis,*
vel triumphalibus, quod magis prob. Dal.

liquido fimo prius illita, et
inuoluta tribus algae taenio-
lis pangatur: haec enim res
efficit, ut in coctura celerius
madescar, et viridem colorem
sine nitro conseruet. Refert
id quoque Palladius ex Co-
lum. III. in Febr. t. 24. H.

z. Semen trifolii) Decep-
tus est Plinius, siue potius
eius libertus scriba, voce
τριφύλλων, quod patet ex
hoc loco Constantini cap.
17. L. XII. εἰδέναι χεὶ ὅτι
τὴν κράμβην ἐν ἀλμυρῷ τό-
πῳ σπείρειν προστίνει. διὸ
χεὶ τριφύλλων ταῦτη γενο-
μένη νίτερον λεῖον ἢ ἀλμυρί-
δα γῆν διὰ ποσινές πατα-
σεισθεῖσαν πάσσειν, ὡς δο-
κεῖν αὐτὴν πεπαχώσθαται.
τέτω γὰρ τῷ τροπῷ οὐχὶ³
ὑψανωτέρα γίνεται. Pro
τριφύλλων κράμβῃ Plinius
trifolii semen immiscuit.
Idem error Pallad. cap. 24.

Febr. Marcial. Ne tibi pal-
lentes moueant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat
aqua. Dal.

Sunt qui semen) Ad cele-
riorem scilicet maturitatem
promouendam. H.

a. Nitrum incoquendo) Apicius III. 1. Omne olus
smaragdinum fiet, si cum ni-
tro coquatur. Palladius l.c.
Celerius coquitur virore ser-
uato, si dum est trium vel
quatuor foliorum, nitrum
tritum cribello desuper spar-
gas, ut speciem pruinae can-
dantis imitetur. Sic totidem
fere verbis auctor Geop.
XII. 17. Et Martial. XIII.
ep. 17. cui lemma: Coliculi.
Ne tibi pallentes moueant fa-
stidia caules, Nitrata viridis
brassica fiat aqua. H.

b. Genus *inserendi*) Id
Graeci vocant ἐπισπείρειν
ut in arboribus ἐμφυτεύειν,
et

cipue iocisque militaribus celebratum: alternis
quippe verbis exprobauere 1 lapsana c. seuixisse
apud d. Dyrrachium, praemiorum parsimoniam
cauillantes: est autem 2 id cyma e. siluestris.

XLII.

1. *lampsana*. *Diosc.* *Suet.* in *Iulio*. 2. *id brassica*. *Dal.*

et ἐνοφθαλμίζειν, insemina-
re Gellio. Vide Lexic. Con-
stantin. *Dal.*

c. *Lapsana*) *Diosc.* II. 142.
Λαμψάνη dicitur olus silue-
stre, cuius folia caulesque
in cibo coquuntur: λάχα-
νόν ἐστιν ἄγρειον — ἐπὶ τὰ
Φύλλα, καὶ ὁ παυλὸς ἐσθίε-
ται ἐφθά. *Dion.* *Exig.*
in vita S. Pacomii, c. 8.
Lapsanas enim, *id est*, agre-
stria olera, et herbas alias praec-
ter oleum consueuerant dare.
Porro praeter id olus, quod
trium foliorum suisse *Plinius*
ait, et cymam silue-
strem, aliud in cibis Caesa-
riani milites adhibuere: ra-
dicem nimirum edulem, pa-
ni conficiendo idoneam,
cuiusmodi lapsanae radix
non est, tenuis et lignosa.
Hanc radicem Caesar ipse
de B. C. III. *charam* vocat.
Est etiam genus radicis, in-
quit, inuenit ab iis qui fue-
rant cum *Valerio*, quod appella-
tur *chara*, quod admixtum
lacte multum inopiam leua-
bat: *id ad similitudinem pa-*
nis efficiebant: eius erat ma-
gna copia. Ex hoc effectos

panes, quum in colloquiis Póme-
peiani famem nostram obiecta-
rent, etc. *Sueton.* in *Iul.* c. 68.
Dyrrachina munitione Pom-
peius, viso genere panis ex
berba, quo sustinebantur,
cum feris sibi rem esse dixit.
Diceret fortean ex radice
commodius: quamquam et
eo verbo vtitur Appianus
Bell. Ciuit. II. p. 465. id
ipsum narrans, τὴν πόων
ἀρτοποίην. Ea nobis vi-
detur esse pastinaca Galli-
ca, quam *Diosc.* in *Noth.*
p. 454. ab aliis ισραελ, a
Romanis ιαρόταμον vocitari
tradit: quo nomine etiam-
num vulgo nota. Insigni-
ter errant, qui hoc trium
foliorum olus, de quo nunc
agitur, aut cum armoracia
confundunt, de qua s. 26.
quae fronde copiosa est, aut
cum eo genere pastinacae,
quod pariter πολύφυλλον.
H.

d. *Apud Dyrrachium*) *Sue-
ton.* in *Iulio* cap. 68. *Dal.*

e. *Cyma silvestris*) *Brassi-
ca.* *Lapsanam* cap. 9. L.

XLII. *Omnium f. hortensiorum lautissima* cu-
ra asparagis. *g.* De origine eorum in silvestribus cu-
ris abunde *h.* dictum, et quomodo eos iuberet Ca-
ro in *i.* arundinetis seri. Est et aliud genus incul-
tius asparago, mitius *k.* corruda, passim etiam mon-
tibus nascens, refertis superioris Germaniae cam-
pis, ² non inficeto Tiberii Caesaris dicto, herbam
ibi quamdam nasci simillimam asparago. Nam quod
in *l.* Nesiide Campaniae insula sponte nascitur, lon-
ge optimum existimatur. *Hortensium m.* seritur
spongiis n.: est enim plurimae radicis, altissimeque
germi-

i. arboribus dictum. Dal. *2. inficeto. V. inficeto.*
Quidam et Ch. inficeto Gr.

XX. silvestris brassicae ge-
nus esse scribit. At supra
cap. 5. Charan, sine cheran,
Caesari lapsanam dici adno-
taui. *Dal.*

f. Omnium hortensiorum lautissima) Legendum *hortensium* non *hortensiorum*,
vt praemonuimus. In scri-
pto tamen codice, *Omnium in hortis rerum* legitur et
paulo post *hortense* non *hortensium* scribere. *Pint*

g. Asparagis) Graeci
ἀσπάραγον et ἀσφάραγον
dicunt. Nostri, *Asperge.*
Apud Dodonaeum iconem
vide p. 691. asparagi hor-
tentis. *H.*

h. Abunde dictum) L. XVI.
cap. 36. *Dal.*

Abunde dictum) L. XVI.
67. *H.*

i. Cato) Cap. 48. *Dal.*

k. Corruda) Asparago hoc
spinoso vt sponsae corona-
rentur, apud Boeotios in
more fuisse, sicut apud ce-
teros Graecos sisymbrio,
tradit Alex. ab Alex. c. 5.
L. II. *Dal.*

l. In Nesiide) Meminit hu-
ius insulae Seneca, ep. 53.
p. 268. Cicero quoque Ep.
ad Attic. L. XVI. ep. 1. sta-
tim initio. Hodie *Nisita*,
haud procul Puteolis. Vid.
Cluuer. Ital. ant. p. 1167.
H.

m. Hortensium) Genus in-
telligo, quod alii *hortense*
vocant. *H.*

n. Spongiis) Radicibus.
Pallad. IV. in Martio, t. 9.
p. 89. *Hoc mense asparagos*
seremus, circa Aprilis Cal.
Sed expeditior ratio est, si
asparagorum spongias ponas,
quae

germinat. Viret o. thyrso primum emicante: qui caulem educens, tempore¹ ipso fastigatus in p. toros striatur. Potest et semine seri. Nihil diligenter comprehendit Cato q., nouissimumque libri est, ut appareat repentinam ac nouitiam viro curam fuisse. Locum subigi iubet humidum et crassum: semipedali r. vndique interuallo seri, ne calcetur. Praeterea s. ad lineam grana bina aut terna paxillo² demitti: videlicet semine tum tantum serebantur: id fieri secundum aequinoctium vernum. Stercore satiari, crebro purgari, caueri ne cum herbis

1. ipso in V. C. d. fastigatus Gr. et Al. 2. Sic et
Pint. ex Catone c. 140. dimitti Gr.

quae cito fructum ministrent. Haec sic fiunt: Semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possis, post Idus Febr. pingui et stercorato solo in singulis fossis ponis, et leuiter obruis. His coeuntibus, radix connexa nasceruntur: quae appellatur Spongia: etc. Implicatas radices, quae quasi unitatem faciunt; sic illigatas, atque connexas, olidores spongias vocant, inquit Colum. XI. p. 3. H.

o. Viret thyrso primum, etc.) Κορύνη Theophr. vocat c. 3. L. VI. hist. nempe thyrsum in acutum fastigium desinentem. Dalec. Viret thyrso primum emicante, etc. striatur) Striatur lego, non stringitur: nam inter toros interueniunt striae: sicut in aruo inter

porcas sulci. Eadem ratione striatae columnae apud Vitruvium leguntur. Sic et melopeones striato cortice conspicuntur Gel.

p. In toros) Toros appellat, ut quidem videtur, spicam asparagi maxime cibis expetitam: haec caro, haec pulpa asparagi est. H.

q. Cato) L. de R. R. c. 161. p. 90. ea exstant, quae Plinius hoc loco refert, ad ea usque verba, Nec quidquam postea tentarum, etc. H.

r. Semipedali) Cato: Quum areas deformabis, hoc est, delineabis, interuallum factio inter eas semipedem latum in omnes partes, deinde serito. H.

s. Praeterea) Cato l. c. Ad lineam palo grana bina aut

bis euellatur asparagus. Primo anno stramento ab hieme protegi: vere aperiri, sarriri, runcari: tertio t. incendi verno. Quo maturius incensus est, hoc melius prouenit. Itaque arundinetis maxime conuenit, quae v. festinant incendi. Sarriri iubet idem, non antequam asparagus natus fuerit, ne in farriendo radices vexentur. Ex eo velli asparagum ab radice: nam si defringatur, stirpescere, et intermori. Velli, donec in semen eat. Id x. autem maturescere ad ver, incendique: ac rursus, quum apparuerit asparagus, sarriri ac stercorari. Ac post annos nouem, quum iam vetus sit, digeri sub aucto solo stercoratoque. Tum y. spongiis seri, singulorum pedum interuallo. Quin et z. ouillo² fimo nominatim vti, quoniam aliud herbas creet. Nec quidquam postea tentatum utilius apparuit, nisi a. quod circa Idus Februarii³ defosso semine

acer-

z. defrangitur. M. defrangatur. Ch. 2. Sic ex MSS.
em. Hard. herbasceret Gr. et Al. 3. defossum se-
men aceruatim, par. scr. ser. plurimo, etc.

aut terna demittito. Sic Pallad. l. c. et Didymus in Geopon. XII. 18. p. 340. H.

t. Tertio) Cato: Post annum tertium quam seueris, incendito vere primo. H.

v. Quae festinant incendi) Plinius XVII. 47. Nec non ignis aliquid prodest, vt arundini: ambusta namque densior mitiorque surgit. H.

x. Id autem — ad ver) At Cato maturum id fieri ad autumnum dixit, vt quidem videtur, rectius, ita

rerum natura exigente. H. y. Tum spongiis) Hoc est, radicibus, vt ante monuimus. Cato: Deinde fossulas facio, qua radices asparagi demittas: interuallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi. H.

z. Ouillo fimo nominatim vii quoniam aliud herbasceret) Scribo, quoniam aliud herbas creet. ex ipso Catone capite 140. Pint.

a. Nisi quod circa Idus) Colum. et Pallad. II. cc. H.

aceruatim paruulis scrobibus ferunt, plurimum maceratum simo. Dein nexit inter se radicibus spongiastas post aequinoctium autumni disponunt pedalibus interuallis, fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius his solum quam Rauennatum *b.* hortorum. Indicauimus *c.* et corrudam. *H*unc enim intelligo filuestrem asparagum, quem Graeci *d.* hormenum, aut myacanthon *e.* vocant, aliisue nominibus. Inuenio nasci et arietis cornibus *f.* tufis atque defossis.

XLIII.

x. Hanc intelligimus. V. sequentis; orni. Gr. et Al.

b. Rauennatum) Vel filuestribus tamen asparagis cedere hos innuit Martialis in Xeniis, XIII. ep. 21. cui titulus: *Asparagi: Mollis in aequorea quae crevit spina Rauenna, non erit in cultis gravior asparagis.* Satius, inquit, asparagus, non erit filuestri gravior. *In totum spina est asparagus,* inquit Plinius XXI. 54. H.

c. Indicauimus) Tum L. XVI. 67. tum etiam libri huius f. 19. Corruda porro filuestris asparagus est foliis acutis, qualis a Clusio de pingitur rarius. plant. V. 60. p. 177. Hanc toto Castellae Granatenisque regno nasci prodit: nos hic in horto regio vidimus. Sed et satium asparagum a rusticis corrudam appellari Columella est auctor XI. 3. H.

d. Graeci hormenum) Apud Hesych. "Ογυνος legitur. Ογυνος, inquit, ονομα ινγιον, κη πόλις Θεττανίας — — οι δε τὸν ἀγριον ασπάραγον. Iulius Pollux VI. 9. non filuestrem, sed satium ογυνον vocari scribit: nimurum ut corrudae apud Latinos, sic apud Graecos ογυνη communis vtrique generi appellatio fuit. H.

e. Myacanthon) Quasi muris spinam Diosc. II. 152. Ασπάραγος πετρειος, η μυανανθαν καλεστι. Galenus de fac. simpl. med. VI. p. 160. ασπάραγος πετρειος η μυανανθινος. H.

f. Arietis cornibus, etc.) Fabulosum vanumque id fibi videri scribit Diocorides. Dal.

Inne-

XLIII. Poterant videri dicta omnia quae in pretio sunt, nisi restaret res maximi quaestus, non sine pudore dicenda. Certum *g.* est quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque praecepue, seftertium *h.* sena millia ¹ e paruis, reddere areis: quoniam portenta quoque terrarum in ganeam veritus, etiam ea quae refugiunt quadrupedes conscientiae. Carduos *i.* ergo duobus modis ferunt: autumno planta, et semine ante Nonas Martias: plantaeque ex eo disponuntur ante Idus Nouembris, aut

i. Sic ex MSS. em. Hard. ex aruis. *V.* a paruis reddere eis. *Cb.* seftertia sena millia ut parcus; reddere; quoniam Gr. et Al.

Inuenio) Nempe apud autores haud sane satis idoneos, quorum fidem hac in parte Discorides eleuat, l. c. quamvis suffragari iis videatur Didymus in Geop. XII. 18. p. 340. H.

g. *Cerum est quippe, etc.*) Legend. *Cerum est quippe carduos apud Carthaginem magnam Cordubamque praecepue, seftertium sena millia e paruis reddere areis.* Singulas areas, easque paruas carduorum apud Carthaginem magnam et Cordubam reddere quotannis seftertium sena millia dicis, hoc est, centenos quinquagenos praeter propter nostri nomismatis aureos qui ingens quaestus erat. areae hortorum sunt πεασιαι. Salmas. p. 228.

h. Sestertium sena millia) Quae monetae nostrae Gallicae efficiunt libras sexcentas. H.

i. Carduos ergo) Eos intelligit, quorum e genere scolymus est, vti ex oratione Plinii liquet, XX. 99. vbi de carduorum medicinis agit, quorum nunc tempora satus explanat, in primisque scolymi, *l'Artichaut*, quam Latini cinaram quoque appellarent. Nam quae de carduorum satu nunc afferuntur a Plinio, eadem ferme restulit Colum. de cinara XI. *3. Cinarae sobolem*, inquit, melius per autumni aequinoctium disponemus: semen commodius circa calendas Martii seremus, eiusque plantam circa Calendas Nouembris deprimeamus et multo cinere stercorabimus:

aut in locis frigidis circa Fauonium. Stercorantur *k.* etiam, si diis placet, laetusque proueniunt: condiunturque aceto melle diluto, addita laseris radice; et cumini, ne quis dies sine carduo sit.

XLIV. Cetera in transcurſu dici possunt. Ocimum *l.* Parilibus optime feri ferunt: quidam *m.* et autumno; iubentque, quum hieme seratur, aceto semen perfundi. Eruca *n.* quoque et nasturtium, vel aestate vel hieme facillime nascuntur. Eruca praecipue *o.* frigorum contemptrix, diuersae est, quam

bimus: id enim genus stercoris huic oleri videatur aptissimum. Est let cinara spinosa, quae Matthiolo in L. III. Diosc. p. 667. carduus aculeatus dicitur, *Cardon d'Espagne.* H.

k. Stercorantur) Pallad. IV. in Martio, t. 9. p. 87. Terram stercoratam et solutam diligit carduus, quamvis in pingui possit melius prouenire. H.

l. Ocimum) Basilicum Lobilio dictum, in Aduu. p. 215. et Gallis quoque Basili. A Matthiolo in L. II. Diosc. p. 533. pingitur accurate, et ocimum medium nuncupatur. In horto Regio vidimus. Parilia Romae celebrata **II.** Calend. Maias, diximus sup. libro f. 66. Colum. XI. 3. seri ocimum circa Idus iubet. H.

m. Quidam et. autumno) Colum. XI. 3. Etiam Aprili

quum seritur, ut cito nascatur, aqua calida perfundi Palladius iubet, in Aprili t. 3. H

n Eruca quoque) Ita Palladius II. in Jan. t. 14. p. 44. Nostris, Roquette. A Matthiolo pingitur in L. II. Diosc. p. 530. H.

o. Eruca) In Priapeis: Nam quamvis videar satis paratus, Erucarum opus est decem maniplis, Fossas inguinis ut teram. Quin et eruca sacra Priapo est, atque ideo prope eum seritur. Columella in horto: v. paulli post. et In Priapeis: Et ipse longe nocte dormiat solus, Libidinosis incitatus erucis. Auctor Moreti: Intybaque et Venerem reuocans eruca morantem. Ouid. in Amor. Ex horto quae venit herba salax. Idem: Nec minus erucas aptum est vitare salaces. Martialis: Concitat ad Venerem

quam lactuca, naturae, concitatrix p. Veneris: idcirco iungitur q. illi fere in cibis, ut nimio frigori par feruor immixtus temperamentum aequet. Nasturtium r. nomen accepit a narium s. tormento. Et inde vigoris¹ significatio proverbio t.² id vocabulum usurpauit, veluti v. torporem excitantis. In Arabia mirae amplitudinis dicitur gigni.

XLV.

i. significatione proverbiū. V. 2. eius esum.
Cornarius.

rem tardos eruca maritos. Vide supra cap. 43. Lib. X. sub finem. Dal.

p. Concitatrix) Sic Diose. II. 170. Galen. de alim. fac. II. 53. p. 364. Columella in Hortulo: *Et quae frugifero seritur vicina Priapo, Excitet ut veneri tardos eruca maritos.* Marcellus Emp. c. 83. p. 228. *Ad abundantiam seminis praeparandam erucam decoctam bibat, quoties quisque inopia seminis se laborare perspexerit: vel potius assidue incoctam manducet.* Idecirco salaces erucas Ouidius vocat. H.

q. Iungitur illi) Lactuca scilicet. Hoc ipsum fieri Galenus praecipit l. c. H.

r. Nasturtium) Nasturtium nonne vides; inquit apud Nonium Varro, ab eo dici quod nasum torqueat? Et auctor Moreti: *Quaeque trahunt acri vultus nasturtia morsu.* Porro nasturtii ico-

nem apud Lobelium vide, in Obseru. p. 107. nostris Cresson Arenois: Narbonensis, Nasifort. H.

s. Narium tormento) Καρδαμόν, καρδάμον, quia caput acri calore suo tentat. Vnde in pigros, ignauos, et desides Graecis est proverbiū, καρδάμον ἔσθιε. Nasturtium comedere. Dal.

t. Proverbio) Adagium id est, ἔσθιε καρδάμον, dictum olim in socordem, ignauum, hebetem. Vofsum vide in Etymol. verbo Nasturtium. Auctor Geop. XII. 27. Φασὶ δὲ τὰς ἔσθιοντας καρδάμον, δέυτέραν τὴν διάνοιαν γίνεσθαι. Aliunt vescentes nasturtio mentis acumine subtiliores evadere. H.

v. Veluti torporem excitantis) Varro in Pappo: Nasturtium nonne vides ab eo dici quod nasum torqueat. vestispicam, quod vestem spicat:

XLV. Ruta *x.* quoque seritur Fauonio, ¹ et ab aequinoctio autumno: odit *y.* hiemem, et humorrem; ac simum. Apricis *z.* gaudet et siccis, ² terra quam *a.* maxime lateraria. Cinere *b.* vult nutritri: hic et semini miscetur, vt careat erucis. Auctoritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio mustum rutatum populo datum a Cornelio Cethego, in *c.* Consulatu collega Quintii Flaminini, comitiis peractis. Amicitia *d.* est ei et cum fico,

E e 2

in

z. Sic ex MSS. em. Hard. aequinoctio autumni Gr. et Al.

2. terraque quam. M.

ciat: Nonius. Auctor Moreti: Quaeque trahunt acri vultus nasturtia morsu. Vide quae adnotata sunt c. 13. XX. Dal.

x. Ruta quoque, etc.) Iolaus in rebus Peloponnesiacis πήγανον in Peloponneso ἐυτὴν vocari scribit, vnde fortassis Latinum ruteae nomen. Rhod. cap. 23. L. XXVIII. Scal. in Varron. In Priapeis: Mentbamque olen tem cum salubribus rutis. Dal.

Ruta quoque) Pingitur a Lobelio ruta hortensis in Obseru. p. 506. Gallis, de la Rue. Et hanc autumno seri, differri mense Martio praecipit Colum. L. XI. c. vlt. H.

y. Odit hiemem) Theophr. Hist. VII. 5. Aquas et simum, inquit, omnia olera diligunt, praeter rutam. Φίλωδες δὲ

πάντα τὰ ἄλλα λάχανα, καὶ Φιλόκοπρα, πλὴν πηγῶν. H.

z. Apricis) Pallad. IV. in Martio t. 9. p. 90. Prosequuntur etiam maledictis, et maxime in terra soluti lateris ponunt, quod prodeesse certissimum est. Colum. XI. 3. H.

a. Terra quam maxime lateraria) Lateritios parietes dicimus, ex lateribus constructos Laterarium terram, quae apta sit fingendis lateribus. Galen.

b. Cinere vult) Pallad. I. c. Hoc mense ruta seritur; locis apricis, solius cineris inspersione contenta. H

c. In consulatu) A. V. CCCCXXI. Sed vitio facti Consules abdicarunt, in Fastis quidem est adnotatum. H.

d. Amicitia est ei et cum fico)

in tantum, ut nusquam laetior proueniat, quam sub hac arbore. Seritur et surculo, melius e. in perforatam fabam indito, quae succo nutrit comprehendendo surculum. Seritur f. et a seipsa. Namque incuruato cacumine alicuius rami, quum attigerit terram, statim radicatur. Eadem g. et ocimo natura, nisi quod difficilius crescit. Sed dura-
ta runcatur non h. sine difficultate, ¹ pruritiis hul-
ceri-

i. proritum ulceribus. M. utrumque et Ch. prouenienti-
bus bulc. Gr. et Al.

fico) In fico rutam inferi Theophr. refert cap. 7. L. V. caus. itemque Plut. Sympos. V. p. 9. Dal.

Amicitia) Pallad. I. c. Sub fici arboris umbra libentius acquiescit. Adde et Arist. sect. 20. probi. 18. p. 773. quaerentem: Quam ob causam ruta infinita in sieum pulcherrima, plurimaque proueniat? H.

e. Melius in perforaram) Pallad. I. c. Nonnulli ramulos rutae pertusae fabae inferunt, vel bulbo, atque ita obrunt, alieno vigore seruandos. H.

f. Seritur et a se ipsa) Nempe propagine, vti fere de rubis dictum est, XVII. 21. Sic etiam Pallad. I. c. H.

g. Eadem et ocimo natura, nisi quod difficilius crescit) Haec verba haud dubie ad alium locum pertinent; hic enim falso inserta disturbant interrumpuntque rutae tra-

ctatum. Sed considerandum, cur dicat difficilius ocimum crescere, quod est contra Theophrastum, septimo de historia plantarum cap. I. his verbis: Omnia pari tempore nequam proueniunt, sed alia celerius, alia serius, celerrime ocimum, blitum, eruca. Ni-
fi quis dicat, aliud esse crescere, aliud nasci et erumpere e terra. Numquid legendum hic, non crescit, sed arescit, vt vetus codex, et alia nonnulla habent exemplaria, ex eodem Theophrasto, eodem L. VII. c. 3. sic scribente: difficile-
vit ita loquar, omnia exsic-
cantur, cumino excepto. Nec modo frumenti consistunt:
quod cum primum in plenum creuerit, mox exsiccatur et decidit. Sed quae corice con-
tinentur, difficilius exsiccan-
tur, et inter ea maxime oci-
num, Pint.

Eadem

ceribus i., ni munitis manibus id fiat, oleoue defensis. Conduntur autem et eius folia, seruanturque fasciculis.

XLVI. Ab aequinoctio k. verno feritur apium, semine ¹ paululum in l. pila ² pulsato. Crispus sic ^m putant fieri, aut si satum calcetur cylindro pedibusue. Proprium ei, quod colorem mutat.

E e 3.

Ho-

2. paulum. M. paulum in pilato. Cb. 2. pinsito.
Columel.

Eadem et ocimo) Ut propagine nimirum, aequa atque ruta feratur. H.

b. Non sine difficultate prouenientibus) Scribo, non sine difficultate pruritus, seu pruriginis, tum ex vetere codice, tum ex Columella L. XI. in prosa hortorum: Sed velata manu debebit runcari, quam nisi contexeris, perniciofa nascentur ulcera. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, et prurigo atque tumor incesserit, oleo subinde perungito. Pint.

i. Pruritiis bulceribus) Natis hulceribus ex prorigine. Vide N. et Em. N. XIX. (hic adi). Sed) In libris hactenus editis, prouenientibus bulceribus. In MSS. R. et Colb. proritiis. Unde nos pruritiis effecimus. Adiuuat Colum XI. 9. Sed velata manu debebit runcari, quam nisi contexeris, perniciofa nascentur hulcera. Si

tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, et prurigo atque rumor incesserit, oleo subinde perungito. H.

k. Ab aequinoctio) Pallad. V. in Aprili t. 3. p. 110. et Colum. XI. 3. H.

l. In pila pulsato) Hoc est, in vase concauo, siue mortario, pinsi prius necesse est. De pilae vocis vsu, eo intellectu, alibi egimus. Colum. XI. 3. p. 397. Si crispae frondis apium fieri maluerit, semen eius inditum pilae, et saligneo palo pinsatum exspoliatunque in linteolis ligatum obruet. Potest etiam circa banc operam fieri crispum qualitercumque satum, si quum est natum, incrementum eius circumvoluto cylindro coerceat. Sic etiam Pallad. I. c. et Theophr. Hist. II. 5. et de cauff. V. 6. p. 331. H.

m. Crispus sic putant fieri) Theophr. cap. 5. L. II. hist.

Honos *n.* ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis *o.* Nemeae.

XLVII. Eodem p. tempore seritur menta planta: vel si nondum germinat, spongia. Minus q. haec humido gaudet. Aestate viret, hieme flauescit.

Genus

hist. et cap. 6. L. V. caus.
Dal.

n. Honos ipsi) Iuuenal. Sat. 8. v. 226. Graiaeque apium meruisse coronae. Id cиро Nemaeum apium Nicandro dicitur in Theriac. p. 47. Suid. T. II. p. 213. *Νεμέας σέλινα.* Vide Plutarch. symp. V. Quu. 3. p. 676. quibus adde quae diximus XV. 5. H.

o. Nemeae) Illic viridi viuoque apio coronantur, in Isthmiis vero arido, reiecta pinus Herculis instituto. Callimachus apud Plut. in Sympos. Καὶ μιν ἀλητίδαι πελὸν γεγειότερον Τέδε παρ' αἰγαῖῶν Θεῷ τελέοντες ἄγωνα Θήσεσσιν νίκης σύμβολον ἰσθμιάδες, Ζήλω τῶν Νεμίνθε, πίτυω δ' ἀποτιμήσεσσι Ή πρὶν ἄγωνισκας ἔσεφε τὰς ἐΦύεντς. Had. Iun. cap. 21. IV. Vide quod adnotatum est cap. II. L. XX. Olympicos ludos Hercules in honorem Pelopis instituit. Corona in his fuit ex oleastro, vel olea callistephano. Pythios Delphis Diomedes in honorem Apollinis, qui Pythonem serpen-

tem interemisset. Corona, Laurus. Isthmios in Isthmo, et Megarenium finu, iuxta Corinthum; ad Neptuni delubrum, inter Aegaeum et Ionium mare, Theseus, aemulatione Herculis. Corona principio ex apio, deinde ex pinu, ac tandem viatori praemium centum drachmae, ut Olympionicis quingentae. Nemaeos in honorem Archemori Lycurgi filii, a serpente necati, quum super apium reptaret, celebrarunt. Corona apium Alex. ab Alex. cap. 8. V. *Dal.*

p. Eadem planta) Transferri mentam in planta ait aequinoctio verno: ac si nondum germinauerit, radice seu spongia, ut diximus. Pingitur a Dodonaeo menta prima p. 95. *De la mente, du Baume.* H.

q. Minus haec humido gaudet) Aestimandum, an legendum hic sit, non minus, sed nimis ex Dioscoride prodente, mentam dulcem desiderare vliginem. Et paulo ante, (*Durata runcatur non sine difficultate*) Scribo *delata,*

Genus eius silvestre *r.* mentastrum est. Et hoc propagatur, ut vitis, vel *s.* si inuersi rami ferantur. Menta *t.* nomen suauitas odoris apud Graecos mutauit, quum alioqui mintha vocaretur, vnde veteres nostri nomen declinauerunt. Grato menta mensas odo-re percurrit in rusticis dapibus. Semel sata, diuti-

Ee 4

na

1. declarauerunt Gr.

delata, non *durata*. Columella L. XI. cap. 3. *Rutam* autumno *semine satam*, mense *Martio* deferre oportet in *apricum*, et *cinere aggerare*, *runari*; quam nisi *contexeris*, *nascuntur ulcera*. Pint.

Minus haec) Vide Not. et Em. N. XX. (hic adi.) *Minus*) Ita sane libri omnes. At ego libentius multo agnouerim. Non minus haec *humido gaudet*, ut ad apium, de quo proxime sermo, respiciat: illud enim perinde ac mentam humido laetari. Columella scribit XI. 3. *Apium*, inquit, *praeципue aqua laetatur*, et ideo secundum fontem *commodissime ponitur*. Et paulo post: *Menta dulcem desiderat virginem*: quam ob causam iuxta fontem mense *Martio recte ponitur*. Nisi forte, id quod simile veri arbitramur, de caelo, non de solo humido, intellexit auctor, quoniam proxime sequitur, *aestate viret*. H.

r. Mentastrum; Diosc. III. 42. *ἡδύστρου ἄγριον*, menta

silvestris: officinis, alba menta. Iconem exhibet idem Dodonaeus, p. 96. Graeci *καλαμίνθη* vocant, inquit Apuleius. c. 91. Gallis, *mente sauvage*. In Nothis Diosc. p. 454. τὸ δὲ ἡδύστρου ἄγριον, ὁ Πωμαῖοι μεντάσφουμ καλοῦσι. H.

s. Vel si inuersi rami) Colum. XI. 3. *Mentae si forte semina defecerunt*, licet de noualibus *silvestre mentastrum colligere*, atque ita inuersis *cuminum disponere*; quae res feritatem detrahit, atque edomitam reddit. H.

t. Menta nomen etc.) Κωνύτιδα νύμΦην Oppianus 3. *ἄλιευτην* vocat, quod Mintham Cocyt filiam, Platonis amicam aduentanti Proserpinæ infensam et minitantem, Ceres in *κακὴν βοτάνην* mutauit. Eadem fere leguntur apud Strab. VIII. de monte Minthe. Improbam herbam vocat Oppiani interpres, quod ante coitum apposita mulierum genitalibus, conceptum impedit, vul-

na aetate durat. Congruit *v.* pulegio, cuius natura in carnariis reflorescens saepius dicta est. Haec quoque seruantur simili genere, mentam dico, pulegiumque; et *x.* nepetam. Condimentorum tamen omnium fastidiis cuminum *y.* amicissimum. Nascitur in summa tellure vix haerens, et in sublime tendens. In putridis et calidis maxime locis, medio serendum vere. Alterum eius genus silvestre, quod rusticum vocant, alii Thebaicum: si tritum ex aqua potetur, in *z.* dolore stomachi prodest. In Carpetania a nostri orbis maxime laudatur: aliqui

I. nepitam in condimento sumpta. In omnia (lege, ad omnia) quae fastidio sunt, cuminum amicissimum M. utrumque. Nepitam. Condimentariorum tamen omnium stomachi fastidiis. V. omniumque fastidiis. V. nepetam Gr.

vulnera, si inferatur, curari prohibet, lacti mixta ante coagulum, densari non patitur, quae Florentinus Lib. XII. Geoponicon tradit. Rhodig. cap. 22. X. *Dal.*

Mentae nomen) Diosc. III. 41. Ἡδύστρος, οἱ δέ μινθην. Et Galen. de simpl. med. fac. VI. p. 176. Ἡδύστρον, ἔνοι δὲ μίνθην ευώδη πρεσταγόρευσσιν. H.

v. Congruit pulegio) Nostri Pouliot vocant. Regium vulgatum, Pouliot royal: delineatur a Lobelio, in obs. p. 266. De pulegio porro in carnariis reflorescente diximus XVIII. 60. H.

x. Et nepetam) Quae silvestre pulegium etiam ap-

pellatur, *Pouliot sauvage*. Vide Dodonaeum p. 98. Alia est nepeta vulgaris officinarum, quae menta cataria, *l' herbe au chat*. Alii nepitam scribunt. H.

y. Cuminum) Cuminum Latini iuxta et Galli vocant: Hebrei ipsi קומן cammon: rura nostra, comin. Utrumque genus satium et silvestre, quale nos vidimus a Dodonaeo pingitur, p. 298. H.

z. In dolore stomachi) Aduersus tormenta et inflations, bibi tritum ex aqua: ex vino ad imbecillitatem stomachi, iubet Diofc. III. 69. H.

a. In Carpetania) Diosc. I. c. in

qui Aethiopico b. Africoque palma est. Quidam huic Aegyptium praferunt.

XLVIII. Sed c. praecipue olusatrum mirae naturae est. Hippiselinum d. Graeci vocant, alii smyrnum. E lacryma caulis sui nascitur. Seritur et radice.

E e 5
i. Zmyrnium M.

c. in Carthagine Hispaniae oppido. Toletum in Hispania est Carpetanorum caput. H.

b. Aethiopico) Quod Hippocrates regium vocat, quoniam illud palmare putat inquit Diosc. III. c. 68. secundas defert Aegypto. H.

c. Sed praeципue Olusatrum mirae naturae est. Hipposelinon Graeci vocant, alii Smyrnum, e lacruma caulis sui nascitur) Hipposelnum porro illud quod lacrimam fundit, et ex cuius radice succus collitur sapore murrhae, non est Olusatrum, sed Smyrnium. Vtrumque ab eo confundi magis etiam appetet in sequentibus. Sal. 1268. b.

Sed olusatrum) Siue atrum olus, sic dictum a semine et radice atra. Colum. XI. 3. p. 398. *Atrum olus, quod Graecorum quidam vocant iπποσέλιον, nonnulli σμύρνιον* etc. Adde Apuleium L. de virtutibus herbarum, c. 107. In Graecis vero Hesychius: Σμύρνιον, τὸ iπποσέλιον ὁ παρπός, καὶ αὐ-

τὴ ἡ βοτάνη. Schol. Nicandri in Theriac. p. 39. Τὸ Σμύρνειον ὄμοιόν ἔξι τῷ μεγάλῳ σελίνῳ. ὁ καὶ iπποσέλινον καλεῖται. σμυρνεῖον δὲ, ἐπειδὴ ἐμΦερέες ἔξι τῇ σμύρνῃ κατὰ τὴν ὄσμήν. Et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 230. Σμυρνίον, οἱ δὲ iπποσέλινον ὄνομαζεστιν ἄγριον. Cautio porro agi nunc existimes de hipposelino, de quo instituta est oratio f. 37. quamquam et illud smyrnum nuncupatum sit teste Diosc. III. 78. De smyrnio vere ac proprie dicto nunc sermo est, cui etiam in Cilicia hipposelini tributa est appellatio, ut prodidit ipse Diosc. c. sq. Hipposelinum illud Theophrasti est, idemque smyrnion Dioscoridis, a Matthiolo delineatum, p. 773. quale in horto Regio visum a nobis. De eo rursum L. XXVII. f. 109. H.

d. Hipposelinum Graeci etc.) Theophrast. cap. 6. L. VII. hist. Smyrnium Diosc. maceronium officinarum, a maceriis dictum, idemque

Hip-

radice. Succum e. ¹ eius colligunt, ² myrrhae saporem habere dicunt. Auctorque f. est Theophrastus, ³ myrrha sata natum. Hippocelinum g. veteres praeceperant in locis incultis, lapidosis, iuxta maceriam seri: nunc et repastinato seritur, et a Fauonio post aequinoctium autumni. Quippe h. ⁴ quum cappari quoque seratur siccis maxime, area in defossu cauata, ripisque vndique circumstructis lapide:

- i. eius qui colligunt Gr.* *2. myrrhae. M.* *3. myrrha. M.* *4. Sic ex MSS. em. Hard. capparis Gr. et Al.*

Hippocelinum Theophr. vulgare libysticum. *Dal.*

e. *Succum eius*) Theophr. hist. VII. 6. Γίνεται δέ καὶ τὸ δάκρυον ἐξ αὐτῆς ὄμοιον τῇ μύρρᾳ. οἱ δέ Φάσιν ὅλως μυρραν. *Lacryma ex eo fluit myrrhae assimilis: quidam omnino myrram id esse asseuerant.* E radice potius quam e caule succum manare scimus. *H.*

f. *Auctorque*) Verba haec sunt Graeci scriptoris, Hist. IX. 11. Καὶ τίνες ἀκέστατες ὡς ἐντεῦθεν ἡ σπίρην, ἥγενται βλαζάνειν ἐξ αὐτῆς ἵπποσέλιον. *Φυτεύεται γὰρ καὶ ἀπὸ δακρύσ τὸ ἵπποσέλιον.* *Quum ex hippocelinino myrrham nasci quidam audiuissent, hippocelinum ex myrrha prouenire etiam putarunt, quae lacryma hippocelinii est.* Seritur et hippocelinum sua lacryma. *H.*

g. *Hippocelinum veteres*) Colum. I. c. de hippocelino quod et olusatrum et smyrnium pariter appellat. *Pastinato*, inquit, *loco scmine* debet conseri, maxime iuxta maceriem: quoniam et umbra gaudet, et qualicunque conualescit loco. *H.*

b. *Quippe quum cappari*) Cappari neutro genere dicitur, et capparis feminino. Colum. XI. 3. *Capparis .. si ferenda fuerit, succum locum desiderabit: isque debebit ante circumdari fossula, quae repleatur lapidibus et calce, vel Punico luto, ut sit quasi quaedam lorica, ne possint eas perrumpere praedicti seminis fructices: qui fere per totum agrum vagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sint .. Et noxiū virus habent, succoque suo sterile solūm reddunt.* *Capparis in Gallia,*

lapide: alias euagatur per agros, et cogit solum sterilescere. Floret i. aestate: Viret usque ad Vergiliarum occasum, sabulosis k. familiarissimum. Vicia l. eius, 2 quod trans maria nascitur, diximus inter peregrinos frutices.

XLIX. Peregrinum et Careum m., gentis 3 suae nomine appellatum, culinis principale. In quamcumque terra seri vult, ratione eadem, qua olusatrum. Laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia.

L. Ligusticum n. silvestre est in Liguriae suae montibus: seritur ubique: suauius satium, sed sine viribus. Panacem o. aliqui vocant. Crateuas apud

i. familiarissima. Dal. Vide cap. 23. Lib. XIII.

2. quae Dal.

3. sic V. sui Gr.

Gallia, un Capier, vel ut aliis visum est efferre, un Capier. Cappatis retuso folio apud Lobel. in Obs. p. 359. Monspelii in hortis pulere et copiose fruticat. H.

i. Floret - viret etc.) Haec quoque Theophr. Hist. VI. 5. H.

k. Sabulosis) Theophr. l. c. Χάρος δὲ υφάμμοις καὶ λεπτογείοις χωρίοις. H.

l. Vicia eius) Dicta haec L. XIII. 44. H.

m. Careum) Apicio quoque VII. 2. Careum. Diosc. III. 66. Κάρος. Pingitur a Dodonaeo p. 297. In officina Carvi nominari: apud Germanos Bohemosque, non

in Caria modo, unde origo nominis, frequens nasci prodit. H.

n. Ligustum) Diosc. III. p. 58. Λιγυστόν Φύεται μὲν πλεῖστον ἐν Λιγυρίᾳ, ὅθεν καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκεν. Πάνακες δὲ αὐτὸν καλλέστιν οἱ ἐπιχώριοι, etc. Eadem babet Oribasius L. XI. f. 204. Siler montanum Dodonaei est, a quo accurate delineatur, quale in Horto Regio vidimus, p. 308. Gallis, Sermontaine. Officinis nonnullis, Seseli, sed falso. H.

o. Panacem) Quoniam panaci heracleotico et viribus simile est, et radice atque eau-

apud p. Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat: ceteris fere conyzam, id est, cunilaginem: thymbram vero, quae sit cunila. Haec apud nos habet vocabulum et aliud, satureia q. dicta in condimentario genere. Seritur mense Februario, origano et aemula. Nusquam utrumque additur, quippe similis effectus. Sed cunilae Aegyptium originum tantum praefertur.

LI.

1. Sic ex MSS. em. Hard. *Cunizam idem cunilaginem,*
etc. *V. Lego, conyzam, cunilaginem. Idem vero*
thymbram, quae sit. conyzoides, cunilaginem Gr. et Al.
2. *thymo. Diosc.*

caule, inquit Diosc. l. l.
H. *MUL. 7. 1.*

p. *Crateuas apud, etc.) Leg.* *Crateuas apud Graecos*
cunilam bubulam eo nomine
appellant: Ceteri vero Conyzam, id est, cunilaginem:
Thymbram etc. Salmas. 1275.

a. *Crateuas apud, etc.) Crateuas* putauit falso ligusticum
appellari nomine cunilae bubulae, quum haec sit origanum silvestre. Vidē cap.
15. XXVI. sub finem. *Dal.*

Crateuas,) Graecorum in-
constantiam in assignandis
plantarum nominibus obiter
indicit, non usquequaque
approbat. Et falso quidem
cunilae bubulae nomen esse
Ligustico inditum, diserte
monet, L. XX. 60. H.

q. *Satureia dicta) Thym-*
bra igitur gemina, et utra-

que affinis alteri: altera
Graecorum, Latinorum altera,
quae et satureia, thym-
brae quidem aemula, et cu-
nila appellata: sed discre-
pans tamen a thymbra. Col-
lum. IX. 4. p. 320. *Thym-
brae, vel nostratis cunilae,*
*quam satureiam rustici vo-
cant.* Et in Hortulo: *Et*
*satureia thymi referens, thym-
braeque saporem.* Scribonius
Largus Comp. 124. *Cunila,*
*quam satureiam quidam vo-
cant.* Satureiam seu cunilam
Galli nunc *Sarriette* nomi-
nant. Pingitur a Dodonaeo,
p. 288. *Thymbra,* p. 287.
Utramque Regio in hor-
to vidimus. Thymbra
in Graecia frequens,
maximeque in Chio, teste
Anguillara, P. 12. p. 203.
H.

LI. Peregrinum fuit et *r. lepidum*. Seritur
a Fauonio: dein quum fruticauit, iuxta s. terram
praeciditur; tunc runcatur, stercoraturque: per
biennium hoc. Postea iisdem fruticibus vtuntur,
si non saeuitia hiemis ingrauat, quando impatiens-
tissimum est frigorū. Exit et in cubitalem alti-
tudinem, foliis laurinis, sed mollibus: ¹ ususque
eius non *t.* fine lacte.

LII. Gith pistrinis *v.*, anisum et anethum culi-
nis et medicis nascuntur. Sacopenium *x.* et ipsum
in hortis quidem, sed medicinae tantum.

LIII. Sunt quaedam comitantia aliorum satus,
vt papauer. Namque cum brassica seritur, ² ac
portulaca, et eruca ³ cum lactuca. Papaueris *y.* sa-
tiui

1. usus eius. Pint. 2. et V. 3. et Eum lact. Alii.

r. Lepidum) Gallis, *Pas-*
ferage. Iconem vide apud
Dodonaeum, p. 704. nos
plantam ipsam in horto Re-
gio vidimus. H.

s. Iuxta terram) Colum.
XI. *3. Lepidum velut porrum*
septiuim demetere poteris, ra-
rius tamen, etc. H.

s. Non sine lacte) Colum-
mella in horti poemata. Dio-
scoridi in muria seruatum
cum lacte estur. Lepidio
inieeto oxygala fieri scribit
Columella cap. 8. Lib. XII.
Dal.

v. Gith pistrinis) Gith
Dioscoridi, III. 93. μελάν-
θιον dicitur, cuius semen
inspergi gratissime panibus
condiendis monet: idcirco

pistrinis nascitur. De eo
rursum, XX. 71. Sativum
melanthium depictum vide
apud Dodon. p. 301. Gallis,
de la Nielle: etsi dubitat
Anguillara, parte 12 p.
216. H.

x. Sacopenium) De eo di-
cemus, XX. 75. H.

y. Papaueris satiui tria ge-
nera) Apud Theocritum in-
terpres τηλέφυλλον, vel
πλαταγόνιον interpretatur
papaueris aut anemones fo-
lium, ἀπὸ τὰ πλατάσσειν
ἥγουν ἥχειν, quoniam eo
indici pollicique imposito,
ac colliso, si crepuisset, aut
rubesceret, amari se puta-
bant, ruborem τὰ ἔρδια vo-
cantes, sin minus despici se
arbi-

tiui tria genera. **Candidum** *a.*, cuius semen totum in *a.* secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc *b.* et panis rustici crustae *z.* inspergitur, affuso ouo inhaerens, ubi inferiorem *c.* crustam *z.* apium githque cereali sapore conditum, Alterum *d.* genus est papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus succus excipitur. Tertium *e.* genus rhoam

a. edebatur. M. *2. inspergunt. Dal.* *3. ammi vel anisum Dal.* Apium inspergi nusquam alibi legitur.

arbitrabantur. Verbus Theocriti sunt hac de re: Ἔγνον πρὸν ὄνα μέν τι μεμναμένες εἰ Φιλέεις μὲ, Οὐδὲ τὸ τηλέφυλον ποτὶ μαξάμενον πλατάγησεν. Αλλ' αὐτως ἀπαλῶ ποτὶ πάλει ἐξεισθήσανθη. Quidam legunt δηλέφυλον, ab amoris indicio et augurio Rhod. cap. 4. XIX. Eius lusus meminit Pollux L. IX. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν. Sic quoque vocauit Iosephus in hyoscymni descriptione. *Dal.*

z. Candidum) Pavot blanc. Vide ap. Dodon. p. 442. H.

a. In secunda mensa) Coctum id bellarium vocat Festus. Tertull. contra Valent. *Pandoram Hesiodi, Acciparinam, Nestoris coctum, miscellanearum Ptolemaei.* Petronius in Satyra tiddens affectatum studium eloquentiae in declamatorum exercitationibus, eos mellitos verborum globulos fundere

ait, et omnia dicta factaque quasi papaveret et sesamo sparsa. *Dal.*

In secunda mensa) Coctum, inquit Festus, edulie genus ex melle et papaveret factum. H.

b. Hoc et panis) Annon idcirco dictum est a Virgilio, Cereale papaver? H.

*c. Inferiorem crustam) Pollici, εψιθίας inferior panis crusta, quae qua furnum attingit et ψώθιον: crusta vero superior, magna ex parte vesicis bullata, et postulata ἀττάραχος, siue ἀττάραγος. Legendum vero puto, crustam ammi githque, ut legitur cap. 14. Lib. XX. vel crustam anisum githque, ut cap. 17. eiusdem libri. Apium crustae panis inferiori subdi, nusquam legitur. *Dal.**

d. Alterum genus) Pavot noir, apud eundem Dodonaeanum l. c. H.

e. Tertium genus, etc.) Legend.

¹ rhoam ^{f.} vocant Graeci, id nostri erraticum. Sponte quidem, ² sed g. in aruis cum hordeo maxime nascitur, erucae simile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus deciduo: vnde h. et nomen a Graecis *i.* accepit. De k. reliquis generibus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinae loco. Fuisse autem in l. honore apud Romanos semper, ^{l.} in medicinae loco, ^{m.} in ratione indi-

i. rhoea. Dal. *2. sed maturius cum. M.*

Legend. Tertium genus rhoeada vocant Graeci, id nostri erraticum. et L. XX. cap. 19. leg. Rhoeadem vocauimus et erraticum. Salmas. pag. 829. a. Tertium genus etc.) Satiui tertium genus non quidem est rhoeas, perpetuo silvestre, et erraticum, sed nigrum secundum, albo, quod thyliacitin vocant, et priore nigro, quod pithitin, magis silvestre, magis medicatum, minus capite oblongo, colitamen solitum in hortis cum supra dictis. Plin. haec non satis distinxit. *Dal.*

Tertium genus) Quod libro sequente s. 77. inter silvestria satiuaque medium genus facit. Est illud erraticum Dodonaei p. 444. Lobelii quoque; in Obs. p. 143. Apud Gallos, Coquelicot, vel Pavor sauvage. *H.*

f. Rhoeam vocant) Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 207. Ποιας ἐνομάζεται. Et paulo post, οὐνομάζεται γοιάδα. Rhoeada sane rectius

diceret: sed Latino ritu ac sono efferre maluit, quod et alias ei familiare est. Sic Q. Serenus, c. 38. p. 150. de ischia inscripsit, quum de ischiade tars Graecorum postulet. *H.*

g. Sed in aruis) In segetibus, ἐν ἀγροῖς Φυεταῖ, inquit Diosc. IV. 64. a quo iisdem fere verbis describitur, vti et a Theophr. Hist. IX. 13. *H.*

h. Vnde et) Απὸ τῷ ἔέτιν, quod fluere ac decidere sonat. Diosc. Μήλων ἔοιας: ὠνόμασαι δὲ διὰ τὸ τάχεως τὸ αὐθός αἴτοβάλλεν. *H.*

i. Nomen a Graecis accipit) Placeat id ἔτυμον Plinii. Dioscoridi sic vocatur, quod ex eo fluat lacteus succus. Ceterum omnibus generibus papaveris id commune est. *Dal.*

k. De reliquis) L. XX. 76. H.

l. In honore apud, etc.) Cereale papaver Virgilius appellat, vel quod Cereris effigies

indicio est Tarquinius *m.* Superbus, qui *n.* legatis a filio missis decutiendo papauera in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit.

LIV. Rursus alio comitatu aequinoctio autumni feruntur coriandrum, anethum, atriplex, malua, lapathum, caerefolum, quod *o.* paederota Graeci

figies in templis id manu gestaret, vel quod in segetibus agricolae fererent, ut deae offerretur. Brodæus cap. 29. L. II. *Dal.*

m. Tarquinius) Simile Thrasyboli factum inaudierat, de quo Herod. Terps. V. p. 324. Vide Liuum I. p. 19. Florum I. 7. p. 18. Frontin. Strateg. I. Vater. denique Max. VII. 4. n. 2. Dissidet a ceteris scriptoribus Ouidius, qui in liliis id factum ait, quod in papaueribus alii, Fastor. II. v. 703. sqq. Hortus odoratis suberat cultissimus herbis, Secretus humum rivo lene sonantis aquae. Illic Tarquinius mandata latentia nati Accipit, et virga lilia summa metit. Nuncius ut rediit, decussaque lilia dixit: Filius, Agnoscio iussa parentis ait. Nec mora, principibus caesis ex urbe Gabina: Traduntur ducibus moenia nuda suis. H.

n. Qui legatis a filio, etc.) Tale fuit consilium Thrasybulo datum a Periandro, ni-

mirum, ή τῶν ὑπερεχόντων σαχύων κόλεσις: quod vt exsqueretur, ostracismum instituit, qui, vt ait Aristot. in Politicis, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρόπον τιὰ τῷ κολεσίν τὸς ὑπερεχόντας, καὶ Φυγαδεύειν. Victorius c. 5. IV. *Dal.*

o. Quod paederota) Sic Apuleius, c. 104. Graeci paederota vocant . . Latini caerefolum. Colum. in Hortulo: Iam breue chaerephyllum. Et L. XI. 3. Chaerephyllum, itemque olus atriplicis, circa calendas Octobris obrui oportet non frigidissimo loco . . Papaver et anethum eamdem habet conditionem satiationis, quam chaerephyllum et atriplex. Gallis, Cerfeüil. A Dodonaeo delineatum p. 688. Aliud porro ab isto olere acanthi genus est, de quo dicturi sumus, XXII. 34. quamquam et istud aliqui, vt Plinius admonet, paederota similiter vocant. H.

ci vocant: et *p.* acerrimum sapore, ignei *q.* effectus, ac saluberrimum corpori, sinapi *r.*, nulla cultura, melius *s.* tamen planta tralata. Quin e diverso vix est sato semel eo liberare locum, quoniam semen cadens protinus viret. Usus eius etiam propulmentario in patellis *t.* decocto, citra *t.* intellectum acrimoniae. Coquuntur *v.* et folia, sicut reliquorum olerum. Sunt *x.* autem trium generum: Vnum gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucae. Semen optimum Aegyptium. Athenienses *y.* napy appellauerunt, alii thapsi, alii saurion.

LV.

i. decocto. Citra int. acrimoniae coquuntur eius folia.

p. Et acerrimum sapore) Plaut. in Pseudolo, sceleratam vocat: Teritur sinapis scelerata, cum illis qui terunt: Nam priusquam triuerint, oculi ut exstinent facit. Usu seminis tristes fieri olim crediderunt. Plautus in Trucul. Si ecastor hic homo sinapi victiter, non censem Tam esse tristem posse. Dal.

Et acerrimum sapore) Ad sinapi haec pertinent, de quo statim fit mentio, quamquam ad caerefolum Plinius alter retulit, de remed. IV. 37. Cerifolio, inquit, ignea vis et acerrima est. Falso. H.

q. Ignei effectus) Impositum certe corpori pustulas, instar ignis, excitat: quod in quibusdam morbis experitur: atque haec curatio σιναπισμός dicitur, de qua

Caelius Aurelianus, Celsusque ipse passim. H.

r. Sinapi) Moutarde. Vide iconem apud Lobelium in Obs. p. 100. Sinapi sativum erucae aut rapi folio. H.

s. Melius tamen planta) Pallad. L. XI, in Oct. t. II. p. 150. De quo semen legere disponis, suo loco esse partieris: quod ad escam parabis, robustius facies transferringo. H.

t. Citra) Sine ullo sensu acrimoniae. H.

v. Coquuntur et folia) Et cymae, de quibus Colum. XI. 3. H.

x. Sunt autem trium) Hoc tergeminum sinapis genus, nec Dioscoridi, nec Theophrasto notum. H.

y. Athenienses) Νάπυ, Attici, pro σίνηπτι dixerent, teste Ff.

LV. Serpyllo ^{z.} et sisymbrio montes ¹ plerique scatent, sicut *a.* in Thracia: ² vtique deferunt

ex

1. plantaque. Th. 2. Sic ex MSS. em. Hard. ubi aquae deferunt ex iis.

ste Athenaeo, IX. De reliquis nominibus vide N et Em. N. XXI. (hic ad.) Athen) De prima appellatione *vapēos*, suo loco egimus: Θάψι, ob similitudinem cum ferulae thapsiae semine; qua de egimus XIII. 43 dici suspicabamur Σαύρηον, quod acrimonia sua, ceu lacerta, mordeat: est enim Graecis lacerta σαῦρα. Quam ob causam et σαυρίδον, dixere nasturtium, quod nares torquet: Verum pro *thapsi*, num legi *thlaspi* sit satius, considerandum: Nam I. XXVII. 113. *thlaspi* quidam napy vocant: et Hesychius, Θλασπίς, inquit, πέπα, ἡνένιοι σαύρειται. Dicitum autem *thlaspi* tum finapi fuerit, a θλάσω, quod molitur, frangiturque. H.

z. Serpyllo) Nostri *Serpulet* vocant. Pingitur a Matthiolo in Diosc. III. p. 724. Vide Not. et Em. N. XXII. (hic confsp.) *Serp.*) Ita libri omnes: quamquam sunt qui malint: *montes planaque scarent*. Sed non admundum fauet ei coniecturae Theophrastus, L. nempe

Hist. Plant VI. 4. Παρ' ἀλλοις δὲ ὅρη πλήρη καὶ τόποι, παθάπερ ἐν τῇ Θράκῃ. Quod porro proxime sequitur apud Plinium, *Sicut in Thracia; Vtique deferunt ex iis auulos ramos, seruntque*: sic restitutum a nobis intelligito, quum prius legeretur, *ubi aquae deferunt — seruntque*, quod insulsum per se apparet. In MSS. *vt eaque deferunt*. At Theophr. l. c. et nostram fulcit emendationem, et quae sit loci sententia, aperit. Καὶ γὰρ ἔρπυλός ἐσιν ἄγριος, ὃν πομίζοντες ἐκ τῶν ὁρῶν Φυτευσοι καὶ ἐν Σικουῶνι καὶ Ἀθήνησιν ἐκ τῆς Τμήττες. Et *serpyllum silvestre* est, quod deferunt e montibus, seruntque: item Sicyone ex suis montibus, et Athenis ex Hymetto. H.

a. Sicut in Thracia ubi aquae deferunt ex iis auulos ramos) Verbum aquae superfluit, vt opinor, locus enim est e Theophrasto tralatus L. VII. capite ultimo, sed pessime a librariis deprauatus. Lego igitur sic: *Serpyllo montes locisque scarent sicut in Thracia. Ali-*

bi

ex^r his auulsoſ ramos, b. feruntque. Item c. Sicyone ex suis montibus, et Athenis ex Hymetto. Simili d. modo et ſifymbrum ferunt. Laetiffimum e. nafcitur in puteorum parietibus, et circa pifcinas ac stagna.

LVI. (IX.) Reliqua ſunt ferulacei generis, ceu feniculum f., anguibus (vt g. diximus) gratiſſimum, ad condienda plurima, quum^z inaruit. Eique per quam ſimilis thapſia, de h. qua diximus inter exter-

F f 2 nos

i. Sic. et Ch. iis Gr. 2. inaruerit. M.

bi deferunt ex his auulſoſ ramos feruntque, vt in Sicyone ex ſuis montibus, et Athenis ex Hymetto. Theophrasti verba ſunt: Serpylli etenim filueſtre genus eſt, quod deferentes ex montibus ferunt, ut apud Sicyonem fieri ſolet, atque etiam Athenis ex monte Hymetto, apud alios vero, ut in Thracia, montes et plana omnia serpylo ſcatent, Pint.

b. Feruntque) Planta ferunt, Palladius in Mart. t. 9. Nunc etiam ſerpyllum ſeritur plantis et ſemine Col. XI. 3. Thymum et transmarina cunila et ſerpyllum, bae tres et ſemine et plantis circa aequinoctium vernum feruntur. H.

c. Item Sicyone) Theophr. Hist. VI. 7. H.

d. Simili modo, etc.) E ramo, non e ſemine, Theo-

phr. cap. 22. L. II. cauſ. Dal.

Simili modo) Hoc eſt, etiam planta, Auctoř Geopon. XII. 35. Σισύμβριον Theophr. I. I. Dicemus de eo L. XX. 91. H.

e. Laetiffimum) Theophr. Hist. VI. 7. Εὐαυξεῖσατος δὲ εἰς Φρέαρ. H.

f. Feniculum) Rhodig. c. 12. L. VI. notauit feniculum potius inter σύμφυλα, id eſt, olera quotidiani uſus numerari, quam inter pharmacia. Dal.

Feniculum) Graecis μάργαρον, Fenoüil, vulgo notum. Pingitur a Dodonaeo, p. 295. H.

g. Ut diximus) L. VIII. 41. H.

h. De qua diximus) L. XV. 43. H.

nos frutices. Deinde utilissima funibus cannabis *i.* seritur a *k.* Fauonio. Quo *l.* densior est, eo *t*enuior. Semen *m.* eius quum est maturum, ab aequinoctio autumni ² distringitur, et Sole, aut vento *n.*, aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac *o.* lucubrationibus decorticata purgatur. Optima Alabandica *p.*, plagarum praecipue

1. Et sic V. tenerior Gr. et Al. 2. distringitur Ch.

i. Cannabis) Chanvre. Iconem vide apud Dalecamp. Hist. Plant. IV. 64 p. 467.

H.

k. A Fauonio) Ultimo mense Februario seri Palladius praecipit, L. III. in Febr. t. 5. H.

l. Quo densior) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic ad.) Quo) Ita scribi oportere, non tenerior, rei fides historiaque comprobat, non modo in cannabis, sed in omni plantarum genere, ut quo densius spissiusque sata sunt, eo graciliora surgant: alioqui quid cannabis teneritate opus, quando in usum cibi planta non veniat? H.

m. Semen eius) Prima germinatione, etiamnum pastores in Hetruriae maritimis cerebrum eximunt, qui luteo durato simile, idque linteo vel charta inuolutum, et sub cineribus assatum, ex pipere et sale comedunt. Non solum gustui cibus is

gratissimus est, sed, vt aiunt, ad excitandam Venem efficax. *Dal.*

n. Aut vento) Gratius in Cyne. Illa vel ad flatus Helices appande serenae, Vel caligineo laxanda reponito fumo. H. o. Ac lucubrationibus) Lucubratione vespertina, vel antelucana, vt dictum est L. XVIII. c. 63. Est enim illud e nocturnis operibus, quae vigilia constant, quum sint noctes tum tanto ampliores. Malus est autem paterfamilias, vt dictum est L. sup. 8. quisquis interdiu faceret quod nocte posset, nisi in tempestate caeli. H.

p. Alabandica) Gratius in Cyne. v. 46. At pauper rigui custos Alabandicus horti Cannabias nutrit filius, quam commoda nostro Armamenta operi! grauis est tutela sed ipsis, Tu licet Aemonios includas retibus ursos. Valide, inquit praedam sibi concretam tuebuntur plagae ex cannabis. Alabandica, ne qua

cipue vſibus. Tria eius ibi genera. Improbatur *q.* cortici *1* proximum, aut medullae: laudatissima est e medio, quae *r.* mesa vocatur: Secunda *s.* Mylasea. Quod ad proceritatem quidem attinet, Rosea *t.* agri Sabini arborum altitudinem aequat. Ferulae *v.* duo genera in peregrinis fruticibus diximus. *2* Semen *x.* eius in Italia cibus est. Conditur quippe, duratque in vrceis vel anni spatio. Duo *y.* eius genera: caules, et *z.* racemi. Corymbiam *a.* hanc vocant, corymbosque *b.* quos condiunt.

F f 3

LVII.

1. Sic ex MSS. em. Hard. proxima, aut med. laudatissima. V. Legitur et laudatissima, in Ch. laudatissimum Gr. et Al. *2. Germen.*

qua perrumpat: ne Aemonii quidem vſi. H.

q. Improbatur) Stupa vocatur, id quod lini cannabise cortici vel medullae est proximum. H.

r. Quae mesa Μέση Graecis media est. H.

s. Mylasea) A Mylasis oppido Cariae, de quo V. 29. H.

t. Rosea) Id [ei] cannabi nomen a Roseae campis, de quibus in agro Sabino dictum est L. III. 17 et XVII. 3. H.

v. Ferulae - diximus) L. XIII. 42. H.

x. Semen eius) Sic vmbellam vocat, quae semen complectitur cum caulinis. H.

y. Duo eius genera) Eius nempe seminis, seu fructus, qui edulis est, duo sunt ge-

nera: alterum e caulis petitum, alterum e racemis quos condiunt. De ferulae conditura Columellam vide, XII. 7. H.

z. Racemi) Vmbellae adhuc compressae et nondum explicatae, Corymbos paulo post vocat. Dal.

a. Corymbiam, etc.) Corymbiam ferulam, quam in caulem surgere permittebant, ut eorymbos siue vmbellas nascentes ad conditaram colligerent. Nam alioqui caulem gliscentem, tenellum, et adhuc conuolutum demetebant, ut vel recentem comedenter, vel in condimento seruarent. Dal.

b. Corymbosque) Corymbi proprie dicuntur edera rum vuæ, dependentibus acinis

LVII. (X.) Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua¹ terrae sata. Namque *a.* et *ocimum* senecta degenerat in *serpyllum*, et *sisymbrium* in *d. calamintham*. Et *e.* ex semine *brassicae* veteris *rapa* fiunt, atque inuicem. ² Et necatur *cuminum f.* ab *3 limodoro*, nisi repurgetur. Est autem

I. terra Ch.

2. enecatur V.

3. haemodere Tb.

ab imo dorso Gr. et Al.

acinis coactae: transferuntur tamen ad multos herbárum fructus, quarum fastigia acini iucunda vētustate comant. H.

c. Namque et ocimum) Pallad. V. in Aprili, t. 3. p. 10. *Rem miram de ocimo Gargilius Martialis affirmat, quod modo purpureos, modo albos flores, modo roseos pariat: et ex eo semine frequenter seratur, modo in serpyllum modo in sisymbrium mutetur.* Hoc vero Theophr. habet de causs. V. 8. p. 333. H.

d. In calamintham) Theophrasto cap. 5. L. II. hist. et cap. 22. L. II. cauf. et cap. 8. L. V. sisymbrium in mintham degenerat non calamintham. Dal.

In calamintham) Quam superius mentastrum, et silvestre mentae genus vocavit, f. 47. In mentam mutari, eis μίνθη dixit Theophr. Hist. II. 5. VI. 7.

et de causs. II. 8. | Vterque recte. H.

e. Et ex semine) Haec totidem verbis Varro de R. R. I. 40. p. 65. et Pallad III. in Febr. t. 24. p. 68. H.

f. Ab limodoro) Vide N. et Em. N. XXIV. (paulo post) Limodorum statim ab radice cumino adnasci, nec caule esse absimili prodidit Theophr. Hist. VIII. 8. ἐπὶ ἀπεμΦερὲς τῷ ιανλῷ, etc. Et cuminum) Haec tenus editum, ab imo dorso, quod plane insulsum est. Auditor emendandi existit Theophr. Hist. VIII. 8. Τὸ δὲ ὑποφυόμενον εὐθὺς ἐκ τῆς ἕιζης τῷ κυρίῳ ... τὸ λιμόδορον, μονόκαυλον .. ἕιζαν δὲ ἔχει ὑποσρόγγυλον. Quod autem statim ab radice cumino subnascitur, et limodorum vocatur, unicaule est ... et radice subrotunda inititur. Sic enim in ed. Ald. et Bas. legitur. Alii αἰμόδορον, ἰμόδορον aliis

autem *vnicaulē* *g.*, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens. ¹ Alias *h.* priuatim cumini morbus scabies. Et *i.* *ocimum* sub *Canis* ortu pallescit. Omnia *k.* vero accessu mulieris menstrualis flauescunt. *l.* Bestiolarum quoque genera innascuntur. ² *Napis m.* culices, ³ *rāphano* erucae, et vermiculi. Item ⁴ *laetucis* et *oleri*: vtrisque hoc amplius, limaces et cochleae. Porro *n.* vero priuatim animalia, quae facillime stercore iniecto capiuntur, condentia in id se. Ferroque non expedire tangi rutam, cūnilam, mentam, *ocimum*, auctor est ⁵ Sabinus Tiro in libro Cepuricōn, quem Maece- nati dicauit.

F f 4

LVIII.

- 1. Alius. V.* *2. Radiculis pulices. Tb.* *3. brassi-
cae. Tb.* *4. laetucis, porris et aliis pluribus ani-
malia, etc. in id se: et hoc amplius limaces seu coch-
leae. Ferro. Theophr.* *5. Sabinus. Ch.*

alii legi malunt, Dalecam-
pius in Hist. Plant. p. 485.
Sed λιμόδορον omnino feri-
bendum cum Pellicerio sen-
timus, in notis marginali-
bus MSS. ad Theophrasti
locum citatum. H.

g. Vnicaulē) Haemodero,
Theophr. L. et cap. 8. hist.
et cap. 22. L. V. caus. Hae-
moderon quasi αἷμόδειρον,
quod cutem tanquam crue-
tam habeat. Est autem
Dioscoridis orobranche.
Dal.

b. Alias priuatim) Theophr.
VIII. 10. ἐντα δὲ καὶ
ψώραις, καὶ ἀλμαις, παθά-
περ τὸ κυμιον. Nonnulla

etiam scabie atque salsugine
pereunt, vt cuminum. H.

i. Et ocimum) Theophr.
Hist. VII. 5. Τπὸ δὲ τὸ
ἄργον ὠκιμον λευκαίνεται
H.

k. Omnia vero) Vide quae
diximus XVII. 13. H.

l. Flauescunt) Ita MSS.
recte, vt diximus XV. 36.
H.

m. Napis culices) Auctor
Geop. XII. 7. et Theophr.
Hist. VII. 5. H.

n. Porro vero priuatim)
Quae in porro animalia na-
scuntur, ἐν τῷ πράσῳ, in-
de πρασονερίδες appellantur:
haec stercus aude ap-
petunt

LVIII. Idem contra formicas, non minimum hor-
torum exitium, si non sint rigui, remedium mon-
strauit, marinum limum, aut o. cinerem, obturandis ea-
rum foraminibus. Sed efficacissime heliotropio herba
necantur. Quidam et aquam diluto latere crudo ini-
micari eis putant. Naporum p. medicina est, sili-
quas q. vna seri; sicut r. olerum cicer: arcet s. enim
erucas. Quo si omisso iam ¹ natae sint, remedium
est absinthii succus decocti inspersus: et t. sedi
quam aizoum vocant: genus hoc herbae diximus.
Semen olerum si succo eius madefactum seratur,
olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In
totum

i. enatae. V.

petunt, in illudque sub-
eunt, et ibi quiescunt. Tunc venari ea facile est:
alias capiendo facultas nulla
datur. Theophr. Hist. VII.

5. H.

o. Aut cinerem) Pallad. I.
35. p. 28. H.

p. Naporum medicina est)
Ne pulices radiculis noce-
ant, inferendum eruum.
Theophr. Dalec.

q. Siliquas vna seri) O"ρ-
βοv, Theophratitus eruum.
Plinius legit λόβζε. Idem.

Siliquas vna seri) Praecipue
erninas, Theophr. l. c. Pal-
lad. l. c. Ut olera animalia in-
festa non generent . . . praecipue fertur eruum aliquantu-
lum satum, praecipue ubi ra-
dices et rapa nascentur. Ea-
dem habet Anatolius in
Geop. XII. 7. p. 19. H.

r. Sicut olerum cicer.) Pal-
lad. l. c. Cicer inter olera,
propter multa portenta seren-
dum est. H.

s. Arcet enim) Arcet eru-
cas ab oleo cicer. Has tam-
en ciceri ipsi innasci au-
ctor est Aelian. Hist. Anim.
IX. 39. H.

t. Et sedi) Subintellige,
quam herbam. Id vero iam
superius attigit, XVIII. 45.
Vide quae ibi diximus. Co-
lum. XI. 3. p. 405. Vbi
apricis regionibus post pluui-
as noxias incesserunt animalia,
quae a nobis appellantur eru-
cae, Graece autem οὐρπται
nominantur, vel manu colligi
debent, vel matutinis tempori-
bus frutices olerum concurti . .
Id tamen superuachum est fa-
cere, si ante sationem semina,
vti iam praedixi, succo herbae
sedi

totum *v.* vero ¹ nec erucas, si palo imponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, feminae dumtaxat. Aduersus *x.* erucas et cancrum fluuiatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui *y.* sanguineis virgis ² tangant ea, quae ³ nolunt his obnoxia esse. Infestant culices hortos riguos praecipue, si sint arbusculae aliquae. Hi ^{z.} galbano accenso fugantur. (XI.) Nam *a.* quod ad permutationem seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas maior est, ut coriandro, betae, porro, na-

F f 5

flurtio

1. necari. V. nec erucis. Dal. *2. tangant. Ch.*

3. nolint infestari. Infestant. M.

sedi macerata sunt: nihil enim
scic medicaris nocent erucae. H.
v. In totum vero nec eru-
cas) Scribe, in totum vero
necat vrucas, ex antiquo ex-
emplari. Aestimanda no-
menclatura; semper enim
in illo vraca, non eruca. Pint.

In totum vero) Pallad. I,
35. p. 31. Omnia semina
horti vel agri feruntur ab
omnibus malis et monstribus tu-
ta seruari, si equae caluaria,
sed non virginis, intra hortum
ponatur, vel etiam asinae:
*credunt enim sua praece-*sen-**
tia fecundare quae spectant.
H.

x. Aduersus erucas) Pal-
lad. I. sc. p. 28. Aliqui flu-
uiales cancros pluribus locis
intra hortum clavis figunt. H.

y. Sunt qui, etc.) Eius fru-
ticias mentio fit cap. 10. Lib.
XXIV. et cap. 18. et 37. L.
XVI. Dal. Sunt qui sanguini-

neis virgis tangant.) Considera
an sit commodius legi
saligneis, quam sanguineis.
Pint.

Sunt qui sanguineis) E
sanguineo frutice, de quo
XVI. 30. H.

z. Hi galbano) Pallad. I.
35. p. 29. H.

a. Nam quod ad permuta-
tionem seminum attinet) Scri-
bendum puto perdurationem,
non permutationem, De du-
ratione enim seminum hic
agitur, non permutatione.

Dal. Nam quod ad permu-
tionem seminum attrinet, etc.)

Sequentia sic lege: Sed ex
bis quae sunt fortissima, nul-
lum ultra quadrimatum vitile
est. Culinis et ultra tempesti-
ua sunt. Semina non du-
rant et permanent utilia ad
serendum ultra quadrima-
tum. At culinis ultra spa-
tium sunt tempestiva; προς

την

sturtio, finapi, erucae, cunilae, et fere aceribus. Infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitae, cucumi; et b. aestiuia omnia hibernis magis durant: minime autem gethyum. Sed ex his quae sunt fortissima, nullum ultra quadrimatum utile est, dum taxat ferendo. ² Culinis c. et ultra tempestiuia sunt.

LIX.

i. sunt gethyo atriplici. Th.

2. Cunilis Gr. et Al.

$\tau\eta\eta\mu\alpha\gamma\epsilon\iota\sigma\mu\eta\eta\chi\gamma\epsilon\iota\alpha\eta$. Vide Salmas. pag. 1282. a. b. Permutationem.) Ita vocat $\tau\eta\eta\alpha\lambda\lambda\omega\omega\sigma\iota\eta$, aetatis cursum, quo durant, et integrum naturam, nec permutataim seruant. Dalec.

Nam quod ad permutationem) Aduersus permutationem, ne mutantur, ne vetustate deteriora fiant. Theophr. Hist. VII. 6. Τῶν δέ, σπερμάτων τὰ μέν ἔσιν ισχυρότερα, τὰ δὲ ἀσθενέστερα πρὸς διαμονὴν, etc. Nam quae reliqua hac selectione continentur, ea totidem verbis Graece habet. H.

b. Et aestiuia omnia hibernis magis durant.) Aut tollendum est verbum durant, tanquam adulterinum; aut legendum minus durant, unde statim subiungit, minime autem gethyum. Theophrastus L. VII. c. 6. Infirmiora vero gethyum; id enim dura-re nequit; atriplex, ocimum, cucurbita, cucumis, in plenum aestiuia magis quam hiberna.

Aut igitur locus mendosus est, et ut diximus castigandus: aut Plinius aliter Theophrasti verba accepit atque ego intelligenda puto. Pint.

c. Cunilis et ultra tempestiuia sunt) Scribo culinis, non cunilis, ex Theophrasto L. VII. cap. 6. Nullum, inquit, ultra quadrimatum durare potest, ita scilicet ut ad fermentem utile sit: sed bina sane meliora, trima nihil fere deteriora, quadrima iam deteriora, verum ad usum cibarium diutius permanent. P.

Culinis) Ad usum culinarum. Vide N. et Em. N. XXV. (hic pos.) Culinis) Libri antehac editi, Cunilis, inepte. Errorem Theophrastus retegit, Hist. VII. 6. vbi in eodem argumento habitat: Πρὸς δέ τὴν μαγειρικὴν χρείαν ἐπὶ πλειό διαμένει. Ad usum culinarium, siue cibarium, diutius perdurant. Vedit hoc ante nos Pintianus. H.

LIX. Peculiaris *d.* medicina raphano *e.*, betae, rutae, cunilae, in falsis aquis, quae ¹ et alioqui plurimum suavitati et fertilitati conferunt. Ceteris *f.* dulcium aquarum rigua prosunt. Utilissimae ex iis, quae frigidissimae, et quae potu suauissimae. Minus *g.* viles e stagno, et *h.* quas ² elices inducunt, quoniam herbarum semina inuehunt.

Prae-

1. et alioqui, in M. deest. 2. ilices. Ch.

d. Peculiaris) Theophr. de causs. II. 7. p. 240. In olerum genere, inquit, humoribus falsis iuvantur γάρ Φανος, τεύτλιον, πύγανον, εὐζωμος, brassica, beta, ruta, eruca, haec enim cum aquis, falsis rigantur, longe meliora evadunt. H.

e. Raphano) Brassicae, Theophr. cap. 7. L. II, causs. Dalec.

f. Ceteris dulcium) Reliqua deinceps Theophr. Hist. VII. 5. H.

g. Minus viles e stagno) Pessimae salsa, et quae difficile rarescunt, καὶ δυσμανῆ. Theophr. Plin. legit καὶ τῆς λίμνης. Legitur et apud Theophr. viles esse, εὐχερσα, quae canalibus ducuntur, quoniam herbarum semina inuehunt. Plinius legit ὀχερσα: aut fortassis id vocabulum mutandum putauit, quod alienas herbas videret hortis esse noxias,

vt id quidem in pratis sit optandum, fugiendum in horto. At Theophrasti mens sicut aquas illas terram etiam nudam herbis vestire inuesto earum semine: quod si praestant, multo magis sperandum in horto culto et confito genitales fore, et alioquin quaevis aqua; dum cruda non sit, etiam pluia tantopere laudata Theophrasto, herbas vbiuis gignit. Dalec.

h. Et quas elices) Elices sunt fulci aquarii, teste Colum. II. 8. Theophr. l. c. Διὸς καὶ ἐκ τῶν ὄχετῶν ἥπτου εὐχερσα. συμπεριφέρει γὰρ σπέρματα τῆς πόσας. H.

Praecipue tamen imbræ alunt. Nam *i.* et *bestiæ* innascentes *2* necantur.

LX. (XII. *) His *k.* horæ rigandi, *3* matutina atque vespera, ne inferuescat aqua Sole. Ocumō *l.* tantum et meridiana: etiam satum celerrime erumpere putant, inter initia feruenti aqua aspersum. Omnia *m.* antem translata meliora grandioraque fiunt, maxime porri, *4* napique. In *n.* translatione et medicina est, desinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, *5* raphani, apium, lactucae, *6* rapae, cucumis. Omnia *o.* autem silvestria fere sunt et foliis minorā, et caulibus, *7* succo acriora: sicut cunila, origanum, ruta. Solum *p.* vero ex omnibus lapathum silvestre: hoc *q.* in satiis rumex

- | | | |
|--------------------------|---------------------------|-------------------------|
| <i>1. bestiolæ. V.</i> | <i>2. necant. V.</i> | <i>3. matutino. Ch.</i> |
| <i>4. radiculae. Tb.</i> | <i>5. raphanidas. Tb.</i> | <i>6. rapa. Ch.</i> |
| | | <i>7. succoque. V.</i> |

i. Nam et bestiæ) Theophr. Αγαθά δὲ τὰ ἐν Διός. Ταῦτα γὰρ δοκεῖ χρῆ Φθείρειν τὰ θηρία γινόμενα, τὰ γόνιμα πατεσθίοντα. H.

**) Ad insc. Ratio rigidorum*) Theophr. cap. 5. L. VII. hist. Colum. sub finem L. X. *Dal.*

k. His horæ) Et haec Theophr. Hist. VII. 5. H.

l. Ocumō tantum) Theophr. l. c. et Pallad. V. in Aprili, tit. 3. p. 110. H.

m. Omnia autem) Theophr. l. c. qui pro napis, ἡλίφανδας habet, raphanos. H.

n. In translatione) Theophr.

phr. l. c. vbi pro raphano, ἡλίφανον in exemplum affert, hoc est, brassicam: quam Plinius vocabulo Graeco expressit. H.

o. Omnia autem silvestria) Haec deinde Theophr. Hist. VII. 6. vbi pro cunila θύμβεα adducit, de qua diximus s. 50. H.

p. Solum vero) Lapathum silvestre, inquit Theophr. l. c. satius suavius est ad gustum: succo tamen acidiore est: τὸν δὲ χυλὸν ὅμως ὀξύτερον ἔχει. H.

q. Hoc in satiis rumex) Quum in hortis seritur. Vide L. XX. 85. H.

mex r. vocatur, nasciturque fortissimum: traditur certe semel satum durare, ¹ nec vinci unquam a terra, maxime iuxta aquam. Vetus eius cum s. ptisana tantum in cibis leuorem gratioremque saporem praestat. Siluestre t. ad multa ² medicamina vtile est. Adeoque nihil omisit cura, ut carmine quoque comprehensum reperiam, in ³ fabis caprini v. fimi singulis cauatis, si porri, erucae, lactucae, apii, intubi, nasturtii semina inclusa ferantur, mire prouenire. Quae x. sunt ⁴ siluestria, ⁵ eadem in satiis ficciora intelliguntur, et ⁶ acriora.

LXI. Namque et succorum saporumque dicenda differentia est, vel maior in his quam y. pomis. Sunt z. autem acres cunilae, origani, nasturtii,

1. nec unquam vitiari terra. M. 2. medicamenta M.
3. globis, V. 4. Sic et M. sunt et siluestria Gr.
et Al. 5. iisdem satius. V. 6. acutiora. V.

r. Rumex vocatur) Infra cap. 21. Lib. XX. sola oxalis silvestris, rumex dicitur. Dal.

s. Cum ptisana, etc.) Quoniam Hippocrates latham cum ptisana dari vetuit, haec tria vocabula, Cum ptisanae tantum, Cornarius delet. Malim legere, vetus nisi cum ptisana tantum in cibis. Dal.

t. Siluestre) Dicemus de eo, L. seq. l. 85. H.

u. In fabis caprini) In globulis fimi, fabae magni-

tdine, si cuiusque generis semina condantur. H.

x. Quae sunt siluestria) Theophr. Hist. VII. 6. Πάντα δὲ καὶ ξηρότερα τῶν ήμέρων· καὶ ἵσως αὐτῷ τέτω πολλὰ καὶ δριμύτερα καὶ ἴσχυρότερα. H.

y. Quam pomis) Quot in pomis saporum sint genera, dictum est antea XV. 32. H.

z. Sunt autem acres) Th. Hist. I. 19. Οἱ δὲ δριμεῖς, οἵτινες ὀργάνες, θύμβρες, καρδάμης, νάπτυος, οἱ δὲ πιπερί, αὐθιδίς, πετανίζης. H.

iii, sinapis. Amari, absinthii, centaurei. Aquatiles a., cucumeris, cucurbitae, lactucae. ⁱ Acuti, thymi b., cunilae. Acuti c. et odorati, apii, anethi, feniculi. Salsus d. tantum e saporibus non nascitur, aliquando extra insidit e. pulueris modo, ² ut cicerculis f. tantum.

LXII.

i. *Acuti tantum cunilae tumi M. utrumque, et Cl. Legge, tani, de quo cap. 15. Lib. XXI. sic et Turn.*

2. *Et circulis tantum aquae: ut intell. Gr. et Al.*

a. *Aquatiles) Theophr. I.*
c. *"Αλλη δὲ υδατῆς . . . οἶον σινάρα, κολοκυνθῆς, θρεπταίνης. H.*

b. *Acuti tantum cunilae)*
Scribe: acuti, thumi, cunilae. Loquitur de saporibus et acutos esse sapores ait, thumi et cunilae, id est, τὸ θύμος καὶ τῆς θύμβρας. *Salmas. p. 225.*

Acuti, thymi) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic coll.)
Acuti) Prius legebatur, acuti tantum cunila. At in MS. R. 1. Colb. etc. acuti tami, etc. In R. 2. acuti tami. Nos thymi auctore Theophr. rescripsimus: Sic enim ille Hist. I 19. Αἱ δὲ ἡδη δρυμύτητά τινα ἔχεστι: καθάπερ ἡ τὸ θύμος καὶ θύμβρας. Nonnulli acrimoniam quamdam fortiuntur, ut thymus et satureia. H.

c. *Acuti et odorati) Theophr. I. c.* Ai δὲ καὶ εὐωδίαν, ὥσπερ αἱ τὸ σελίνος, ἀνήθε, καὶ τῶν τοιέστων. H.

d. *Salsus tantum, etc.) Legge: Salsus autem e saporibus non nascitur. Aliquando extra insidit pulueris modo, ut cicerculis.* Atque ut intelligatur vana ceu plerumque vitae persuasio, panax piperris saporem reddit et magis etiam silquastrum, ob id piperitidis nomine accepto, Libanotis odorem thuris, myrrha myrrbae. *Salmasius 1284 na.*

e. *Insidit pulueris modo)*
Hanc comparationem velut incidentis pulueris Plinius suo sensu excogitauit. Eanusquam Theophrastus vitatur: quamuis multis locis scribat, in ciceris superficie quamdam salsuginem colligi, qua pluuiis abluta dum floret, et fructum gerit, planta statim emoritur. *Dal.*

f. *Et circulis tantum aquae)*
Locus est vitiatissimus. Sed ni fallor, minus vitiose legetur, vi ciceris tantum cuius. Theophrastus libro de causis plantarum, VI. *Sunt quo-*

LXII. Atque ut intelligatur vana, ceu plerumque, vitae persuasio: Panax g. piperis saporem reddit, et magis etiam filiquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis h. odorem thuris, ¹ smyrnium

i. myrris. murrha myrrhae Gr. et Al.

quorum summam partem dumtaxat salsugo quaedam obducit ut cicer. Pint. Et circulis tantum aquae) Quod ait aquarum circulis, primum est ex opinione inter philosophos recepta, saporem fieri ex aqueae humidaeque substantiae permixtione cum crassa et terrea, vi caloris ingeniti. Alterum e Democriti sententia, qui putabat figurarum varietate existere saporum differentiam. Itaque circulari figura, quae ob rotunditatem volubilem nec altius subire potest, nec firmiter consistere, fieri salsum, qui fluxus, et caducus summatum tantum partem obsidet. Scalenis vero et aliis figuris angulosis, quae angulorum suorum acumine profundius immerguntur ac penitus descendunt, alias sapores perenniores, ac constantiores, qui totam materiam succo suo imbuunt ac perfundunt. Vide Theophrast. c. 14. L. VI. causs. et cap. 9. Lib. eiusdem. Dal.

Vt cicerculis tantum) Vide N. et Em. N. XXVII. (paulo

post) Theophrasti ἐρεβίνθες, Plinius cicerculas ubique vocat. *Vt) Insigniter corruptus ad hunc diem locus hic existit, quum ita legeretur, et circulis tantum aquae. Author emendandi fuit Theophrastus, L. de causs. plant. 14. p. 366. Οὐδὲν τῶν Φυομένων ἀλυπόν· ὥστε καὶ ἐν ἑαυτῷ τοιχὸν ἔχειν τὸν χυλόν· ἀλλὰ ἐν τοῖς περὶ τὰ ἔξω γίνεται τις ἀλμυρός, οἷον καὶ τοῖς ἐρεβίνθοις. Nihil in genere plantarum salsum percipitur: scilicet ita ut in se talem habeat saporem. Sunt enim quorum summam partem dumtaxat salsugo quaedam obducit, ut cicer. Huius loci vitium subodoratus est ante nos Pintianus, qui ex eodem Theophrasti loco legi censuit oportere, ut ciceris tantum cuti. H.*

g. Panax) Heraclei semen Dioscor. πυρωτικὸν ἐστι igneum et feruens: aliorum, δρυμὸς, acre. Dal.

b. Libanotis) Libanotis Dioscoridi quadruplex: prima folio feniculi, semine, quod cachrin vocant, et radice candidis; secunda fo-

nium i. myrrhae. De panace k. abunde dictum est. Libanotis l. locis putribus et macris ac roscidis feriter semine. Radicem m. habet olusatri, nihil a thure differentem. Usus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. Et n. smyrnium olus feritur iisdem locis, myrrhamque radice resipit. Eadem et siliquastro satio. Reliqua a ceteris et odore et sapore differunt, ut anethum. Tantaque est diuer-
sitas

I. putridis. V.

lio similis, femine et radice nigris: tertia folio simili, sed absque caule, flore, femine; ἀναρπος quarta Theophrast. folio lactucae. Praeter has Libanotis est coronaria siue Rosmarinus, quam Plinius confundit cum superioribus. Theophr. tantum duo genera statuit, fructiferam, folio heleioselini, femine et radice candidis: et sterilem, folio lactucae. Dal.

i. Murrha Myrrhae) Scribo, Smirnium myrrhae: liquet ex sequentibus: item Dioscoride, et Plinio alibi, et omnibus. Pint.

Smyrnium myrrhae) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic pos.) Smyrnium) Subintellige, saporem reddit. Prius legebatur, myrrha myrrhae, insulse. Ipsa loci sententia proficit, tergeminam modo plantam laudari, libanotidem, siliquastrum, smyr-

nium: quarum naturae deinceps explanantur. H. k. De panace) L. XII. 58. H.

l. Libanotis) Oribasii interpres XI. 204. Libanotis vero, quam rosmarinum Romanii vocant, qua utuntur ii qui coronas necunt. Est se feli Aethiopicum herba Dodonaei, p. 310. non rosmarinum hortense nostrum, quod vulgo Romarin appellamus. Libanotidem in horto Regio vidimus. H.

m. Radicem habet) Foris nigricantem, intus candidam, Diosc. III. 87. Πίζα καὶ λευκὴ εὐμεγέθης, δύστα λιβάνε. Et paulo ante, genus libanotidis alterum agnoscit, quod radicem habeat, φίλαν, ἐκ μὲν τε ἐπτὸς μέλαινας. Θλασθεῖσαν δὲ λευκήν. H.

n. Et smyrnium) Illud nimirum, de quo superius dictum

sitas atque vis, ut non solum ¹ aliud o. alio mutetur, sed etiam in totum auferatur. Apio p. eximunt coqui obsoniis acetum: eodem cellarii in sacris odorem vino grauem. Et hactenus hortensia dicta sint, ciborum gratia dumtaxat. Maximum quidem opus in iisdem naturae restat, quoniam q. prouentus tantum adhuc, summasque quasdam tractauimus. Vera autem cuiusque natura non nisi medico ² effectu pernosci potest, opus ingens occultumque diuinitatis, et quo nullum reperiri possit maius. Ne singulis id ³ rebus contexeremus, iusta fecit ratio, quum ad alios medendi desideria pertinerent: longis utriusque dilationibus futuris, si miscuissemus. Nunc suis quaeque partibus constabunt, poteruntque a volentibus iungi.

i. *alius, subaudi, sapor. Dal.* 2. *effecto.* 3. *berbis attexeremus. V.*

dictum est, f. 48. De eo rursum Plinius XXVII. 109. Radieis odor myrrae habet qualitatem: unde et nomen. Galen. de alim. fac. cap. 52. p. 363. T. II. τὸ σμύρνιον ait, Romae maxima copia distrahi, et habere quidam aromaticum, καὶ τὴν αἴρωματῶδες ἔχει. H.

o. Aliud alio) Alius sapor alio vincitur. H.

p. Apio) Apio admixto in obsoniis coqui mitigant acetivm. H.

q. Quoniam) Quoniam uti quaeque prouenant, explicuimus: ac de singulorum natura summatim ac generatim tractauimus. H.

C. PLINII SECUNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XX.

I.

Maximum hinc opus naturae ordiemur, et cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus ignota esse, per quae¹ viuat. Nemo id paruum ac modicum existimauerit, nominum vilitate deceptus. Pax² simul in his aut bellum naturae dicetur, odia,³ amicitiaeque rerum surdarum ac sensu carentium: Et, quo magis miremur, omnia ea hominum causa, quod a Graeci sympathiam appellauere: quibus b. cun-

cta

1. viuat, ne id paruum. Ch. 2. secum. Ch. 3. amicitiaeque. Ch.

a. Quod Graeci sympathiam appellauere) Omifliae sunt hic euidenter a librariis duae dictiones, Legendumque quod Graeci sympathiam et antipathiam appellauere. Nam praeterquam quod sequitur statim, quibus cuncta constant, Plinius ipse satis ostendit ita esse XXXVII. cap. 4. De discordia, inquit, rerum concordiaque, quam antipathiam ac sympathiam

appellauere Graeci, non alter clarius intelligi potest, etc. Pint.

b. Quibus cuncta constant) Id est, quod apud Plutarchum libro de Homero, et de placitis Philosophorum, Empedocles principia duo rerum esse tradit, item et concordiam. Dal.

Quibus cuncta constant) Mira est, inquit, rerum etiam sensu carentium consensus

Etā constant, ignes *c.* aquis restinguētibus, aquas
Sole *d.* deuorante, Luna pariente, altero alterius
iniuria deficiente fidere. Atque ut a sublimioribus
recedamus; ferrum ad se trahente magnetē lapide,
et *e.* alio rursus abigente *2.* a se: adamantem

G g 2 opum

- 1. Sic ex MSS. em. Hard. aquam sole Gr. et Al.*
- 2. a se: adamatarum. Ch.*

sensio et conspiratio ad hominum vtilitates procurandas: quam conspirationem, ac veluti condolentiam et commiserationem Graeci συμπαθειαν vocant: et si ignes et aquae quibus cuncta constant, Sol ac Luna, quibus cuncta gignuntur, perpetuum sibi bellum indexisse videantur. Hunc locum Pintianus quum non intelligeret, mutilum esse ac vitiatum falso existimauit: et antipathiam addi hic oportere. *H.*

c. Ignes aquis restinguētibus) Aeschylus apud Plutarchum Lib. de primo frigido, aquam vocat ignis supplicium. *Dal.*

d. Aquam sole deuorante) Melius in exemplari antiquo aquas, numero multorum: praecessit enim aquis restinguētibus. Porro duo, quae sequuntur, verba luna pariente, non duco Pliniana. *Pint.*

e. Et alio rursus abigente) Theamede, infra cap. 16,

vltimo, Lib. XXXVI. *Dal.* Et alio rursus abigente a se: Puto legendum sine coniunctione, alio rursus a se: abigente: ut pronomina et participia pari loco positā, mutuo sibi respondeant, serueturque ratio schematis homoeoteleutou. *Pint.*

Et alio rursus abigente) Nempe Theamede lapide, de quo L. XXXVI. 25. Vide N. et Em. N. I. (hic pos.) Alio nempe lapide, vt diximus, abigente ferrum. Ita MSS. omnes, ipsaque loci sententia ita legi postulat. Frustra sunt Maillus, Caesius aliquique, qui allio hic scriptum a Plinio autumant, quo eius viri auctoritate magnetis et allii diffensionem et antipathiam stabiliant: quasi magnes allio confricatus ac perunctus ferrum non trahat. Albertum tamen Magnum scimus ita sensisse, Mineral. II. tr. 2. c. 11. et ante eum Zoroastrem in Geop. XV. 1. et Ioh. Tzetzen, Chil. 4. hist.

opum f. gaudium, infragilem omni cetera vi et inuictum, sanguine hircino rumpente, quaeque alia in suis dicemus locis, paria, g. vel maiora ¹ mira. Tantum h. venia ² sit, a minimis, sed a salutaribus ordienti, primumque ab ³ hortensiis.

dixit

II. (I.) Cucumim i. siluestrem esse diximus, multo infra magnitudinem satiui. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium k., succo expresso

miraculo. Dalec. 2. si a min. sed a sal. ordinemur. V. 3. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. hortensibus Gr. et Al.

hist. 140. v. 407. Sed illud haud dubie nunc Plinius spectat, quod alibi plinius expressit, L. nempe XXXVI. 25. Alius rursus, inquit, in eadem Aethiopia non procul mons giguit lapidem theameden, qui ferrum omne abigit, respuitque. De vtraque natura saepius diximus, etc. et quidem nunc primum de vtraque dicit. H.

f. Adamantem opum gaudium, infragilem omni cetera vi et inuictum) Scribendum reor, Adamantem omni cetera vi inuictum. reliqua falso inserta puto. Codex autem antiquus adamanta agnoscit, non adamantem. Pint.

g. Paria vel maiora mira) Miratum non mira in eodem habetur. Pint.

b. Tantum venia si a minimis, et a salutaribus ordienti) Commodius legetur, Tantum venia si a minimis, etc. Pint.

i. Cucumim-diximus) Superiore libro l. 24. Diosc. IV. 154. Σίνιος ἄγριος τῷ παρπῷ μόνῳ διαφέρει τῇ ἡμέρᾳ σίνιος. ἐλάσσονα πολλῷ ἔχων, etc. H.

k. Elaterium) Ita vocatur a Celso V. 12. Galen. in Expl. voc. Hipp. T. II. p. 89. ἐλατήριον, μόγον τὸ ἀπό τῆς ἀγρίσ σινου γιγνόμενον, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τὴν πάτω ποιῶν παθήριον. Elaterium non solum ex silvestri cucumere factum, sed etiam omne quod aliuum purgat per infernas partes. Hesychius: ἐλατήριον, Φάρμακον παθαρτικόν. Scribonius Largus, Comp.

so e l. semine. ¹ Cuius causa nisi m. ² maturius incidatur semen, exsilit, oculorum n. etiam periculo. Seruatur o. autem decerptus vna nocte: postero die inciditur arundine. Semen p. quoque cinere conspergitur, ad coercendam succi abundantiam:

G g 3 qui

i. fructu. sicque toto capite. Ex Diosc. 2. maturus. Cb.

Comp. 70. *Elaterium*, qui succus cucumeris siluatici. Απὸ τῷ ἐλαῖνῳ, pellere, quasi depulsorium, quod vim purgandi habet acrem. H.

l. Et semine) E fructu. καρπὸν hic Plinius semen intempestive reddit. Dal.

E semine) Hoc est, e fructu, Theophrastum consule, ita statuentem Hist. IX, 10. Τὸ δὲ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἐλατήριον. Succus expressus e semine facit elaterium. At Dioscorides IV. 155. τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τῷ καρπῷ τῶν σικώνων σπενάζεται, etc. vbi parandi idem artificium fuse edocet, quod a Plinio paulo contractius. H.

m. Nisi maturius) Ante nimirum quam maturitatem sit affequuntus. Nam si maturitas exspectetur, tum tatu vel impulsu tenuissimo pediculus cucumim destituit, facto ostiolo statim internus humor summo cum impetu, vna cum semine eiaculatur.

Cucumim asininum vocant: vt recte Anguillara, part. 14. p. 291. Vidimus in horto regio: est et in Eystetenisi: A Dodonaeo pingitur, p. 652. H.

n. Oculorum etiam periculo) Nam quum exilit a pediculo, acrem succum emitit, qui oculos contactu laedit. Dal.

o. Seruatur autem) Diosc.

l. c. H.

p. Semen quoque, etc.) Ad hauriendam protinus succi abundantiam, quidam, ait Dioscorides, cribros cineres humi inspergunt, et medium cauantes triplicatum linteum obtendunt, per quod elaterium cum humore suo diffunditur. Id autem siccatum in pila conterunt. Longe aliter haec Plinius. Dal.

Semen quoque) Semen iterum pro fructu usurpat. Nunc Dioscorid. parum ab eo discedit.

qui expressus suscipitur aqua *q. caelesti*, atque subfudit: deinde Sole cogitur in pastillos, ad magnos mortalium usus. Obscuritates *r.* et vitia oculorum sanat, genarumque hulcera. Tradunt hoc succo taetis radicibus vitium, non attingi vuas ab auibus. Radix *s.* autem ex aceto cocta podagratis illinitur, succoque dentium dolori medetur. Arida *t.* cum resina impetiginem et scabiem, *i.* quae *v.* psoram et lichenas vocant, parotidas *x.* et panos *y.* sanat, et cica-

i. quaeque. Ch.

q. Aqua caelesti) Dioscorides segmina cribro iam illisa, aqua dulci perfundit, et rursum exprimit, totiesque postea lauat, quoad innatans aqua pura maneat. *Dal.*

r. Obscuritates) Diosc. 1.

c. H.

s. Radix autem) Diosc. IV. 154. Marcellus Emp. c. 36. p. 250. Plin. Valer. III. 14. Apuleius, c. 113. *t. I.* Ad neruorum dolorem, et podagrum. Cucumeris filiuatrici radices in olei cibarii pondo tribus decoques ad territas, et exinde perunges, sanguibuntur. Et tit 4. Cum acetato decocta radix valet contra podagrum. Accepere isti a Celsio IV. 24. Fouere operiet spongia, quae in aquam calidam demittatur, in qua cucumeris filiuistris radix decocta sit. *H.*

u. Arida cum resina) Diosc. 1. c. Metà ἔγτινς τερεσίνης. Aridanum autem radi-

cem intellige: Ξηρὰ δὲ καὶ λεῖα ἀλφές, λεπρας, καὶ λειχῆνας συμχεῖ. Adde et Theophr. Hist. IX. 10. H.

v. Quae psoram) Ψώρα sechiei genus est, corporis summam autem varia erosione depascens, furfurosa que magis quam squamosa ex se remittens. Vulgo, le mal saint Mein. At λειχήν impetiginosi morbi genus, quod mentagram Latinos vocasse Plinius auctor est, L. XXVI. 2. foedo pariter cutis furfure totos primum vultus, deinde vero et colla, pectusque et manus occupante, oculis tantum immunibus. Martial. XI. 99. Nec triste mentum, sordidique lichenes. Gallis, Dartre farineuse. *H.*

x. Parotidas) Παρωτίς. Tumores repentina sub auribus innatos, parotidas vocamus, inquit Theod. Priscian. I. 8. de parotidibus Galli, Parotide. *H.*

y. Pa-

cicatricibus colorem reddit. Et z. foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.

III. ¹ Elaterio a. tempestiuus est autumno b.; nec c. vllum ex medicamentis longiore aeuo durat. Incipit d. a e. trimatu. Si quis recentiore vti velit, pastillos in nouo fustili igne lento in aceto domet. Melius, quo ² vetustius: fuitque iam ducentis annis

Gg 4

ser-

1. Sic ex MSS. em Hard. cons. Ch. elaterium tempestiuum Gr. et Al. 2. vetustius erit, iamque. M.

y. Panos Janat) Τὰ Φύματα, τὰ πολυποειδή, tumores pani similes, sub fasciis et aribus ac inguinibus. Nonius in Optione, *Qui me miserum miserorem reddidit, quam panus puerum.* Dal.

Et panos) Diosc. Φύματα ἔηται. Φύμα tumor est praeter naturam obortus in quacumque corporis parte, cum inflammatione: et hos appellant aliqui panos. Cels. V. 25. panus dicitur tumor non altus, latus, in quo quiddam pustulae simile est. Sunt qui Φύγεθλον dici Graece velint, et a phymate differre. Vide Gorraeum in Def. med. Apuleius, c. 113. tit. 3. pro panis tumores dixit. H.

z. Et foliorum; Diosc. I. c. Αρμόζει δὲ ὁ τῶν Φύλων χυλὸς ἐνσαζόμενος ὡταλγίας. Sic et radicis succum ad sonitum atrium emen-

dandum prodeesse celsus monet VI. 7. H.

a. Elaterio) Theophr. Hist. IX. 10. Τίλλεται δὲ τῷ Φθιωπάρῃ (τὸ σπέρμα) τὸ τε γὰρ Βέλτισον. Legitur autumno fructus: tunc enim optimus ad elaterium concinnandum. H.

b. Autumno) Nam planta Augusto floret, fructus autem Septembri perficitur Dal.

c. Nec vllum ex, etc.) Theophrast. cap. 14. L. IX. Hist. Dal.

Nec nullum) Theophr. Hist. IX. 14. H.

d. Incipit) A bimatu ad decennium vtile esse deiectionibus scribit Diosc. I. c. H.

e. A trimatu) Dioscorides in prologo praeter veratum nigrum et album, alia medicamenta scribit inutilia esse a trimatu: elaterium vere a bimatu ad decennium vtile

seruatum, vt auctor est f. Theophrastus. Et g. vsque ad quinquagesimum lucernarum h. lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam extinguat, scintillare sursum ac deorsum ¹ cogat. Pallidum i. ac laeve herbaceo ac scabro melius, ac leniter amarum. Putant k. conceptus adalligato semine adiuvari, si terram non attigerit. Partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita l. vt protinus ² ab enixu rapiatur extra domum. Ipsum cucumim qui magnificant, nasci praecipuum in Arabia, ³ mox in Arca-dia

1. cogit. M. 2. Sic ex MSS. em. Hard. protinus ab exitu Gr. ab ea eximatur et rapiatur. M. 3. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. mox Cyrenis, alii in Arcadia Gr. et Al.

vtile esse deiectionibus.

Dal.

f. Theophrastus) Nunc est in hist. IX. 14. H.

g. Et vsque) Humorem seruat ad illud vsque tempus: quare etiam tum lucernis admotum, lucem extinguit, ob humoris copiam: Αλλ' ἀχρι πεντήκοντα ἔτῶν σβέννυσε προσαγόμενον τὰς λύχνες αἵτια δὲ τῆς χρονιότητος ήγύροτης. Theophr. l. c. H.

b. Lucernarum lumina extinguit) Dioscoridi lucernarum luminibus obiectum, facile flagrat, et ardescit.

Dal.

i. Pallidum ac, etc.) Cum eandore nonnihil humidum

Dal.

Pallidum) Sic Diosc. IV.

154. candidum ac laeve, gustuque amarum; λευκὸν, λεῖον, πικρότατον τὴν γεύσει anteponit alteri quod scabrum est, et porracei herbidiue coloris: τὸ μέν τοι πρασίζον, καὶ τραχὺ, Φαῦλον. H.

k. Putant) Superstitione. H.

l. Ita ut protinus ab exitu rapiatur extra domum Scribo enixu, non exitu ex apographo scripto. Pint. Ab exitu rapiatur extra domum) De semine accipendum, quod raptim ab exitu foetus efferri domo vult, quod omnis mora periculosa sit, tanta vis educendi inest. Gelen.

dia, Cyrenis, alii tradunt, similem *m.* heliotropio, cuius inter folia et ramos prouenire magnitudine nucis iuglandis.¹ Semen *n.* autem esse ad speciem scorpionis cauda replexa, sed candida. Aliqui etiam ab eo scorponium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum iectus et semine et elaterio, et ad purgandum vterum aliosque. Modus portione virium ab dimidio obolo ad *o.* solidum. Copiosius necat. Sic et contra phthiriasin *p.* bibitur: et *q.*² hy-

G g 5

dro.

- i.* Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. Nucis iuglandis.
Semen. Esse autem ad speciem scorpionis cauda reflexa. *2.* Sic et *M.* hydropises Gr. et Al.

m. Similem heliotropio) Herbarii omnes comparant cum satiuo. Suspicio in auctoae Graeco, vnde Plinius haec sumpfit, scriptum fuisse ἀρχιν τίνουον εἶναι ἀλλαζ τρόπον, alteri cumeri similem esse, Pliniumque legisse ἡλιοτρόπιω. Qui-dam Heliotropio similem esse colore foliorum interpretantur. *Dal.*

Similem heliotropio) Tricocco nimitum, siue scorpuro heliotropio, de quo XXII. 29. Haec vero non de cumerere quoouis, sed Arabico, Arcadico, Cyrenaicoque accipienda sunt. *H.*

n. Semen) Semen cumerere illo peregrino inclusum intelligit. *H.*

o. Ad solidum) Ad integrum obolum. Diosc. I. c. Η δε τελεία δέσις, ὄβολος: η δε ἐλαχίση, ἡμιωβόλιον . . . πλεῖον γαρ ποθὲν πύδνυον ἐπιφέρει. *H.*

p. Phthiriasin) Φθειρίασις, pedicularis morbus est, in quo pediculi aceruatim percutim erumpunt. Gignuntur vero ii non in superficie cutis, vt furfures: sed in eius profundo, inquit Gorraeus in Def. med. *H.*

q. Et hydropises) MSS. omnes, hydropicis. Sed hydropises legi structura orationis iubet. Est autem hydrops morbus, quem Latini aquam inter eurem vocant: eius tres species Celsius definit, III. 21. *H.*

dropises. Illitum *r.* anginas *s.* et arterias *t.* cum melle et oleo vetere sanat.

IV. (II.) Multi hunc esse apud nos qui *v.* anginus¹ vocetur, ab aliis erraticus, ² arbitrantur. Quo decocto sparsa mures ³ non attingunt. ⁴ Idem podagrīs ⁵ cum ⁶ articuli morbis decoctum in aceto illinunt, praesentaneo remedio. Lumborum vero dolori semine ⁷ sole ficcato, dein trito, triginta

1. vocatur. Ch. 2. arbitrantur, cuius decocto. V.

3. Sic ex MSS. em. Hard. mures de eius medicina non atting. Gr. et Al. Haec, de eius medicina, superuacua videntur. 4. Idem. M. 5. et V. 6. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. cum articulorum morbis Gr. et Al. 7. Sic ex MSS. em. Hard. sic et Ch.

XX. *M. trium Ch. solo ficcato Gr. et Al.*

v. Illitum) Diosc. I. c. Συνωγχιμοῖς δὲ διάχεισμα πρεπτιμὸν μετ' ἐλαιοῦ παλαιᾶς, ἢ μέλιτος, ἢ χολῆς ταυγένες. De angina Celsus IV. 4. Pestiferum acutumque morbum in fauibus nostris anginam vocant: apud Graecos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor, neque rumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id συνάγχην vocant. Interdum lingua faucesque, cum rubore intumescent, vox nihil significat, oculi veriuntur, facies paler, singultusque est, id ως συνάγχην vocatur. Illa communia sunt: aeger non, cibum deuorare, non potionem potest: spiritus eius includitur. Le-

uius est, ubi tumor tantummodo et rubor est, cetera non sequuntur, id παρατυνάγχην appellant. H.

s. Anginas) Morbum fauicum grauissimum. Plaut. in Mostel. In anginam ego nunc me velim verti, ut beneficæ illi Fauces prebendam, atque enecem scelestam stimulatricem. Lucilius apud Nonium, Insperato abiit, quem una angina abstulit hora. Dal.

t. Et arterias) Hoc est fauces, angina scilicet et suffocatione spiritus laborantes. In fauibus enim aspera arteria est, quae spiritus conceptaculum, quo vox editur. H.

v. Qui anginus) Cucumis flexuosus Lobelio, a quo pingitur in Obseru. p. 363. ita dictus

ginta denariorum pondere in hemina dato aquae. Sanat et tumores subitos illitum cum lacte mulierum. Purgat *x.* eas elaterium. Sed *y.* grauidis abortum facit. Suspiriosis prodest. Morbo *z.* vero regio in nares coniectum. Lentigines ac maculas e facie tollit in Sole illitum.

V. Multi eadem omnia satiuis attribuunt. Magnum etiam in eis momentum. Namque et eorum semen, quantum tres digiti apprehenderint, cum cumino tritum, potumque in vino, tussientibus auxiliatur. Sed et *z.* phreniticis in lacte mulieris. Et *b.* dysentericis acetabuli mensura. Purulenta *c.* autem exspuentibus, cum cumino pari pon-

a. coniectum cum lacte. *Diosc.* *2.* nephriticis. *V.*

dictus a figura fructus, quem in horto Regio vidimus.

H.

x. Purgat eas) Mulieres.

H.

y. Sed grauidis) *Diosc.* IV. 154. Κινέ δὲ τὸ ἀλατήριον καμέμηνα, καὶ ἐμβρυακτεῖνες ἐν προσθέτῳ. Menses cier, et partus recat elaterium in pessō subditum. H.

z. Morbo vero) *Diosc.* I. c. Εγχυθὲν δὲ μετὰ γάλακτος εἰς τὰς ἔωθινας, ἵπτερον ἀποκαθαιρεῖ, etc. Cum lacte naribus infusum, regium morbum pellit, etc. Quis sit regius morbus dicemus s. 34. H.

a. Lentigines) Sic etiam

Marc. Empir. c. 19. p. 129. H.

b. Et dysentericis) *Intestinorum mala,* inquit Celsus IV. 15. iormina esse consueuerunt, δυσεντερία Graece vocatur. Intus intestina exbulcerantur: ex bis crux manat: isquemodo cum stercore aliquo, semper liquida, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quaedam carnosa descendunt. Frequens deiciendi cupiditas, dolorque in ano est, etc. Plin. Val. IV. 15. Semen cucumeris dysentericis ex lacte muliebri acetabuli mensura datum prodest. H.

c. Purulenta) *Plin. Val.* I. c. ad verbum. H.

pondere, et iocinēris vitiis in aqua mulsa. Vrinam d. mouet ex vino dulci, et in renūm dolore clysteribus simul cum cūmino infunditur.

VI. Pépones e. qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, et emolliunt aluum. Caro f. eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix g. sanat hulcera concreta in modum faui, quae ceria h. vocant. Eadem i. contrahit vomitiones: siccatur, et in farinam tusa datur quatuor obolis in aqua mulsa, ita ut qui biberit, quingentos postea passus

i. Eadem contra vomitiones Gr. et Al. Eadem ad cierdas. Cornar. ex Diosc.

d. Vrinam mouet) Plin. Valer. l. c. Diocles item Carystius, de tuenda valetudine I. apud Aihen. II. p. 68. cucumim elixum ad ciendam vrinam laudat in primis. H.

e. Pépones) Ad verbum haec Plin. Val. IV. 14. H.

f. Caro eorum etc.) Dioscordi τὸ βρέγμα: infusum: Ruellius legit, τὸ ξέσμα, ramentum contra infantium syriasis imponitur sincipiti, et admotum fronti pro ancollemate, oculorum fluxiones cohibet. Dal.

Caro eorum) Plin. Val. l. c. et Diosc. II. 164. Ἡ δὲ τὸ πέπονος σάρξ - ὁ Φθαλμὸς Φλεγμονὰς πραύνει. H.

g. Radix sanat) Iisdem verbis Marc. Emp. c. 4. p. 42. et Plin. Val. III. 22.

Diosc. quoque l. c. Τγιάζει δὲ καὶ ηγεία παταπλαθεῖσα μετὰ τὸ μέλιτος. H.

b. Quae ceria) Κηρία, et μελιηρίς, a faui mellisque similitudine, propter foramina, et mellei coloris emanantem humorem, ut testis Aetius, serm. VIII. cap. 15. p. 8. Tubercula, quae μελιηρία, id est, faui, inquit Celsus V. 18. H.

i. Eadem contrahit vomitiones) Vide Not. et Em. N. II. (hic coll.) Ead.) Contraria plane sententia prius legebatur, Eadem contra vomitiones siccatur. Quid igitur illa sibi volunt, quae proxime sequuntur, Cortex quoque vomitinem mouet? An non ea aperte significant eamdem modo cortici assignari vim, quae radici

passus ambulet. Haec *k.* farina et in smegmata adiicitur. Cortex quoque vomitionem mouet, faciem purgat. Hoc *l.* et folia cuiuscumque ¹ satiui illita. Eadem cum melle et ² epinyctidas *m.* sanant: cum *n.* vino, canis morsus. Item *o.* millepedae: sepa ³ Graeci p. vocant, oblongam, pilosis pedibus,

1. satiui. Illita eadem. M. *2. et epin. Ch.* *3. sepa*
Lucano tabificus seps multipedae, sepe. Ch. spea
Gr. et Al.

dici fuerat prius attributa? Adde Dioscor. II. 164. vbi de peponis facultatibus: 'Η δὲ ἐργά ξηρὰ, inquit, ποθεῖσα σὺν ὑδρομέλιτι < ὀλυῆ>, ἔμετες νίνει. Sicca radix ex mulsa drachmae bibita, vomitum ciet. H.

k. Haec farina et in smegmata) Etiam et smegmatis vicem obtinet, et faciei nitem conciliat, succus cum semine, auctore Diosc. II. 164. 'Ο δέ χυλὸς σὺν τῷ σπέρματι μιγεὶς ἀλεύρῳ καὶ ξηρανθεῖσι ἐν ἡλιῷ, σμῆγμα γίνεται ἐν πτυκιόν καὶ λαρπυντικόν προσώπε. De radice vero in farinam tusa consentit Plinius cum Galeno, de simpl. med. fac. VIII. p. 426. Est autem σμῆγμα medicamentum ad tergendum. Vnde et dentifricia tergendis dentibus sic appellantur. H.

l. Hoc et folia) Hoc praestant, inquit, nempe faciem purgant et folia satiui

eucumeris, trita et illita. H.

m. Epinyctidas) Cōrn. Cels. V. 28. Pessima pustula est, inquit, quae επιγυντίς vocatur; colore vel sublinida, vel subnigra, vel alba esse consuevit. Circa banc autem vebemens inflammatio est: et quum adaperta est, reperiuntur intus exhalceratio mucosa. Color est humoris suo similis; Dolor ex ea supra magnitudinem eius est: neque enim faba ea maior est. Atque haec quoque oritur in eminentibus partibus, et fere noctu: unde nomen quoque a Graecis η ἐπιγυντίς impositum est.) Haetenus Celsus. Est et alia ei voci vis, de qua dicemus s. 21. H.

n. Cum vino, canis morsus) Plin. Val. IV. 15. H.

o. Item millepedae) Subintellige, morsus sanat. Multipedam vocat idem s. 20. H.

p. Sepa Graeci) Σηπα, a tabe

dibus, pecori praecipue¹ nocuam q. Morsum tumor insequitur, et putreficit² locus. Ipse r. cucumis odore defectum³ animi. Coctos derafo cortice, & ex oleo⁴, et melle, iucundiores esse certum est.

VII. (III.) Cucurbita quoque silvestris inuenitatur, spongos r. a Graecis appellata, inanis, (vnde et nomen) digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascentes. Huius commanducatae succus stomacho admodum prodest.

VIII. Colocynthis t. vocatur alia, ipsa plena,
sed

1. noxiām. Vetus. 2. locus ipse. Cucumis. M. locus.
Reficit cucumis odore defectos animo. V. 3. animi
reiuocat Derafo. V. 4. ex oleo, aceto et melle Gr.
5. Sompbos Gr. et Al.

taba quam infligit suo mor-
su, in quo vis tabifica inest,
εγπτιη δύναμις. De hac
millepeda dicetur vberius
XXIX. 39. Alius ab isto
seps est, de quo Lucanus IX.
723. et Diosc. II. 70. serpen-
tis nimirum genus, aut la-
certae potius. H.

q. Nociuam) Sic libri
omnes, etiam MSS. Usus
et ea voce Phaedr. Fab. I.
29. Plerumque stulti risum
dum captant leuem, Graui di-
stringunt alios contumelia, Et
sibi nocuum concitant peri-
culum. H.

r. Ipse cucumis - defectum
animi) Subintellige, insequi-
tur, ex antecedentibus:
hoc est, pellit. Diosc. II.

163. de cucumere satiuo:
ἀντησθίστηται τοιούτης λειποθυμιῶν
δισφραγόμενος, olfactu de-
fectos animo recreat. H.

s. Sompbos) Vulgo mo-
mordica. Dalec.

Spongos a Graecis) Ita
MSS. omnes, a fungosa ni-
mirum laxitate, instar spon-
giae. Libri editi, somphos,
quae vox pariter inanem et
fungosum sonat. Marc. Emp.
c. 12. p. 92. Cucurbitae radix
quam Graeci sonchon appel-
lant: Forte spongon, rectius
H.

t. Colocynthis) Siue cucur-
bita silvestris. Diosc. IV.
178. Κολοκυνθίς, οἱ δέ νο-
λόκυνθα ἄγριον, οἱ δὲ στι-
νάνη πικρά, etc. H.

sed melior quam sativa. Vtilior *v.* pallida, quando eius sunt medicinae. Herbacea *x.* arefacta per se inanit aluum. Infusa *y.* quoque clysteribus, intestinorum ¹ omnibus vitiis medetur, et renum, et lumborum, et paralyssi: electo *z.* semine, aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias: tutissimo *a.* infunduntur oboli quatuor. Prodest *b.* et stomacho, farinae aridae ³ pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo regio vtiliter semina eius sumuntur, et protinus aqua mulsa. Carnes *c.* eius

cum

z. Sic ex MSS. em. Hard. cons: Ch. omnium vitiis Gr.

et Al. *2.* Sic et Ch. vide num legendum bibitur.

Dal. sic tussienti infunditur obolis quat. Gr. et Al.

3. puluis cum dec. mel. sumptus. *V.*

v. Vtilior pallida, quando eius sunt medicinae) Deme postrema quatuor verba ex apographo scripto. Pint.

Vtilior pallida) Sic eligendam cucurbitam Dioscorides admonet l. c. quum céperit ad colorem pallidiorem vergere, ἀρχόμενον μεταβάλλειν ἐπὶ τῷ ἀγχότερον. H.

x. Herbacea) Viridior, herbidique coloris. H.

y. Infusa quoque) Diosc. l. c.

z. Electo semine etc.) Aetius sapam, aur vinum dulce vetus seminibus exemptis infundit, et colatum per panum vinum, calfatumque bibendum dat: Paulus passum, Dioscorides mulsum aut passum incoquit, et sub dio refrigeratum bibi praecipit. Dal.

a. Tutissimo) Ita cod. Ch. et alii: quae lectio ut nobis magis arrideat, quam quae recepta haclenus sic tussienti infunditur obolis quatuor, facit ipsa orationis series, et medicinae ratio. H,

b. Prodest et stomacho) Lege ex Dios. Obest stomacho. Farina aridae pilulae cum decocto melle sumuntur. Medulla fructus, inquit Dioscorides, purgatoriam vim habet quatuor obelis sumptis cum mulsa. Quin etiam si et cum nitro, myrrha, melle cocto in catapotium coacta. Dalec.

c. Carnes eius) Decoqui in eum usum cum aceto, nitroque, iubet Diosc. IV. 178. H.

cum absinthio et sale dentium dolorem tollunt. Succus *d.* vero cum aceto calefactus mobiles fistit. Item *e.* spinae, et lumborum, ac coxendicum dolores, cum oleo si infrietur. Praeterea *f.*, mirum dictu, semina eius si fuerint pari numero ad alligata ¹ febribus, sanare dicuntur, quas Graeci periodicas *g.* vocant. Satuiae *h.* quoque rafae succus tepefactus auribus medetur. Caro eius interior sine semine, clavis pdeum, et suppurationibus, ² quae Graeci *i.* vocant apostemata. Decoctae *k.* autem vniuersae succus, dentium motus stabilit, et dolores inhibet. Vinum *l.* cum ea feruefactum, oculorum etiam impetus. Folia eius cum recentibus cupressi, contusa, et imposita: ipsa quoque tosta in argilla, ac trita cum adipe anseris vulneribus ³ medetur.

Nec

1. febres sanare. V. *2. quae V.* *3. medentur. M.*

d. Succus) Plin. Val. I.
66. H.

e. Item spinae) His vero morbis non succum prodest, sed semen contritum, Marc. Emp. prodidit c. 25. p. 173. At succum Galenus quoque ischiadicis utilem fatur, de fac. simpl. med. VII. p. 193. et Diofc. I. c. H.

f. Praeterea) Superstitionem. H.

g. Graeci periodicas) Περιοδικοὶ πυρετοὶ, febres circulares, febrium circuitus, febres reduces, quae certis statisque diebus recurrent. H.

h. Satuiae quoque) Ita Diofc. II. 162. Marc. Emp. c. 9. p. 77. et Plin. Val. IV.

6. vbi eius rei auctorem Galenum laudat. Galeni locus est e. L. de alim. fac. VII. p. 139. Scrib. Larg. comp. 39. Ad auriculae et tumorem et dolorem sine bulcere, prodest cucurbitae ramentorum succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus. H.

i. Graeci - apostemata) Diofc. I. c. Οἰδηματα καὶ ἀποσήματα πρῶνεται. Αποσήματα suppurationem sanat: Galenus in definitionibus ait, esse transitum corporis ab inflammatione ad pus. Gallis, vne Apostume. H.
k. Decoctae autem) Diofc. I. c. et Plin. Val. I. 36. H.

Nec *m.* non ramentis corticis ¹ recentes podagras refrigerat, et *n.* ardores capitis, infantum maxime. Et ² ignes *o.* sacros, *p.* de strigmentis, vel his im-
positis,

i. recens. Ch. 2. sacros vel strigmentis impositis.

m. Nec non ramentis) Di-
osc. l. c. et Plin. Val. IV.
6. Vide N. et Em. N. III.
(hic pos.) Nec.) In MSS.
recens. Plin. Val. recentis le-
gisse videtur, hoc est, viri-
des. Sic enim ille IV. 6,
de cucurbita: *Dioscorides*,
inquit, *ramenta corticis viri-
dis in cucurbita laudat, ea-
rumque effectus sic tradit:*
Phtbiriasin (lege ex Diosc.
II. 162. *siriasim.*) *infantum*
cuti imposta depellunt cum
polenta: podagrae aestuanti,
et ignibus sacris cum pane sub-
ueniunt. Verba sunt Graeci
scriptoris. Τὸ δὲ ξέσμα αὐτῆς
παιδίοις σιριώσιν ὡφελί-
μως κατὰ τοῦ βρέγματος
καταπλάσσεται. Item Marc.
Emp. c. i. p. 35. *Cucurbi-*
tae viridis ramenta cerebro
imposta, infantibus quoque,
qui ex dolore capitis nauseam
patiuntur, validissime pro-
funt. H.

n. Ardores capitis, etc.) *Tῶν*
παιδίων σείριτιν. Paulus
c. 13. Lib. I. Ardores capi-
tis, adustionein infantium
vocat cap. 15. Lib. XXX. in-
fantum destillationes cap.
21. Lib. XXII. *Dal.*

Vol. VI.

Et ardores) Dioſc. et Plin.
Val. II. cc. Marc. Emp. c.
I. p. 35. Hunc capitis ar-
dorem in pueris Graeci *σει-*
ριάτιν vocant: hoc est, ex
vehementi solis aestu capi-
tis inflammationem. Adu-
stionem infantium appellat
idem L. XXX. 47. H.

o. Et ignes sacros) Ignis
sacer morbi genus ex pustu-
lis perexiguis in quibus sem-
per fere pus est, et saepe
rubor cum calore. Vulgo
S. Antonii ignem vocant,
le Feu S. Antoine. Saepius
tamen vbi Dioscorides *ἐρυ-*
σιπέλατα dicit, Plinius qui
ex iisdem fontibus hausit,
sacros ignes reddit; vix ut
aliud morbi genus intelle-
xisse eum existimandum sit.
Et in Glossis sane Graeco-
Latinis MSS. *ἐρυσιπέλας*,
sacer *ignis* dicitur. Sacer
autem, hoc est, crudelis et
peſſimus: quomodo Donatus
ad Virg. Aen. VII. vocem
sacer interpretatur: unde,
subdit ille, et *ignis sacer di-*
citur mōrbus, qui hominem
pernicioſe persequitur. Virg.
Georg. III. *Nec longa mo-*
ranti Tempore, contractos ar-
Hb. tus

positis, vel semenibus. Succus *q.* ex strigmentis, illitus cum rosaceo et aceto, febrium *r.* ardores refrigerat. Aridae *s.* cinis impositus mire combusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium consensu stomacho utilissimae iudicantur, et interaneorum vesicarumque exulcerationibus.

IX. Est *t.* et rapo vis medica. Perniones *v.* feruens impositum sanat. ¹ Item frigus pellit e pedibus

i. Sic ex MSS. em. Hard. Item frigus pellit e pedibus aqua decoctum. Et ius feruens Gr. et vulgg.

tus sacer ignis edebat. Liber miraculorum S. Theod. Abb. Remensis: Ea tempestate sacer ignis, quem Graeci heresipelam dicunt, etc. Qui eo morbo correpti Ardentes dicebantur olim: in Gallias saepe peruersit haec lues: cui D. Genouefae patrociniū remedium fuit: quare Lutetiae Parisiorum exstræta ei aedes, Ardentium cognomine. Qui ex hoc argumento scripserint auctores, vide apud Du-Cangium in Gloss. voce Ardentes. H.

p. De strigmentis) Hoc est, de ramentis. H.

q. Succus ex strigmentis) Dioſc. I. c. 'Ο δὲ χυλὸς τῶν ξυσμάτων, etc. Haec iisdem verbis Plin. Val. IV. 6. H.

r. Febrium ardores refrigerat) Aduſtione cutis in ardentī febre Ruell. apud

Dioscoridem. Ego vero ambustam igni summam cutem, πρὸς παυσημένην ἐπιφάνειαν. Strigmenta vocat τὰ ξυσμάτα, ramenta. Dal.

s. Aridae cinis) Ad verbum haec quoque idem Plin. Val. III. 36. H.

t. Est et rapo) Plin. Val. iisdem verbis, IV. 34. H.

v. Perniones feruens) Excavatae radici si ceratum rofaceous immittatur, et cinere feruenticoquatur, sic ut ceratum eliquescat, ulceratis pernionibus proficit. Dioſc. Perniones Moreti auctor eleganter describit hoc versu: Continuis rimis calcanea scisfa rigebant. Dalec.

Perniones) Plin. Val. I. c. Marcell. c. 34. p. 236. et Dioſc. II. 134. Est autem pernio χίμετλον, morbus pedum ex nimio frigore proueniens, et calcaneum maxime infestans hieme: unde

bus. *x.* Aqua *y.* decocti eius feraens podagrī etiam frigidis medetur: et crudum tūsum cum sale, cuicunque *z.* vitio pedum. Semen illitum *a.* et potūm in vīno, contra serpentes et toxica salutare esse proditur. A *b.* multis vēro antidoti vim habere in vīno et oleo. Democritus in totum ea abdicauit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus *t.* tulit, etiam *d.* Venerem stimulari ab eis professus: Item Dionysius: magisque, si *e.* eru-

H h 2

ca

I. extrulit. Vet. M.

de et nomen Graecum *χιμετλα*, perniones, et ambusta frigore. Vulgus in Gallia mulas vocat, avoir les mules aux talons. H.

x. Item frigus pellit e pedibus aqua decoctū. Et ius feraens podagrī etiam frigidis medetur) Quinque prima verba superioribus agglutina: reliqua sic legito: *Aqua decocti eius feraens, podagrī, etc.* ex apographo scripto. Pint.

Item frigus) Plin. Val. I. c. H.

y. Aqua decocti eius) Iisdem verbis. Plin. Val. I. c. *Aqua in qua discocta sunt, frigidis podagrī salubre fermentum est.* Dioſc. quoque I. c. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, ποδαγρος καὶ χιμετλων ἐσὶ πατάντλημα. H.

z. Cuicunque vitio pedum) Clavis, pernionibus, tumoriibus frigore excitatis, et aliis hoc genus. Dal.

a. Semen illitum) Dioſc. et Plin. Val. II. cc. H.

b. A multis) A Diocle et Dionysio, ut refert Plin. Val. I. c. Adde Galenū de antid. II. I. p. 899. H.

c. Democritus) Ad verbum haec quoque Plin. Val. IV. 44. Democrito Galenus subscrabit de fac. simplic. med. VI. p. 168. Hinc carmen illud in ore vulgi: *Ventum saepe rapis, si tu vis viuere rapis.* Et Schola Salernitana: *Rapa iuuat stomachum, nouit producere ventum, etc.* H.

d. Etiam Venerem) Dioſc. et Galen. II. cc. H.

e. Si eruca condirentur) Si eruca admiseretur, quae herba concitatrix Veneris est, ut dictum est superiore libro, l. 44. Ita Plin. Val. I. c. Audaculus nescio quis emendabat, *si muria condirentur.* H.

ea condirentur. ¹ Tosta f. quoque articulorum dolori cum adipe ² prodesse.

X. Siluestre g. rapum in aruis maxime nascitur, fruticosum, semine h. candido, duplo maiore, quam papaveris. Hoc ³ ad i. laeuigandam cutem in facie, totoque corpore, vtuntur, ⁴ mixta k. farina, pari mensura, erui, hordei, tritici, et lupini. Radix ad omnia inutilis.

XI.

1. Sic et M. et Ch. Cocta. Vet. Cato. Salmasius. Costa Gr. et Al. 2. prodest. Ch. 3. ad albicandam. M. virumque. Lege potius, dealbandam. Dal. ad laeuigandum. Ch. 4. Mixta vrina pari mensura. Erui — lupini radix ad omnia inutilis. Gr. et Al.

f. Tosta quoque) Plin. Val. l. c. Vide N. et Em. N. IV. (hic coll.) Tosta) Rapa videlicet. Prius costa legebatur: ab aliis cocta: a Salmasio, Cato quoque. Nos Tosta, tum ex MSS. R. Colb. etc. tum ex Plin. Val. IV. 34 haec totidem verbis ac syllabis describente, defendimus. H,

g. Siluestre rapum) Iisdem verbis Diosc. describitur, L. II. 135. γογγύλη ἄγρια. A Dodonaeo pingitur, p. 163. H.

b. Semine candido) Eoris nigro, intus candido. Diosc. l. c. H.

i. Ad laeuigandam) Diosc. ad detergendam. Q. Serenus, c. 12. de cutis et faciei vitiis propellendis, p. 131. Crudaque dulcacido mi-

scebis rapa liquori. Dulcacidum liquorem acetum vocat. H.

k. Mixta quoque) Vide N. et Em. N. V. (hic inf.) Mixta Naporum videlicet silvestrii radix inutilis. Insigniter corruptus hic locus ad hunc diem fuit: sic quippe legebatur: mixta vrina pari mensura. Erui, hordei, tritici, et lupini radix ad omnia inutilis. Quid causae est, amabo, cur de erui, hordei, ceterorumque radice agat, vbi tota in rapis oratio habitat? Et lupini radicem vt cetera omittam, commendat imprimis ad pellen-dam vrinam, L. XXII. 74. Detexit errorem Dioscorides. Sic enim ille II. 135. de rapo silvestri: Μίγνυται δὲ συγγεναῖ, προσωπά καὶ τοῦ

XI. (V.) Naporum *l.* duas differentias et in medicina Graeci seruant. *m.* Angulosis *m.* foliorum caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus *n.* seminarum, *o.* et vesicae et vrinae uti-

H h 3

*l. Angulosis caulib. folio apii, flor. anethi, quod. Ex
Diosc. Dal. alterum angulosis caulib. florentem, etc.
Cornarius.*

τοῦ ἀλλαχ χρωτὸς, ὅσα δι
ἀλεύεων, γινεται θερμίων,
ἢ πυρίων, ἢ αἰρίων, ἢ ὁρ-
βίων. Admiseretur in sme-
gmata, quibus ad detergen-
dam cutem, in facie, reliquo-
que corpore vuntur; quae
quidem ex lupini, tritici, lo-
lpii, aut erui farina fiunt. Et
de eruo sane diserte Plinius
XXII. 73. Farina eius macu-
las toto corpore emendat. De
lupinorum et erui farina,
ad eosdem usus Hippocr. de
morb. mulb. II. 67. p. 596.
H.

*l. Naporum duas differen-
tias) Bunii et buniadis, quae
negligentius confundit. Plinius.
Dal.*

*Naporum) Haec iisdem
fere verbis Plinius Val. IV.
33. Non unam eamdemque
virtutem in omnibus napis ex-
perita est medicina. Id enim
quod angulosis foliorum cau-
libus ad anethi floret similitu-
dinem, vesicae laboranti, item-
que cessantibus menstruis fe-
minarum decoctum ex aqua
mulsa virile existimant, etc.*

Has porro differentias, quas
in napis Graeci agnoscunt,
Plinius quidem affert in
medium, nec tamen pro-
bat. Cauter videlicet, nam
quod βέριον vocant, diuer-
sa longe planta a napo est:
efficit enim, praeter cete-
ra, similitudo cum anetho,
apioque, quam in bunio
Diosc. IV. 124. et Plin. Va-
ler. proxime laudatus, agnoscunt,
vt non aliam esse
existimem, quam saxifragam
Dodonaei Pempt. II.
L. V. 21. p. 312. quae
ob radicis affinitatem napi
quoque appellatione venire
forte potuerit apud Medi-
cos Graecos. H.

*m. Angulosis) Vtile, in-
quit, decoctum foliorum
eius generis quod est angu-
losis caulibus: bunion Grae-
ci vocant: vtile, inquam,
purgationibus seminarum,
et Diosc. quoque l. c. cau-
le esse quadrangulo anim-
aduertit, ναυλὸν ἀνίησι τε-
τράγωνον. H.*

n. Purgationibus) Galen.

le decoctum, potum ex aqua mulsa, vel succi drachma. Semen p. dysentericis tostum, tritumque in aqua calida, e cyathis quatuor. Sed q. vrinam inhibet, si non lini semen una bibatur. Alterum r. genus buniada appellant, et raphano et rapo simile: seminis praeculari contra venena: ob s. id et in antidotis vtuntur illo.

XII. Raphanum t. et siluestrem esse ¹ diximus. Laudatissimus in Arcadia: quamquam et alibi nascitur, utilior vrinae dumtaxat cienda. ² Cetero v. aestiuo usus in Italia, et armoraciam vocant.

XIII.

- 1. diximus, laudatissimum in Arcadia. Qui alibi. M.*
- 2. Cetero bilem detrabunt. Praeterea cortices in vino. Praeter ea quae circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, vrinam concitant. Est et satiui usus in Italia, et armoraciam vocant. Et satiui vero decocti Gr. et Al. Detrabit cortex in vino Praeterea. V. Legendum prorsus silvestris usus in Italia.*

de fac. simpl. med. p. 164.
et Plin. Val. I. c. H.

o. Et vesicae et vrinae)
Forte, et vesicae et reni,
cum Diosc. I. c. Σπληνίτε,
καὶ νεφροῖς, καὶ οὐσεῖ ἐπιτήδειον. Verum et per se
vrinas ciere, σηπτιμονεῖναι, idem prodit. H.

p. Semen dysentericis)
Plin. Val. IV. 33. ad verbum. H.

q. Sed vrinam) Plin. Val. I. c. totidem verbis. H.

r. Alterum genus buniada)
Diosc. II. 126. Haec Graecorum | Βενιάς Latinorum
napus est, eademque quae

γογγυλίς. Galen de əlim.
fac. II. 62. p. 367. Εἴτε
γογγυλίδα ιαλεῖν, εἴτε
βενιάδα τὸ Φυτόν τέ
το λαχανῶδες. De napis
ēgimus L. XVIII. 35. et
XIX. 25. Transcripsit et
hunc locum Plin. Val. IV.
33. H.

*s. Ob id) Plin. Val. I. c.
Andromachus junior, Andromachi senioris F. eius
qui Neronis αρχιατρος ex-
stitit, apud Galen. de an-
tid. I. 7. p. 877. βενιάδος
σπερματος, e femine bu-
niadis certum adhibet mo-
dum,*

XIII. Et satiui vero praeter x. ea, quae circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam y. extenuant, vrinam concitant, bilem detrahunt. Praeterea cortices in uno decocti, mane poti ad ternos

H h 4

cyathos

dum, theriacae e viperis concinnandae. H.

r. Raphanum) L. XIX.

26. H.

v. Cetero) Aestiuo nempe raphano. Vide Not. et Em. N. VI. (paulo post) De armoracia diximus XIX. 26. Cetero aestiuo usus) Hunc locum ita restituimus ex fide R. 2. cod. quum omnia mire perturbata prius, de prauataque sic legerentur: Cetero bile detrahunt. Praeterea cortices in vino. Praeterea, quae circa eos dicta sunt stomachum purgant, pituitam extenuant, vrinam concitant. Est et satiui usus in Italia, et armoraciam vocant. Et satiui vero decocti, mane poti ad ternos cyathos etc. Proh superi! Tantumne in bonos autores aut criticis aut librariis licuit, vt miscerent omnia ac pessum darent? Ineamus, si fieri potest, mendorum quae scatent, numerum. Cetero bile detrahunt. Orationis structura detrahit legi postulabat: antecedit enim: laudatissimus in Arcadia . . . alibi nascitur . . . utilior vrinæ. Mox, praeterea quae

circa eos: Geminata tam re- pente ea vox praeterea, Pliniue stilum et ingenium sapit? est et satiui usus in Italia, et armoraciam vocant. At armoraciam constat esse filiestris generis, quod ipse Plinius diserte confirmauit superiore libro, s 26. Deinde, quam frigida rursum repetitio earumdem vocum, Est et satiui usus, statimque, Et satiui vero. In MSS. Cetero aestiuosus. Pintianus legi volebat, Cetero aestiuosus ipse. Nos, vti speramus, paulo felicius, Cetero aestiuo usus in Italia, etc. H.

x. Praeter ea) Praeter ea remedia, quae circa raphanos iam dicta sunt. H.

y. Pituitam extenuant, vrinam concitant. Est et satiui usus in Italia, et armoraciam vocant satiuanam) Antiqua lectio pituitam extenuare, vrinam concitant. Cetero aestiuosus in Italia armoraciam vocatur. Scribo, Cetero aestiuosus ipse. Italia armoraciam vocat. Dioscorides Lib. II. Agrestis vero raphanus, quem Romani armoraciam vocant, folia satiuae

cyathos, comminuant et eiiciunt calculos. Idem in posca decocti contra serpentium morsus illinuntur. Ad z. tuſſim etiam mane ieunis raphanus prodest cum melle: Semen eorum tostum, ipsumque commanducatum, ad lagonoponon a.: Aquam foliis eius decoctis bibere, vel succum ipsius cyathis binis contra phthiriases: 2 phlegmoni ipsos illinere tusos, liuori c. vero recenti corticem cum melle: veternosis d. autem quam acerrimos mandare: semenque e. tostum, dein contritum cum melle, suspriosis. Idem f. et contra venena prouunt.

i. prodest. Cum melle semen. M. 2. phlegmonis. D.

uae similia habet, multoque magis lapsanae: radicem habet gracilem, mollem, sapore acri. Coquuntur oleorum modo folia et radix in cibo, estque illi calefaciendi et urinam ciendi vis: verumtamen ipsa aestuosa est. Pint.

z. Ad tuſſim) Sic Florentinus in Geop. XII. 22. p. 346. Nec multum discrepat Diosc. II. 137. ἐΦΘὴ δὲ ποιεῖ λαμβανομένη βήστερι χρονίας, καὶ τοῖς πάχος γεννώσιν ἐν θωρακι. Elixia vero si sumatur, valet ad eos qui diurna tuſſi infestantur, quique crassiores succos in pectore cumulant. H.

a. Lagonoponon) Ilium cruciatus e flatu, et calculo. Dal.

Ad lagonoponon) Λαγόνιον πόνων iliorum dolorem. H.

c. Liuori vero) Plin. Val.

III. 47. Marc. Emp. c. 19. p. 132. Radicis, inquit, quae manducatur; id est, raphani cortex tritus diligenter, et cum melle permixtus, illitusque, sugillationes atque liuores, qui ex ictibus eueniunt, celeriter absterget. H.

d. Veternosis, etc.) Veternum, siue animi, siue corporis stupiditatem et ignauiam vocant: stolidum Catullus, graue ac funestum Horat. appellat. Catullus, Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum, Si potest stolidum repente excitare veternum. Victorius cap. II. L. XIII. Dal.

Veternosis) Veternosus est, qui somno graui premitur, inquit Festus. H.

e. Semenque) Plin. Val. IV. I. H

f. Idem) Diosc. II. 137. et Florent. I. c. H.

sunt. ¹ Cerafis g. et scorpionibus² aduersatur:
³ vel h. ipso, vel semine infectis manibus impune
⁴ tractabis: impositoque i. raphano scorpiones
moriuntur. Salutares et contra fungorum aut hy-
scyami venena aequa, vt Nicander k. tradit. Et
contra viscum quoque dari Apollodori l. duo s iu-
bent: sed ⁶ Citieus semen ex aqua tritum, ⁷ Taren-
H h ⁵ tinus

- ¹. Cetero et sc. Gr. et Al. ². aduersantur. M.
³. vel, in M. d. ⁴. tractabilibus: imposito ra-
phano scorpionibus. M. ⁵. iubent, Scilleus et Ta-
rentinus. Scilleus semen. M. ⁶. Cilleus Ch.
⁷. Tarantinus Gr.

g. Cetero et scorpionibus
aduersatur) Antiqua lectio,
Ceteras eis scorpionibus ad-
uersatur. Scribo, Cerafis
et scorpionibus aduersatur,
ex Dioscoride L. II. Et con-
tra cerafiae, inquit, mor-
sus cum vino utiliter babitur.
Pint.

Cerafis) Vide N. et
Em N. VII. (hic ad.) Cera-
fis) Legebatur ante, Cete-
ro et scorpionibus. In MSS.
R. I. 2. etc. Ceteraseis. At
emendatione locum
egere Dioscorides admoni-
nuit II. 137. de raphano: vbi
contra cerafiae mortuum ex
vino potum auxiliari tradit:
Καὶ πρὸς οὐρανούς δῆγμα σὺν
εινῷ πινόμενον Βοηθεῖ.
Haud penitus tamen impro-
banda prior scriptura. H.

b. Vel ipso) Ita etiam
MSS. omnes, sic et Florent.

in Geop. XII. 22. p. 346.
Εἰ δέ τις χυλῷ ἐχθρίδος
ἐπιμελῶς τὰς χειράς ἔσυ-
τε χρίσει οὐκτείφει, αὐθό-
βως καὶ ἀνιδύνως ἐρπετῶν
ἐπιληψταῖ. Habet eadem
Diophanes XIII. 9. p. 367.

i. Impositoque) Florenti-
nus, et Diophanes ll. cc.
H.

k. Nicander) Contra hy-
scyamum prōdesse scribit
Nicander in Alexiph. p. 159.
aduersus fungos, p. 167.
De fungis quoque Diose.
II. 137. Et Scrib. Larg. comp.
198. Ad fungos venenatos:
Adiuuantur autem radice ea
quam nos edimus, acri, quam-
plurima, per se, vel cum sa-
le manducata: eiusque semi-
ne, si ipsa non fuerit pota
ex vino. H.

l. Apollodori duo) De his
in Auctorum Indice. H.

tinus succum. Lienem *m.* item extenuant: iocineri prosunt, et lumborum doloribus. Hydropicis *n.* quoque ex aceto aut sinapi ¹ sumpti, et lethargicis. Praxagoras et iliosis dandos censet: Plinonicus ² et *o.* coeliacis. Intestinorum *p.* hulcera sanant: ³ ac purulenta praecordiorum, si cum melle edantur. Quidam ad haec coquere eos in luto ⁴ malunt: sic et feminas purgari. Ex *q.* aceto et melle

- 1. exsumpti M. Lego, praesumpti. 2. et colicis Vet. coeliacis. Ch. 3. Sic ex MSS. em Hard. at Gr. et Al. 4. Sic ex MSS. em Hard. in luto illitos malunt Gr. et Al. Lego eas luto oblitos. M.*

m. Lienem item) Diosc.
I. c. semini raphani hanc vim adiudicat, quod ex aceto bibatur. Florentinus quoque I. c. H.

n. Hydropicis) Diosc. et Florent. II. cc. H.

o. Coeliacis) Stomacho tamen aduersari Dioscorides testatur. Verum coeliacis prodest, quoniam vrinas ciet. *Dal.*

Et coeliacis) Coeliacus dicitur, qui morbo ventriculi coeliaço laborat. De quo Celsus IV. 12. *In ipsis ventriculi porta consistit is, qui et longus esse consuevit, κοιλιακός a Graecis nominatur.* Sub hoc, venter indurescit, dolorque eius est. Alius nihil reddit, ac nespiritum quidem transmittit: extremae partes frigescunt: difficulter spiritus redditur. Aliter et breuius Scrib.

Larg. comp. 95. *Coeliacus*, qui subito vniuersa deiicit. Marcell. Emp similiter, c. 27. p. 186. *Ad coeliacos, inquit, Qui subito et multa defundunt.* H.

p. Intestinorum hulcera sanant) Illa detergendo: alioquin irritant. *Dal.*

q. Ex aceto) Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Ex aceto*) Num locus hic mutillus sit, considerandum amplius. Nam Plin. Val. qui totum fere opus suum ex Plinii nostri verbis contexit IV. 1. de raphani virtutibus ita habet: *Semine raphani cum melle trito et sumpto, susprium mitigatur. Solus cum sale sumptus ventris animalia extinguit.* Nihil tamen sine vade mouere ausim. Quod vero ad periodum proxime insequentem attinet, quae ha-
- stenus

melle sumpti, intestinorum animalia detrahunt. Item r. ad tertias decocto eorum poto¹ cum vino. Enterocelis s. profundunt: sanguinem t. quoque inutilem v. sic extrahunt. Medius x. ad haec et sanguinem exscreantibus coctos dari iubet: et y. puerperis ad lactis copiam augendam. Hippocrates z. 2 capitum mulierum defluvia fricari raphanis: et super

1. cum vino enterocelis profundunt Gr. et Al. 2. capillos mul. defluos. M.

Etens ita legebatur perpetua serie Item ad tertias decocto eorum poto cum vino enterocelis profundunt: in duas distrahendam esse partes ex Plinio Val. et Marcello Emp. constat: ut prior illa, ad tertias decocto eorum poto, cum vino, ad superiorem morbum spectet, nempē ad intestinorum animalia detrahenda: posterior, noua ibi instituta periodo, ad enterocelas. Marcelli haec verba sunt, c. 28. p. 200. Raphanus ex aqua ad tertias decoquitur, eaque vino mixta, ad exstirpandas tineas utiliter bibitur. Plinii vero Val. II. 21. Tineis purgandis: Raphani decoquuntur ex aqua ad tertias, et ea aqua vino miscentur. H.

r. Idem ad) Marc. Emp. c. 28. p. 200. et Plin. Val. II. 21. ad tineas eliciendas. H.

s. Enterocelis) Εὐτεροκήλη, ramex intestinorum, descensus intestini in alte-

rum naturae locum. Celsus VII. 18. de scroto loquens: Interdum vel ex morbo primum inflammatur, deinde postea pondere abrumpitur: vel ex ictu aliquo pretius rumpitur tunica, quae diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tum pondere ea deuoluitur ad omentum, aut etiam intestinum. Εὐτεροκήλην et Επιπλοοκήλην Graeci vocant, apud nos indecorum, sed commune his herniae nomen est. H.

t. Sanguineum) E pectore. H.

v. Inutilem) In vesica concretum et intestinis: ex mariscis, et vtero Dal.

x. Medius) De eo in Auctorum Indice. Suffragatur ei quoque Diosc. II. 137. Marcellus, c. 16. p. 120 et Florent. in Geop. XII. 22. p. 346. H.

y. Et puerperis) Plin. Val. IV. 1. H.

z. Hippocrates) L. II. de morb.

super *a*. vmbilicum imponi contra tormenta vuluae. Reducunt *b*. et cicatricem ad colorem. Semen *c*. quoque ex aqua impositum, fistit hulcera, quae phagedaenas *d*. vocant. Democritus *e*. Venerem hoc cibo stimulari putat: ob *f*. id fortassis voci nocere aliqui tradiderunt. Folia quae in oblongis dumtaxat nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Vbi vero acrior raphani medicina admota sit, hyssopum dari protinus imperant. Haec antipathia *g*. est. At *h*. aurium grauitati succum raphani

morb. mul. f. 67. Ἡν δὲ γέωσιν αἱ τρίχες . . οὐκ οὐ μαδίσῃ, κύμινον ἐμπλαστεῖ ἡ ἄφανον τριπτὴν, etc. Πάφανος Hippocrati ubique raphanus est: brassica, πράσινη. Alopecias raphani affrictu sanari scribit et Florent. l. c. H.

a. Et super) De morb. mul. II. 78. H.

b. Reductum) Sic Florent. l. c. Et ad fugillata tollenda Galenus raphanum commendat, de simpl. med. fac. VIII. p. 224. H.

c. Semen) Iisdem verbis haec Marc. Emp. IV, p. 42. et Plin. Val. III. 22. sed apud hunc *faredines* corrupte legitur in libris editis, pro *phagedaenas*. H.

d. Phagedaenas) Φαγέδαινα, hulceris nomen ab exedendo. Est autem hulcus, quod huc atque illuc serpendo, cutem ac subiectam illi carnem, sed extimam

tantum, et in superficie constitutam, depascitur ac rodit. Celsus VI. 18. caput inscripsit, de phagedaenae in cole nascentis curatione, aitque esse cancri genus. Vide Pallad. in Hist. Lausiaca, c. 30. de Stephano abbe. Alia, praeter istam, phagedaena est, stomachi affectus, de quo alibi dicturi sumus. H.

e. Democritus) Et Plin. Val. IV. 1. H.

f. Ob id) Hoc ipsum auctoritate Florentini tradit auctor Geop. XII. 22. Ex quo intelligis ea quae libidinem incitant, vocem quoque laedere: uti e diuerso, quae Venerem inhibent, vocem iuuare. Nam Plinius XXVI. 61. auctor est, radicem Nymphaeae inhibere Venerem, et affuentiam geniturae, ob idque corpus ac vocem alere. H.

g. Haec antipathia) Raphanum

raphani instillant. Nam *i.* vomituris ¹ summo cibo esse eos, utilissimum est.

XIV. Pastinaceae *k.* simile hibiscum *l.*, quod molochen agriam vocant, et aliqui pistolochiam, ² hulceribus cartilaginis et ossibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota aluum soluunt, serpentes abigunt. Apum, vesparrum, crabronum ictibus illita ³ medentur. Radicem eius ante Solis ortum erutam inuoluunt lana coloris, quem *m.* natium vocant, praeterea ouis quae feminam

1. primo. *Diosc.* supra cap. 5. *Lib. XIX.* ieunis dan-
dos. *2. vberibus, cartilagini.* *M.* *3. illata Gr.*

num humectare, hyssopum vero calidum natura esse, docet Hippocr. de diaeta II. 25, et 26. H.

b. Et aurium) *Marc. Emp. L. de medic. c. 9. p. 75.* Raphani quoque, inquit, *id est*, radicis quae manducatur, succus infusus auriculae dolenti, infinitum prodest. H.

i. Sunimo cibo esse eos) *Ieunis cap. 5. L. XIX. Dal.*

Nam vomituri) *Hoc est, primo cibo, et a ieunis. Diosc. II. 137.* Αρμόζει δέ καὶ τοῖς εμεῖν μέλλουσι προεσθιομένη. Atque ipse quidem Plinius, libro sup. f. 26. de raphanis, *Medici suadent*, inquit, *dandos cum sale ieunis esse*, atque ita vomitionibus praeparant meatum. Ita etiam Cels. I. 3. *Qui vomere post cibum volet, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere: si difficilius, aquae,*

vel salis, vel mellis paulum adiicere. *At qui mane vomiturus est, ante libere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam* *debet.* Quando praeterea iuuet ex raphano ciere vomitum vide ap. Galen. *κατὰ τοποὺς* II. H.

k. Pastinaceae) Illud ipsum, de quo egimus L. sup. 27. Id vero a nonnullis perperam appellari μολόχην sive μαλάχην ἄγριαν, hoc est, maluam agrestem, et πισολοχίαν obiter admonet. H.

l. Hibiscum) Elaphoboscum Officinarum. Pastinaca pratensis, cap. 15. L. XXI. Hibiscum, cap. 5. L. XIX. Dalec.

n. Quem natiuum vocant) Is aut niger est, aut fuscus, Φανός. *Dal.*

Quem) Is pullus scilicet colos est. De nativis coloribus egimus VIII. 73. H.

minam peperit, strumisque vel suppuratis alligant. Quidam ad hunc usum ¹ auro effodiendam censent: cauendumque ne terram attingat! ² Celsus n. et podagrīs quae sine ³ tumore sint, radicem eius ⁴ ex vino decoctam imponi ⁵ iubet.

XV. (V.) Alterum genus est o staphylinos, quod pastinacam ⁶ vocant. Eius p. semen contritum et in vino potum, tumentem aluum, et suffocationes mulierum, doloresque lenit in tantum, ut vulvas corrigat: illitum quoque e passo ventri earum ⁷ prospicit: viris vero ⁸ prodest, cum panis portione aequa tritum, ⁹ ex vino potum contra ventris dolores. Pellit q. et vrinam: et r. phagedenas hulcerum sistit recens cum melle impositum, ¹⁰ vel aridum farina inspersum. Radicem s. eius

Di-

1. aurora. V. 2. Celsus, in M. d. 3. humore.
 M. 4. in Ch. 5. iubent. M. 6. Sic ex
 MSS. em. Hard. conf. M. pastinacam erraticam vo-
 cant Gr. et Al. 7. prodest. M. 8. prospicit Ch.
 9. aut ex Dal. 10. vel arida eius farina inspersa
 Radicem Dieuches. Vet. vel aridae farinae inspersum
 Ch.

n. Celsus) IV. 24, de articulorum doloribus in manibus, pedibusque: *Vbi dolor, inquit, vebemens urget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore.* Nam si tumor nullus est, calidis fomentis opus est . . ac deinde noctu cataplasmata calefa- cientia imponere, maximeque bibisci radicem ex vino co- ctam. H.

o. Staphylinos) Pastinaceae genus agreste intelligit, de quo L. XIX. 27. Dioscoridi

III. 59 est οφυλίνος ἄγριος.
 H.

p. Eius semen) Plin. Val. IV. 32. H.

q. Pellit et vrinam) Ita. Diocles Carystius de tuenda valetudine I. apud Athen. IX. p. 371. Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 231. H.

r. Et phagedenas) Galen. l. c. Plin. Val. IV. 32. Diosc. l. c. H.

s. Radicem eius) Plin. Valer. l. c. H.

Dieuches contra iocineris, ac lienis, ilium, lumborum, et renum vitia, ex aqua mulsa dari iubet. Cleopantus et¹ dysentericis t. veteribus. Philistion v. in laete.coquit, et ad x. stranguriam dat radicis vncias quatuor: Ex y. aqua hydropicis, similiiter et z. opisthotonicis, et pleuriticis, et comitialibus. Habentes a. eam feriri a serpentibus negantur: ² aut b. qui ante gustauerint, non laedi. Percussis imponitur cum axungia. Folia contra cruditates manduntur. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortassis quoniam Venerem c. stimulari

1. dysenteriis. V. 2. ac qui august. laedi. Vet.

t. Et dysentericis) Sic etiam Plinius idem Valer. Dysentericis vetustis. H.
v. Philistion) Nempe ad dysenteriam et praeterea ad stranguriam: vti ex Plin. Val. intelligimus. H.

x. Ad stranguriam) Στραγγείων Graeci dixerunt, vrinae stillicidium, dum scilicet vrina non nisi per interualla stillis fluit. H.

y. Ex aqua hydropicis) Plin. Val. l. c. et Diosc. III. 59. H.

z. Opisthotonicis) Ὁπισθοτονικός dicitur, cui ceruix in posteriore partem ita contractis nervis diriguit, vt flecti non possit. Plin. XXVIII. 52. dolorem inflexibilem Ὁπισθότονον definit. Vide et quae dicturi sumus XXIII. 24. H.

a. Habentes) Sic Plin. Val. l. c. H.
b. Aut qui) Diosc. l. c. et Plin. Val. H.

c. Venerem stimulari, etc.) Quae id praestant medicamenta, Graeci ἐντατικὰ vocant, vtilia, quod, inquit Aegineta, ἐπὶ τῶν ἀπράκτων μορίων. Africanus in Astrolophistis, citante Fulgentio Placido, vocat συσίδας, ἀπὸ τῆς σύειν, id est, ἐντείνειν: ad quod verbum allusit, qui apud Comicum ἀσυάντα se vocavit: ὅτι σύειν εἰν ἐδύνατο, et qui apud Athenaeum dixit, Dianam μισεῖν τὰ σύμματα, nimurum pudendi distensionem, ac Venerem Had. Iun. cap. 13. L. IV. Dal.

Venerem stimulari) Diphilus

mulari hoc cibo certum est: ideo d. conceptus adiuuari aliqui prodiderunt. Ad e. reliqua et satiuia pollet. Efficacior tamen siluestris, magisque in petrosis nata. f. Semen satiuiae quoque contra scorpionum ictus, ex vino aut posca, salutare est. Radice g. eius circumscalpti dentes, dolore liberantur.

XVI. Syria in hortis operosissima est: Inde que proverbum Graecis: Multa h. Syrorum olera. Simillimam staphylino herbam serit, quam alii gingidion i. vocant, tenuius tantum et amarius, eiusdem-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. adiuuare Gr. et
Al. 2. serpentium M.

tus Siphnius apud Athen: IX. p. 371. qui et idecirco ait Φίλτρον id ad nonnullis appellari. Sic Plin. Val. I. c. H.

d. Ideo conceptus) Diosc. 1. c. Συνεργεῖ δὲ καὶ συλλήψει. H.

e. Ad reliqua) Diosc. 1. c. H.

f. Semen) Plin. Val. IV. 32. H.

g. Radice) Plin. Val. I. c. H.

b. Multa Syrorum) Πολλὰ Σύρων λάχανα: quo de proverbio, vide Cael. Rhodig. XXV. 25. p. 1188. et Erasmum Chil. l. cent. 8. Adag. 56. Id ad Syrorum ignauiam Caelius refert. H.

i. Gingidion vocant) Vulgo Bisnaga. Dal.

Gingidion) Galenus de alim. fac. I. 55. p. 364. T. VI. Πλεῖστον ἐν Συρίᾳ τὸ Γιγγίδιον Φύεται. Simillimum pastinaceae silvestri pariter Diosc. facit, II. 167. sed tenuius, amariusque. Graeci scriptoris verba sic legenda esse ex Crateua suo prodit Anguillara, part. 7. p. 107. Φύεται πλεῖστον ἐν Κιλικίᾳ τε καὶ Συρίᾳ, βοτάνη σαφυλινῷ μὲν ἔοινικῇ ἀγριῷ, λεπτοτέρᾳ δὲ καὶ πυκνότερᾳ, καὶ πινδὰ πρὸς τὴν γεύσει. Vulgo Bisnagha et Bisnaga vocant. A Matthiolo pingitur in Diofc. II p. 525. quale in horto Regio vidimus. Glossae Philoxeni: Cerepulum, γιγγίδιον: vbi eruditii, Cerefolium legi monent oportere: idque

demque effectus. Estur *k.* coctum & crudumque stomachi magna utilitate. Siccatur *l.* enim ex alto omnes eius humores.

XVII. Siser *m.* erraticum satiuo simile est, et effectu: stomachuni *n.* excitat, & fastidium absterget,

1. et conditum. Diosc. *2. exactos.* *3. fastidium absterget. Ex aceto . . . vel ex garo urinam ciet. Gr. et Al.*

idque adeo esse gingidion censent, quod Galli *Cerfeuil*, vocitant: falso imperiti Glostellarum concinnatoris errore delusi: neque enim cerefolium, γιγγίδιον est. H.

k. Estur coctum.) Iisdem verbis Diosc. l. c. Λαχανεύεται δὲ ὡρὸν καὶ ἐφθόν, καὶ ταριχευθὲν ἐσθίεται. *'Esi* δὲ εὐσόμαχον. Vide et Gal. de simpl. med. fac. VI. p. 166. H.

l. Siccatur.) Ita libri omnes. Fuit quum ex alio mallem. Sed ex alto idem valet atque ex imo ac profundo stomachi recessu, sinuue. H.

m. Siser erraticum) De satiuo dictum est, sup. l. s. 28. H.

n. Stomachum excitat) Radix ori suavis est, utilis stomacho, urinam ciet, appetitiam inuitat. Diocorid. sed de vulgari ac satiuo haec omnia. *Dal.*

Stomachum excitat) Diosc.

II. 139. Stomacho prodest, urinam ciet, appetitiam inuitat: εὐσόμαχος, θρητική, ορέξεως προκλητική. Vide N. et Em. N. IX. (hic pos.) *Stomachum* Praeposta-interpunctione hic locus ante laborabat. in hunc modum: *Stomachum* excitat, *Fastidium* absterget. *Ex aceto . . . vel garo urinam ciet.* Ut sic restituemus, auriculam vellet Galenus, et admonuit de alim. fac. II. 55. p. 364. de gingidio: Προσφέρουσι δ' αὐτό τινες δι' ἑλαῖς, καὶ γάρ τινες δὲ καὶ οἴνοι η ὄξος ἐμβάλλοντες καὶ πόλι γε μᾶλλον εὐσόμαχον τ' ἔσι, καὶ τὰς ἀποσίτες προτρέπει μετ' ὄξες ἐσθίομενον. Sunt qui ipsum cum olco et garo mandant; alii autem vinum etiam, vel acerum iniiciunt multaque magis ita stomachum iussat, collapsamque cibi appetitiam, si cum aceto sumatur, excitat. H.

get, ex aceto o. laſerpitiato ſumptum, aut ex pipere et mulſo, vel ex garo. Vrinam ciet, vt ¹ Opion credit, et Venerem. In eadem ſententia eſt et Diocles. Praeterea cordi conuenire conualeſcentium, ² aut post multas vomitiones ³ perquam vtile. Heraclides contra argento vium dedit, et Veneri q. ſubinde offenſanti, aegrifque ſe recolligentibus. Hicesius ideo r. ſtomacho vtile videri dixit, quoniam nemo tres fiferes edendo s. continuaret: eſſe tamen ⁴ vtile conualeſcentibus ad vinum tranſeuntibus. Satiui priuatim ſuccus cum lacte caprino potus ſiſtit aluum.

XVIII. Et quoniam plerosque ſimilitudo no-
minum ⁵ Graecorum confundit, contemimus et t. de
⁶ fili: ſed hoc eſt ⁷ vulgatae notitiae. Optimum

Massi-

1. Opinion. Ch. 2. et post. Ver. 3. eſſe perquam
Vet. 4. inutile. Ver. 5. Graecorum, in M. d.
6. Sefeli. Diſc. 7. Sic ex MSS. em. Hard. conf.
Ch. vulgaris Gr. et Al.

o. Laſerpitiato) Quod fue-
rit prius laſerpitiī ſucco di-
latum. H.

p. Opion) In MSS. Opi-
nion. Nos Opbelion, vt in In-
dice diximus, ſincerius ar-
bitramur. H.

q. Et Veneri... offenſanti)
Deficienti. H.

r. Ideo ſtomacho) Ita libri
omnes. Sunt qui velint
inutile legi. Fruſtra: idcir-
co vtile Hicesius ſtomacho
credidit, quod periculi nihil
fit, ne laigius ſumatur: ne-
minem enim eſſe, qui fife-
res tres edere continuo poſ-

ſit: modice porro ſumptos,
prodeſſe: nocere, ſi copio-
ſius edantur. H.

s. Continuarer) Sic Horat.
Serm. II. 6. Continuantque
dapes. H.

t. Et de fili) Veteribus Grae-
cis Σέλι ſiuſe Σίλι, idem fuit
quod recentioribus deinde
τέσελι. Herodoto in Eu-
terpe σιλικύπριον quod
Diſc. IV. 64. τέσελι Κύ-
πριον. Nec Graecis modo,
ſed et Latinis ſcriptoribus.
Festus: Silatum antiqui, pro-
eo quod nunc ientaculum di-
cimus, appellabant: quia ie-
nni

Massiliense *v.*: lato enim grano et fuluo est. Secundum Aethiopicum, nigrius. Creticum *x.* odoratissimum omnium. Radix *y.* iucundi odoris est. Semen *z.* esse et vultures dicuntur. Prodest *a.* homini ad tussim veterem, rupta *a.*, conuulsa, in vi-
no albo potum. Item *b.* opisthotonicis, et iocine-
rum vitiis, et torminibus, et stranguria, duarum
aut *c.* trium *z.* ligularum mensura. Sunt *d.* et folia

I i 2

vtilia

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Semen eius esse Gr.
et Al. *2.* linguarum. M. et Ch.

iuni vinum sili conditum ante meridiem absorbabant. H.

v. Massiliense) Tria haec genera in horto Regio vidimus. Massiliense a Lobelio pingitur in Obs. p. 457. Creticum siue Tordylium ab eodem, p. 425. Aethiopicum seseli frutex a Dodonaeo, p. 310. H.

x. Creticum odoratissimum omnium) Tordylium Diosc. qui et quod mox sequitur, Radix inc. etc. de Massiliensi scribit. Dal.

y. Radix iucundi) In tripli nempe genere proxime laudato. Diosc. quoque III. 60. de Massiliensi, ἡγεμονίᾳ, εὐώδης. H.

z. Prodest) Diosc. I. c. H.

a. Rupta, conuulsa) Πήγματα καὶ σπάσματα Graeci dicunt, ut Diosc. Εὔπορ. II. 34. p. 78. Πήγμα neruorum tendinumque fractura est, (alii arteriarum et venarum esse volunt) σπάσμα

eorumdem neruorum con-
uulsio, retractio, et quasi
quaedam complicatio. H.

b. Item) Orthopnoicis et
stranguria, mederi prodi-
dit similiter Galen. de fac.
simpl. med. VIII. 227. H.

c. Trium ligularum) In
MSS. trium linguarum. Lin-
gua, seu ligula, mensurae
genus est, quae et cochlear
dicitur: est autem pars quar-
ta cyathi, de quo L. XXI.
109. H.

d. Sunt et folia) Deprau-
tate etiam ibi scribitur:
contexamus et de sili: sed
hoc est vulgaris notitiae Emen-
da: contexamus et de seseli,
hoc est; vulgariae notitiae opti-
mum Massiliense. Salmas.
pag. 224.

Sunt) Et semen quoque
capris, ceterisque pecudi-
bus ad partum iuuandum
dari, scribit Diosc. III. 60.
Διδοται δε καὶ αἰξὶ καὶ τοῖς λοι-

vtilia, vt quae e. partus adiuuent etiam quadrupedum. Hoc f. maxime pasci dicuntur ceruae parturiae. ¹ Illinuntur g. et ² igni sacro. Multumque h. in summo cibo concoctionibus confert, vel folio, vel semine. Quadrupedum quoque aluum sistit, siue tritum potui infusum, siue ³ mandendo commanducatum e sale. Boum i. morbis tritum infunditur.

XIX. Inula k. quoque a iejunis commanducata, dentes confirmat, si vt eruta est, terram non attingat: condita l. tussim emendat. Radicis m. ve-

rō

i. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. illinitur Gr. et. Al.
2. igne Ch. 3. edendo manducatum cum sale. M.

λοιποῖς κτήνεσι πρὸς εὔτο-
νίαν ποτόν. H.

e. Quae partus adiuuent)
De semine id Dioscorides.
Dal.

f. Hoc) Vide quae diximus
VIII. 50. H.

g. Illinitur et igni sacro)
Quum in cirrum transit
Dal.

b. Multumque) Primo ci-
bo, vt supra s. 13. Semen
quidem e vino potum, con-
ferre concoctioni plurimum,
auētor est Diosc. I. c. Et
vinum filatum idcirco ante
meridiem bibere solitos ve-
teres fuisse paulo ante ex-
Festo diximus. H.

i. Boum) Faucibus scili-
cket. H.

k. Inula quoque) Ad ver-
bum haec Plin. Val. I. 36.
et Apuleius c. 95. t. 2. H.

l. Condita) Nempe con-
dita melle. Plin. Val. I.
58. Inulae puluere, inquit,
ligula plena melle mixto, et co-
cto, unam mane, et alteram sero
accipies: hoc tussi medetur, et
arterias lenit. H.

m. Radicis) In vino vide-
licet. Nam Marc. Emp. c. 28.
p. 200. Radix inulae, inquit,
in vino decoquitur, dein suc-
cus eius exprimitur, porisque
datur ad tineas enecandas.
Sed ea radix posteaquam eru-
ta est, terram non debet at-
tingere. Eadem habet pae-
ne totidem verbis Plin.
Valer. II. 21. De foliis
Apuleius, c. 95. t. 3. Ad
lumbricos: Herbae inulae fo-
lia ex vino trita, mirifice
quum bibuntur, necant lum-
bricos. H.

ro decoctae succus tineas *n.* pellit: siccatae autem in umbra farina tussi, et conuulsis, et inflationibus, et arteriis medetur. Venenatorum morsus abigit. Folia *o.* ex vino¹ lumborum dolori illinuntur.

XX. Caepae siluestres non sunt. Satiuae olfactu ipso et *p.* delacrymatione caligini medentur, magis vero succi *q.* inunctione. ² Somnum *r.* etiam facere traduntur, et hulcera oris sanare, com-

I i. 3 man-

1. *ischiaadi.* *Diosc.* 2. *Sorunium.* *Ch.*

n. *Tineas pellit*) Siue taenias. Ταύνιοι vocantur lati longissimique vermes, qui totius intestini longitudinem interdum adaequant. Veteres taenias et tineas indiscrete dixerunt. Sic Cato de R. R. c. 126. *Si tineae et lumbrici molesti erunt.* Scrib. Larg. comp. 140. *Ad tineas et lumbricos necandos.* Apuleius item, c. 35. *t. 4, Ad lumbricos et tineas.* Plin. Val. II. 21. *Tineae quoddam vitium ventris est,* etc. Q. Seren. c. 31. *de lumbricis et tineis purgandis,* p. 145. *Quid non aduersum miseris mortalibus addit Natura, interno cum viscere tinea serpens, Et lumbricus edax,* etc. Alias etiam Plinio nostro tineae. L. XI. f. 41. eae sunt fere, quas idem blattas appellat, XXIX. 39. quas simul, ceu diuersas, appellat. Horat. Sat. II. 3. *Stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulae.* H.

o. Folia ex vino) Plin. Val. II. 36. *Lumbis dolentibus curandis: Inulae foliorum, siue radicis pulueris denarii duo ex vini cyatho uno bibito, emendant.* H.

p. Et delacrymatione caligini, etc.) Significat delacrymationem acrimonia caeparum excitam oculorum caligini prodeesse. Galen.

Ex delacrymatione) Delacrymatio, inquit, acrimonia caeparum excita, oculorum caligini depellenda prodest. H.

q. Succi inunctione) Sic Diosc. II. 181. et Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 198. E Latinis Plin. Val. I. 18. Hippocratem sequutus: cuius, illud effatum est, L. de diaeta, ηρόμυνον την ὄψες ἀγαθῶν. H. cf. Reines. II. 8. p. 143.

r. Somnum) Plin. Val. IV. 26. H.

manducatae cum pane. Et s. canis morsus, virides ex aceto ¹ illitae, aut siccae cum melle et vino, ita ut post diem tertium soluantur. Sic t. ² et attrita sanant. ³ Coctam in cinere et epiphoris multi imposuere cum farina hordeacea, et genitalium hulceribus. Succo ^{v.} et ⁴ cicatrices oculorum, et albugines, et argema inunxere: et serpentum morsus, et omnia ^s vulnera cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum; ^r et ^x, in iisdem sonitum ac graui-

- i. illitae cum aceto, ruta, melle. Diosc.* ^{2. Sic et V.}
et tritae sanant Gr. et Al. ^{3. Tostum in cinerem.}
V. ^{4. νεφέλιξ, nubeculas.} ^{5. Sic ex MSS.}
em. H. conf. Ch. et omnia bulcera Gr. et Al.

s. Et canis) Diosc. et Plin.
Val. II. ec. H.

t. Sic et attrita) Attritus
nempe calceamentorum.
Vide N. et Em. N. X. (hic
pos.) Sic) Prius legebatur, sic
et tritae sanant. In MSS. tri-
ta. Emendandi Dioscorides
auctor fuit, qui L. II.
^{181. contra calceamentorum}
attritus utiles caepas esse pro-
didit: πρὸς ἐπτείματα
ὑποδημάτων χρήσιμος. H.

v. Succo) Diosc. l. c. Ci-
catrix porro νεφέλιον est,
vitium scilicet oculorum,
quod nubeculam vocant.
Paul. Aegin. III. albugines
et cicatrices ita distinguit,
ut has in superficie consi-
stere dicat, et non solum
 $\gamma\lambda\alpha\varsigma$, *sed et νεφέλια ap-*
pellari: illas vero λευκώμα-

$\tau\alpha$ dictas, altius progressas
cicatrices esse. "Αγγεμα vero
tum dicitur, quoties circa
orbem iridis, propinquasque
ei partes sic exulceratio
fit, ut extimae iridis partes
rubore, interiores vero al-
bescere videantur. "Αργη-
μου vocat Hippocr. de morb.
muk. II. H.

x. Et in) Diosc. II. 181.
Marc. Emp. de med. cap. 7.
p. 80. Caepae succus cum
melle permixtus et auriculae
instillatus, grauter audien-
tes emendat, dolorem sedat,
purulenta expurgat, vermes
enecat: aquam etiam quae
ingressa fuerit, et omnem
humorem educit. Plin. Val.
^{I. II. Caepae succum cum mel-}
le, quod in carbonibus cale-
ficies, et auriculae infundis,
mire sanat. Theod. Prisc.

grauitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle ¹ stillauere. Et *y.* ex aqua bibendum dedere repente ² obmutescitibus. In *z.* dolore quoque ad dentes colluendos instillauere, et plagis bestiarum omnium, priuatim scorpionum. Alopecias *a.* fricuere, et psoras, tufis caepis. Coctas *b.* dysentericis vescendas dedere, et contra lumborum dolores: purgamenta quoque earum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentium morsibus, ³ sepiisque *c.*, ⁴ multipedae ex aceto. Reliqua *d.* inter medicos mira diuersitas. Proximi *e.* ⁵ utiles esse praecordiis et concoctioni, inflationemque et fitim

I i 4

fa-

6. *instillauere. D.* 2. *obtumescentibus Gr.* 3. *ip-*
sas quoque. M. 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf.*
V. ipsasque multip. Gr. et Al. 5. *Sic ex MSS.*
em. H. inutiles V. inutilia Gr. et Al.

1. 7. *de aurium causatione:*
Sed et caeparum succum, cum
anserinis adipibus mixtum
similiter iniicito, et oui albo-
rem cum lacte mulieris. H.

y. Ex ex) Plin. Val. IV.
26. *H.*

z. In dolore) Plin. Val.

1. *c. H.*

a. Alopecias) Plin. Val.

11. *cc. Marc. Emp. cap. 6.*

p. 45. *Schola Salernitana:*

Contritis caepis loca denudata

capillis Saepe fricant, capitis

poteris reparare decorem. E

Graecis Diosc. et Galen.

11. *cc. H.*

b. Coctas dysentericis etc.)

Galenus c. I. L. II. Method.

Themison. apud Celsum c.

14. *Lib. IV. Mercurialis c.*

3. *Lib. I. Var. Dal.*

Coctas dysentericis) Plin.

Val. I. c. H.

c. Sepisque) Subintellige,
morsibus. De sepe multi-
peda, siue millepeda, su-
perius, f. 6. H.

d. Reliqua inter) Haec
totidem verbis Plin. Val.
IV. 26. *H.*

e. Proximi) Inter medi-
cos nouissimi, quos etiam
Plin. Val. sequutus est, c.
cit. de caepis: Dioscorides,
inquit, putat ex cibo earum
fitim accendi, inflationes fie-
ri, caput praegrauari. Dio-
scoridis verba referenda ex
L. II, 181. H.

facere dixerunt, Asclepiadis ¹ schola, ad *f.* colorem quoque ² validum profici hoc cibo. Et *g.* si iejuni quotidie edant, sirmitatem valetudinis custodiri: stomacho ³ utiles esse, spiritus *h.* agitatione: ventrem mollire, haemorrhoidas *i.* pellere, subditas pro *k.* balanis: succum cum succo fenicili contra incipientes ⁴ hydropices mire proficere. Item *l.* contra anginas, cum ruta et melle. Excitari *m.* ⁵ eisdem lethargicos. Varro *n.*, quae ⁶ sale, et acetato pista est arefactaque, vermiculis non infestari, auctor est.

XXI. (VI.) Porrum *o.* sectium profluvia sanguinis sistit in naribus contrito eo obturatis, vel gal-

- 1. Scholae. M.* *2. viquidum. Ver. pallidum. Aliud.*
3. Sic ex MSS. em. Hard. utiles esse accognitioni, ventrem mollire. M. utile esse spiritus a cogitatione.
Ch. utilia Gr. et Al. *4. hydropes. M. hyposchyses*
Diosc. *5. eadem. Ch.* *6. sale pisto cum aceto madefacta est. Ver.*

f. Ad colorem) Plin. Val.
1. c. Schola Salernitana de caepis: Non modicum sanas Asclepius afferit illas, Praesertim stomacho, pulcrumque creare colorem. H.

g. Et si iejuni) Plin. Val.
1. c. H.

b. Spiritus agitatione) Concitato ruetu; nam ruitus ventris exercitatio est. Dal.

Spiritus) Ea ratione quod spiritus agitet, inquit Plin. Val. *1. c. H.*

i. Haemorrhoidas) Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 198. H.

k. Pro balanis) Balani sunt glandes, et id quod glandis formam ad subducendam aluum in podicem manu inditur. Suppositorium vulgus officinarum vocat, *Donner un suppositoire à un malade.* H.

l. Item) Diosc. II. 181. H.

m. Excitari eisdem) Caepis scilicet, si largius edantur. Vide Celsum III. 20. et Diosc. *l. c. H.*

n. Varro quae sale) In Varronis Geoponicis, quae ad nos peruererunt, hoc non legitur. Dal.

o. Porrum sectium) De ca-

gallae mixto, aut mentae: Item ex abortu profluua, poto succo cum lacte mulierum. Tussi p. etiam veteri, ac pectoris et pulmonis vitiis medetur. Illitis foliis sanantur et ambusta, et epinyctides: ita q. vocatur ¹ hulcus; quae et syce, in angulo oculi ² perpetuo humore manans. Quidam eodem r. nomine appellant pusulas ³ liuentes, ac

I i 5

nocti-

1. *hulcus aciem hebetans et in ang. Alii. Certe in M. haec verba, quae et syce, desunt.*
2. *perpetim M.*
3. *Sic ubique MSS. pustulas Gr. et Al.*

capitato solum Dioscorides tractauit. Plinius ex auctoribus variis haec omnia confuse miscet ac consarcinat. *Dal.*

Porrum) Marc. Emp. c. 10. p. 83. *De porro sectiuo trito nares fluentes recte obturantur.* Et Plin. Val. de re med. I. 26. *Ad profluuum narium: In hoc casu, inquit, porro sectiuo trito nares obturantur.* De galla in hunc usum admiscenda meminit idem Marcellus. Addi mannae vel thuramicam iubet Diosc. II. 179. H.

p. *Tussi*) Plin. Val. I. 63. cui titulus: *Ad sanguinem exsereantes, et phthisicos affectus: Porri sectiuui succum cum lacte mulieris, cyathos duos ieiuno dabis repefactum.* Adde et Diosc. II. 179. H.

q. *Ita vocatur*) Alia épititidós acceptio haec est,

praeter eam, quam s. 6. attulimus. Est porro σύνη, hulcus in capite, superciliis, mento, ac podice, cui a sci similitudine nomen est: tuberculum videlicet hulcerosum, rotundum, subdum, rubicundum, cum dolore, in partibus praecipue, quae pilo vestiuntur: capite, palpebris, mento, etc. Σύκωσις Celso dicitur VI. 3. Et Scrib. Larg. comp. 38. *Excrecentem carnem, σύκωσιν quam vocant.* Lusit in hoc morbi genus Martialis, L. l. ep. 66. *Cum dixi ficos, rides quasi barbara verba, Et dici ficos, Caeciliane, iubes. Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.* Et ficos Plinius non semel de arborum fetu dixit: at femineo, ut vocant, genere, non virili. H.

r. *Quidam*) Quos inter. Celsus a nobis laudatus s. 6. H.

noctibus inquietantes. Et s. alia hulcera cum melle trito: vel bestiarum morsus ex aceto: item t. serpentium. ¹ Aurum v. vero vitia cum felle caprino, vel pari mensura mulsi: stridores cum lacte mulieris: capitis dolores, si in nares fundatur: dormiturisue x., in aurem duobus succi cochlearibus, uno mellis. Succus y. et ad serpentium scorpiounque ² istus bibitur cum mero, et z. ad lumborum dolores cum vini hemina potus. Sanguinem a. vero exscreantibus et phthisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Item b. morbo regio, vel hydropticis. Et ad renum dolores, cum ptisanae succo acetabuli mensura. Idem modus cum melle, vulvas purgat. ³ Estur vero et contra fungorum venena: imponitur et vulne-

z. Aliorum. Ch. 2. potus. Ch. 3. Tostus vero
estur. Vet.

s. Et. alia) Theod. Prisc. I.

17. H.

t. Item) Theod. Pr. I. 22.
de apum percussibus, vel scor-
pionum, ceterorumque ser-
pentium. Et porrum tritum
impositum, statim curat. H.

v. Aurum) Plin. Val. I.

IO. et IV. 20. de porro.
Aurum quoque dolores, in-
quir, cum felle caprino, vel
pari mensura usi, (lege mul-
si) compescuerunt. Plinius,
ipse noster XXVIII. 48.
taurinum fel ad aurum do-
lores et vitia commendat
cum porri succo. Diosc. quo-
que his adiungendus II. 179.
et Marc. Emp. c. 9. p. 80.
H.

x. Dormiturisue) Plin.
Val. IV. 20. et Marc. Emp.
c. 1. Porri sectiui succum
cochlearia duo, et unum mel-
lis, permixta, ituro dormi-
tum, vel in nares, vel in au-
riculam tepidum infunde, sta-
tim proderit. H.

y. Succus) Diosc. II. 179.
Sotion in Geop. XII. 29. p.
352. Theod. Prisc. I. c. H.

z. Et ad) Marc. Emp. c.
25. p. 172. et Plin. Val. II.
36. et IV. p. 20. H.

a. Sanguinem) Marc. Emp.
c. 16. p. 120. et Plin. Val.
IV. 20. H.

b. Item) Plin. Val. II. 59.
H.

vulneribus. Venerem c. stimulat, sitim d. sedat: ebrietates discutit: Sed e. oculorum aciem hebetare traditur: inflationem quoque facere, quae tamen stomacho non noceat, ventremque ¹ molliat. ² Voci f. splendorem affert.

XXII. Capitato g. maior est ad eadem effectus. Sanguinem h. reiicientibus succus eius cum 3 gallae aut thuris farina, vel acacia, datur. i. Hippocrates et sine alia mixtura dari iubet: vulvasque ⁴ contractas aperire putat: fecunditatem etiam feminarum hoc cibo ⁵ augeri. Contritum ex k. melle hulcera purgat. Tussim et l. distillationes thoracis, pulmo-

i. mollire. εύνοθιον. Diosc. 2. vocis. Ch. 3. gal-
la, aut. V. 4. contractis aperire se, putat. Ch.
5. augere. Ch.

c. Venerem) Diosc. l. c. H.

d. Sitim sedat) Hoc pa-
rum credibile, quoniam ca-
lidum et siccum est. Dal.

e. Sed ocul.) Diosc. l. c. H.

f. Voci) Diosc. l. c. οχ-
θαιγες δὲ καὶ τὴν ἀρτη-
γίαν, Aristot. f. II. probl.
39. p. 741. Διὰ τὸ τὰ πρά-
τα συμφέρει πρὸς εὐφωνί-
αν, ἐπεὶ καὶ τοῖς πέρδιξι.
Cur porrum voci confert?
Nam et perdici in ea re con-
ferre scimus. Sotion quo-
que in Geop. l. c. Vide
quae de Nerone dicta, L.
XIX. 33. H.

g. Capitato) Haec Plin.
Val. a nostro plane ad ver-
bum IV. 20. H.

h. Sanguinem) Plin. Val.
l. c. H.

i. Hippocrates) De morb.
mul. II. text. 89. p. 612. ac
L. de steril. text. 13. p. 630.
Item Plin. l. l. In vulvae
præclusione ac duritie, πρὸς
μύσιν καὶ σιληνίαν ὑσέρας,
porri capitati comam in
aceto coctam dari Diosc.
iubet II. 179. H.

k. Contritum) Marc. Emp.
c. 4. p. 42. et Plin. Val. III.
22. et IV. 20. H.

l. Tussim) Ad verbum
haec Plin. Val. IV. 20.
Marc. Emp. c. 16. p. 116.
Porri contusi succus expref-
sus, cum oleo decoctus, et epo-
tus, plurimum ¹ tuſſientibus
prodest. H.

monis et *m.* arteriae vitia sanat, datum in *n.* sorbitione ptisanae; vel crudum, ¹ praeter *o.* capita, si-
ne pane, ita ut alternis diebus sumatur: vel *p.* si
² pura exscreentur. Sic *q.* et voci, vel Veneri, som-
noque multum *r.* confert. Capita *s.* bis aqua mu-
tata

t. ita ut tria capita sine pane alternis diebus sumantur:

V. 2. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. puru len-
ta Gr. et Al.

*m. Pulmonis et arteriae
sana vitia)* Rectius in anti-
quo codice pulmonis et arte-
riarum sanat vitia. Nam
canalem illum qui gulæ
coniunctus est, quoque me-
at spiritus, et Cicero in li-
bris ad Herennium et prae-
ter Ciceronem alii, arterias
numero multorum libentius
quam numero vnitatis ap-
pellant. *Pint*

n. Sorbitione) Siue ptis-
nae dicatur, de qua L.
XVIII. 15. siue aliciae de
qua L. eodem f. 29. nihil
interest. Marc. Emp. c. 15.
p. 106. *Puliculam ex ali-
ca facies, in quam capita
porrorum contusa mittes, et
simil decoques, et deinde co-
labis, et sorbitione ea contra
faucium molestias, quum vo-
lueris, vteris.* Et c. 17. p.
124. *Vtiles sunt inter initia
quamuis molesta, suspiciose
sorbitiones de porro capitato
factae, et ex vrtica et na-
sturtii semine. Haufere
isti a Celso IV. 4. qui ad
tussim sorbitiones commen-*

dat, in quibus porrum inco-
ctum tabuerit: cibumque mol-
lem, ut maluam, et vrticam.
H.

o. Praeter) Demptis ca-
pitibus, folia vti cruda edan-
tur. Sic in morbo haud
multum absimili, Plin. Val.
l. 28. *Ad stillationem na-
rium ex humore: Porri capi-
tati folia cruda sine pane
eduntur.* Idem de sectio
Marc. c. 14. p. 120. *Vuae
distillationi --- profundit porri
sectiui folia non cocta, sine
pane, assidue manducata.* *H.*

*p. Vel si purulenta exscre-
entur)* Pura non purulenta,
in eodem. *Pint*

Vel si) Etiam si e thorac-
e pus exscreetur. Diosc.
II. 179. *Ανάγετα ἐν θώρα-
κος.* *H.*

q. Sic et) Haec totidem
verbis Plin. Val. IV. 20.
H.

*r. Somnoque multum con-
fert)* Dioscoridi δυσόνειγον
tumultuosum somnum parit.
Dal.

s. Ca-

tata cocta, aluum fistunt, et ¹ fluxiones veteres.
Cortex decoctus illitusque inficit t. canos.

XXIII. Allio magna v. vis, magnae utilitates contra x. aquarum et locorum mutationes. Serpentes y. abigit, et scorpiones odore: atque z., vt aliqui tradidere, et bestiarum omnium iectibus medetur, potu, vel cibo, vel illitu. Priuatim a. contra haemorrhoidas prodest, cum vinō redditum vomitu. Ac b. ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat: item hyoscyamum: canum c. morsus, ² in quae vulnera

cum

i. inflationes. V. 2. inque. M.

s. Capita) Plin. Val. I. c. H.

t. Inficit) Canitem pellit, capillosoque denigrat. H.

v. Allio) Ad verbum haec Plinius Val. IV. 17. H.

x. Contra) Plin. Val. I. c. Peregrinantibus esui datum, minime patitur eos aquarum ac locorum mutatione permutari. H.

y. Serpentes) Plin. Val. I. c. et Simeon Sethi, L. de alim. tit. de allio: Φεύγοις δὲ τέτο καὶ οἱ ὄφεις, ὥσπερ καὶ τὰ πήγανα, etc. H.

z. Atque) Plin. Val. I. c. et auft. Geop. XII. 30. p. 353. H.

a. Priuatim) Αἴωνεῖς non morbi hoc loco, sed serpentis quoddam genus

est, lex eo dictum, quod morfu sanguinem eliciat, et dissolutis venarum commerciis, quidquid animae est, euocet per cruentem, vt refert Solinus, c. 27. p. 51. De eo Lucanus IX. 708. At non stare suum miseris passura cruentem, Squamiferos ingens haemorrhios explicat orbes. Vide Saraceni notas in Diosc. II. 182. De serpente porro hic agi, non de morbo venarum ani, qui haemorrhios quoque appellatur, vel ex operationis serie ipsa constat. H.

b. Ac ne) Diosc. II. p. 182. H.

c. Canum) Diosc. I. c. et Plin. Val. III. 51. IV. 17. H.

cum melle imponitur. Ad *d.* serpentium quidem ictus potum cum restibus *e.* suis efficacissime ex oleo illinitur: attritisque corporum partibus, ¹ vel si *f.* in vesicas intumuerit. Quin *g.* et suffitu eo ² secundas partus euocari existimauit Hippocrates: cinere *h.* eorum cum oleo, capitis hulcera manantia sanitati restituens. Suspiriosis coctum, aliqui crudum ³ id tritum dedere. Diocles *k.* hydropicis cum cenu-
tau-

- i. vel si vesica intumuerit. M.* *2. secundas et partus.*
V. secundas a partu. Aliud. Lego, secundos partus,
vii c. ii. *3. Sic et. M.*

d. Ad serp.) Haec ad verbum Plin. Val. IV. 17. H.

e. Restibus suis) Radiculis bulbo subadnexis. Alii, *vestibus*, id est, membranosis corticibus. *Dal.*

Cum vestibus) Cum foliis. H.

f. Vel si) Etiam si partes eae attritae, in vesicae morem intumescant. Plin. Val. I. c. *Quaeque in vesica (lege, in vesicas) tumescunt, lenit impositum.* H.

g. Quin et.) Et eſu quoque allii, secundas euocari auctor est idem Hippocrate de morib. mul. I. 74. Suffitu vero Plin. Val. I. c. ex eodem Hippocrate, et Dioc. II. 182. Secundas porro *ὑγέαν*, Latini pariter ac Graeci membranam eam vocant, qua partus obuolutus vtero prodit, quae et secundina dicitur. Vulgo ab Anatomicis, *l'arriere faix.* H.

b. Cinere eorum) Plin. Val. IV. 17. et Marc. Emp. c. 4. p. 40. *Allium cum sua veste comburitur, cinisque eius ex oleo capiti bulce-ro imponitur.* H.

i. Suspiriosis) Vide Not. et Em. N. XI. (hic coll.) *Suspiriosis)* Vocem hanc tritum adiecimus, tum ex MSS. exemplarium fide, tum ex vetustis scriptoribus geminis, quorum alter a Plinio nostro, ab altero Plinius ipſe hauiſſe videtur. Nam Plin. Valer. IV. 17. de allio: *Suspiriosis quidem, inquit, per se crudum, aliqui et cum lacte tritum dedere.* Cels. IV 4. *de difficultate spirandi.* *Datur etiam uti-liter frictum allium, dein contritum, et cum melle mix-tum.* H.

k. Diocles) Ad verbum haec Plin. Val. I. c. H.

taurio, aut *l.* in fico duplice ad euacuandam aluum: quod efficacius praestat viridi cum coriandro in me-
ro potum. Suspiriosis *m.* aliqui et tritum in lacte
dederunt. Praxagoras *n.* et contra morbum regium
vino miscuit: et contra ileum in oleo et pulte:
sic illinens strumis quoque. Antiqui et insanien-
tibus dabant crudum. Diocles *o.* phreneticis elixum.
Contra anginas tritum imponi, et *i.* gargarizare
prodest. Dentium *p.* dolorem tribus capitibus in
aceto tritis *z.* imminuit, vel si decocti aqua colluan-
tur, addaturque ipsum in caua dentium. *q.* Auribus
etiam instillatur succus cum adipe anserino: *r.* phthi-
riases

i. gargarizzare. Ch.

z. minuit. Ch.

l. In fico duplice) Inter duas ficos exceptum: vel, fico portione dupla addito Dal.

Aut in) Plin. Val. III.
c. de hydropisi: *Allium vi-
ride,* inquit, *cum fico dupli-
ci malum euocat.* Et L. II.
de allio: *Viride cum corian-
dro et fico datum, aluum
mollire perhibetur.* Ficus du-
plex ea est quae reliquis
maior ampliorisque formae,
quae et marisca appellata
est, L. XV. 19. Vegetius,
art. vet. I. *Additne nouem
duplices ficus.* Idem alio lo-
co: *Ficus duplices viginti,
ruthae fasciculum.* Horat. sat.
II. 2. v. 122. *At nux orna-
bat mensas, cum duplice fico.*
H.

m. Suspiriosis) Plin. Val.
IV. 17. H.

n. Praxagoras) Plin. Val.
haec iisdem verbis l. c. et
L. II. 59. Q. Serenus, c.
59. de regio morbo pellen-
do, p. 161. *Allia trita dabis
vino madefacta calenti.* H.

o. Diocles) Et Plin. Val.
III. 9. H.

p. Dentium) Plin. Val. I.
36. et Diosc. II. 182. H.

q. Auribus) Plin. Val. IV.
17. Rursum hoc medicamen-
tum proponitur ad aurium
vitia XXIX. 39. H.

r. Phthiriases) Q. Sere-
nus, c. 6. de phthiriasi ar-
cenda p. 128. Saepius er-
go decet mordax haurire sina-
pi, Vel nitro ac sale permixtis,
acidoue liquore Laxatis, ve-
sunt simul allia, tangere cor-
pus. H.

riases et ¹ porriginēs s. potum, tufum item cum aceto et nitro compescit: distillationes cum lacte, vel tritum ² permixtumue caseo molli: quo generē et raucitatē extenuat: vel phthisin, in fabae sorbitione. In *t.* totum autem coctum utilius ³ est crudo, elixumque tosto: sic et voci confert. ⁴ Tineas *v.* et reliqua animalia interaneorum pellit, in aceto mulso coctum. Tenesmo in pulte medetur.

Tem-

- i. Sic et Vet. et Ch. πίτυγαι. Dioſc. furfures prurigines Gr. et Al.* *2. permistumque. V.* *3. est, in M. d.* *4. Taenias. Alii.*

s. Et porriginēs) Porrido,
Graece πιτυρίσις, est ubi
inter pilos quaedam quasi
squamulae affurgunt, eae-
que acutae resoluuntur, in
modum furfuris, et inter-
dum madent, multo saepius
siccae sunt. Fere in capil-
lo fit, rarius in barba, ali-
quando in supercilium. Cel-
sus VI. 2, Describitur satis
elegantior a. Q. Sereno,
cuius carmen recitabimus
f. 84. Vide N. et Em. N.
XII. Et) Prius et prurigines
legebatur. At erroris ad-
monuit Marc. Emp. c. 4. p.
40. Ad pityriasim, inquit,
et porriginēs capitīs, prodest
vngere caput allio trito ex
aceto et nitro. Nec non
Dioſc. qui L. II. 82. τὰ πί-
τύγαι allio quoque eximi
prodiderit. Adde conſen-
ſum exemplarium MSS. R.
Colb. Chiff. etc. in quibus
porriginēs, non prurigines

ſcribuntur. H.

t. In totum) Plin. Val. IV.
*17. H.**v. Tineas) Marc. Emp. c.*
28. p. 200. Plin. Val. II.
21. et IV. 17. Scrib. Larg.
comp. 140. Ad tineas necan-
das, eiiciendas per triduum
*allium plurimum edat, etc. H.**x. Tenesmo in pulte mede-*
etur) Sic legunt alii. Scribo
tenesmo non tenesmo; tum
ex archetypo nostro, tum
etiam ex Galeno in Diffini-
tionibus si legitima est fe-
tura, et Isagoge. item ex
Paulo tertio, et Diſcoride
saepe, omnibusque grega-
tim medicis, ne citando tun-
dam. Dici vero potest et
tenesmos et tineinos, a ver-
bo Graeco τίνεισθαι, hoc
est intendi. Paulus libro
citato eleganter, vt omnia,
hunc morbum diffinit his
verbis: Tenesmus est con-
tinua et implacabilis desiden-
di

Temporum *y.* doloribus illitum elixum: et pulsis coctum cum melle, deinde tritum. Tussi *z.* cum adipe vetusto decoctum, vel cum lacte: Aut *a.* si sanguis etiam excreetur, vel *x.* pura, sub pruna coctum, et cum mellis pari modo sumptum: Convulsis, ruptis, cum sale et oleo. Nam cum adipe tumores *b.* suspectos sanat. Extrahit *c.* fistulis via cum sulphure et resina; etiam arundines *d.* cum pice.

1. Sic ex MSS. em. H. conf. Ch. purulenta Gr. et Al.

2. ne in abscessum, vel gangraenam transeant. Alii. cancerosus. Alii. pestilentes, aut venenosos. Alii.

di cupiditas, qua nihil praeter modice cruenta vel mucosa egeritur. Pint.

Tenesmo) Plin. Val. IV. 17. H.

y. Temporum) Plin. Val. I. c. H.

z. Tussi) Crudum coctum-
ue allium in cibo sumptum
tussim lenire ait Diosc. II.
182. Q. Seren. c. 18. p. 136.
Interdum fauces tussi qua-
tuntur acerba: Allia tu-
sues decocta, et melle per-
uncta. Cels. IV. 4. vbi de-
russentibus. *Vtilis est, in-*
quit, cibus interdum mollis,
ut malua, ut vrtica: inter-
dum acer, ut lac cum allio
coctum. H.

a. Aut si sanguis. etiam excreetur vel purulenta) Non purulenta, sed pura, in eodem, ut supra etiam nota-
tum est. Pint.

b. Tumores) Quos esse pe-
Vol. VI.

stinentiales iure suspiceris
H.

c. Extrabit) Ad verbum
haec Plin. Val. III. 22. Et
Marc. Emp. IV. p. 42. *Allium contritum cum sulphure*
et resina, bulcerum et fistu-
larum quaelibet via extrabit.
H.

d. Harundines cum pice)
Harundinum infixas asfulas:
nam ex harundine sagittae
siebant. *Dal.* *Etiam ha-*
rundines cum pice) Scribo
birudines, hoc est sanguis-
gas, non harundines, ex
antiquo exemplari. Pint.

Etiam) Arundinum infixas corpori asfulas. Vide
N. et Em. N. XIII(hic coll.)
Etiam) Subintelligo, allium
extrahit. Ita libri omnes,
etiam MSS. Plane ut suspe-
cta sit fides antiqui exem-
plaris, ex quo Pintianus
birudines, hoc est sanguis-
gas

Kk

pice. Lepras *e.*, lichenas, lentigines exhulcerat, sanatque cum origano: vel *f.* cinis eius ex oleo et garo illitus. Sic *g.* et sacros ignes. Suggillata aut *h.* liuentia ad colorem reducit, combustum ex melle. Credunt *i.* et comitialem morbum ¹ sanari, si quis eo in cibo vtatur ac potionē. *k.* Quartanas quoque excutere potum caput visum cum laſerpitiū obolo in vino austero. Tussim *l.* et alio modo, ac pectorum suppurationes quantaſlibet sanat, ² frætae *m.* incoctum fabae, atque ita in ³ cibo ſumptum,

z. Sic et *M.* et *Ch* sanare Gr. et Al. *2.* factae. *Ch.*
3. cibos. *Ch.*

gas, reponere conatus est. Praefertim Marcello Empirico, Plinioque Valeriano, huie lectioni mire suffragantibus: scriptoribus quidem non eruditissimis, sed quibus tanen concedendum in hac parte plurimum, quum opus ambo suum ex Plinii fere sententiis verbis que concinnarint. Et ille quidem c. 34. p. 233. *Allium elixum*, inquit, cum pice impositum, arundines extrabit corpori adfixas. *Felix radix trita arundinem extrabit*: rursum arundinis radix, etc. Iste L. III. 49. *Ad extrabenda ea quae corpori infixa sunt*: *Allium elixum* cum pice, arundines extrabit, etc. H.

e. Lepras) Dioſc. II. 182. H.

f. Vel cinis) Plin. Val. III. 34. H.

g. Sic) Plin. Val. I. c. H.

b. Sugillata) Dioſc. I. c. et Plin. Val. III. 47. iſdem verbis. Sugillata Graecis, πὰ ὑπωπτια, partes ſunt circa oculos percuſſionibus contufae et liuidae: ſed et de omni contuſione corporis, et liuore, in qualibet parte, ea vox tum Latina, tum Graeca effertur. Glosarium: *Sugillare*, πλησσειν, ὑπωπτιαζειν. H.

i. Credunt) Plin. Val. II. 58. H.

k. Quartanas) Plin. Val. ad verbum, L. III. 6. H.

l. Tussim et alio modo) Senſus eſt; Tussim et hoc modo sanari, et illo altero remedio, iam contra quartanas dicto. *Gelen.*

m. Tussim) Praeter allatum proxime his verbis, *Tussim cum adipe veruſto decoctum*, *vel cum laſte*. Hic Gelenius cefpitauit. H.

n. Fractae) Plin. Val. IV.

ptum, donec sanitatem restituat. Facit et somnos, atque in totum rubicundiora corpora. Venarem quoque stimulat cum coriandro viridi tritum, potumque e mero. Vitia n. eius sunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, stomachum laedit copiosus sumptum, sitim o. gignit. Cetero p. contra pituitam, et gallinis et gallinaceis prodest mixtum farre in cibo. Iumenta vrinam reddere, atque non torqueri tradunt, ¹ si trito natura q. tangatur.

XXIV. (VII.) Lactucae r. sponte nascentis primum est genus eius, quam s. caprinam vocant,

K k 2 qua

i. si eo trito. M.

17. vbi haec transscripsit, in faba coctum dixit. H.

n. *Vitia*) Haec pariter Diosc. II. 182. Oculos hebetare prodidit etiam Hipp. de diaeta II. text. 24. p. 224. H.

o. *Sitim gignit*) Galeno cap. vlt. Lib. XII. methodi, allium sitim prorsus nullam facit. *Dal.*

p. *Cetero*) Vide quae diximus X. 78. H.

q. *Natura*) Naturae nomen pro genitalibus usurpat, verecundiae causa. Vide inferius XXII. 15. H.

r. *Lactucae*) Hoc est, silvestris, quae a sativa distat. H.

s. *Quam caprinam vocant*) Marinam, ex Corn. Celso, cap. 12. Lib. II. Eam autem tithymallum esse idem Celsius exponit cap. 7. L. V.

Sed cum ex tithymalli generibus platyphyllos verba-
seo simile folium habeat,
quod a lactucae figura non
admodum diuersum est, plati-
phyllon lactucam marinam dictum priuatim fuisse
docti putant. Dioscorides
succo lactucae silvestris po-
to ex posca ad duos obolos,
aquam per aluum elici tra-
dit. Lactucas in vniuersum
herbas omnes, quae la-
cteum succum amarum fundunt, Plin. hic appellasse
videtur imprudenter. *Dal.*

Quam) Hanc eo nomine

iam superius indicauit, XIX.

39. Marinam vocat Cels. II.

12. *Lactucae marinae lac*, in-

quit, cuius *Gutta pani adie-*
cita abunde purgat. Et III.

21. de aqua inter cutem:

Prodest etiam lactucae mari-

nae, quae grandis iuxta na-

scitur

qua pisces in mare deiecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Huius t. lac spissatum, mox in aceto pondere obolorum duum, adiecto aquae uno cyatho, hydropicis datur. ¹ Caule et foliis contusis, asperso sale, nerui v. incisi sanantur. ^x Eadem trita ex aceto, colluta matutinis bis mense, dentium dolorem prohibent.

XXV. Alterum est genus quod y. Graeci ² caesapon vocant. Huius folia trita, et cum polenta illita, hulceribus medentur. ³ Haec in aruis nascuntur.

^{i.} *Caule vero et. V.*

^{2.} *Sic et Ch. sesapon. V. esopon Gr. et vulgg.*

^{3.} *Hae in aruis innascuntur. M.*

scitur, semen cum aqua potui datum. Eadem τιθύμαλος est, ut dicetur XXVI. 39. Et testis quoque Celsius V. 7. *Lactuca marina*, inquit, quae a Graecis τιθύμαλος nominatur. Igitur illud est tithymali genus, quod paralium vocant, purgationibus aptum, de quo L. XXVI. Plinius ipse eiusdem L. XVI. 39. *Tithymalum nostri herbam lactariam* vocant, alii *lactucam caprinam*, etc. H.

^{t.} *Huius lac*) Diosc. II. p. 166. hanc vim eamdem lactucae silvestris lactii ascribit, eundemque fere dandi modum imperat: lactucae marinae semini, Cels. III. 21. H.

^{v.} *Incisi sanantur*) At potius puncti. Lac enim tithy-

mali cum fermento mixtum nerorum puncturis confert. Eo se usum fuisse in quodam rustico Galenus refert L. III. u. γένη. Dal.

Nerui) Ad hos usum adhibitum a se tithymali succum Galenus ipse prodidit κατά γένη, III. 2. p. 716. H.

^{x.} *Eadem*) Idem fere de tithymalo Diosc. IV. 165. H.

^{y.} *Quod Graeci esopon vocant*) Quod Graeci oesopon, οἴσοπον vocant. Nimurum succo turgentem, ἀπὸ τῷ οἴσειν τὸν ὄπέν. Alii, ἀπὸ τῆς ἀσης, id est, τῆς λυπῆς, καὶ ὄπε, ἀσοπον dictam volunt, quod succo sit ob amarorem ingratu: id quod mihi placet. Alii a verbo ἀσαι implere, asopon, quasi succa lacteo plenam, dictam malunt

tur. Tertium z. genus est in siluis nascens, isatin vocant. Huius a. folia trita cum polenta vulneribus profunt. Quarto b. infectores lanarum vtuntur: simile erat lapatho siluestri foliis, z nisi 3 plura Kk 3 haberet,

1. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. Quarto infectores vtuntur: quod glastum vocant, simile erat . . . nisi quod plura habet Gr. et Al. 2. nisi plura haberet et. Ch. 3. pinguiora. Diosc.

malunt. Lactuca ἔσοπτος, id est, ὀπώδης, sive ὀπὲ μεσή, Endiuia siluestris officinarum, quae folia habet profundissime laciniata et incisa. Pro lactuca silvestri pingit Dodonaeus. Dal.

Graeci caesapon) Sic libri omnes etiam MSS. tum hoc loco, tum huius loci indice. Dalecampius aesopon legit: sed in ea voce nugari eum recte Salmasius admonuit, in Solin. p. 258. H.

z. Tertium genus, etc.) Quoniam Dioscorides glasti siluestris folia, lactucae similia esse prodidit, ignoreranter Plinius cum lactucis eam plantam confundit: erroremque illum altero cumulat, quum post glastum siluestre, satiuum etiam lactucis adiungit. Dal.

Tertium) Lactucae vide-licet: quo nomine nunc comprehenduntur genera herbarum omnia, quae lacteum succum fundunt. Hanc porro isatin, quam in siluis nasci Plinius admo-

net, siluestrem intelligi ab eo perspicuum est, atque adeo diuersam ab ea qua infectores vti consueuerent: haec enim satiuua est, vti mox ex Oribasio docebimus: quod Salmasium fugit, l. c. H.

a. Huius folia, etc.) De satiuo id Dioscorides, nulla facta mentione polentae. Dal.

Huius) Sic Diosc. II. 216. nec paulo etiam expressius Galenus de simpl. med. fac. VI. p. 179. H.

b. Quarto) Isati nimirum satiuua. Oribas. L. XI. fol. 199. post Diosc. II. 215. et Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 179. *Isatis satiuua* herba est, qua tingendis lanis infectores vtuntur: folia plantaginis habet, pinguiora tamén, et nigriora. Siluestris vero isatis est satiuae similis: folia tantum habet maiora ad lactucae foliorum similitudinem. etc. De isati plura dicemus XXII. 2. Siluestris iconem exhibet Dodonae-

haberet, et nigriora. Sanguinem c. sifit. Phagedaenas et putrescentia hulcera, i. quae serpunt, satan: item tumores ante suppurationem. Contra ignem sacrum radice vel foliis prodest: vel d. ad lines² pota. Haec propria singulis.

XXVI. Communia e. autem sponte f. nascentibus, candor, caulis interdum cubitali longitudine, et g. ipso, et foliis scabritia. Ex his rotunda folia et breuia habentem sunt 4 qui h. hieraciam vocent,

1. et quae. Ver. 2. poru. Ver. 3. thyro. M. in ipso. Ver. 4. qui hieraciam. Cb.

donaeus p. 79. Satiuae idem, et Lobelius in Obs. p. 189. H.

c. Sanguinem) Haec totidem verbis Diosc. II. 215. de satiuia ifati; et Galenus l. c. Vterque post Hippocratem L. de hulcer. text. 7. p. 669. H.

d. Vel ad lienes pota) De silvestrii id Dioscorides. Dal.

Vel) Et Ifati quoque silvestri hanc vim attribuit Diosc. l. c. H.

e. Communia) Hoc est, silvestribus, superius explicatis. De satiuis inferius. H.

f. Sponte nascentibus) Silvestri lactucae. Diosc. Dal.

g. Et ipso) Et in ipso caule, et in foliis quaedam scabrities ineit. H.

b. Qui hieraciam vocent) Lege, Hieracium. Plinius hieracium cum lactuca osci-

tanter confundit, nec alibi vsquam Hieracii naturam explicat. Dioscoridis de hieracio haec verba sunt: Φύλλα ἔχει ἐπι διασημάτων ἐπεσχισμένα ἀραιῶς, σύγχω ἐμφερῆ τὴν περιφέγειαν. Plin. deceptus significacione vocis περιφέρεις, pro ambitu rotunditatem vertit. Dal.

Qui hieraciam) Galli vocant, Laitue sauvage, Apuleius c. 30. Graecis thridax agria dicitur, aliis hieracion.

Italis lactuca siluatica. Et tit. I. Ad oculorum caliginem: Dicunt aquilam, quam in altum volare voluerit, prospicere rerum naturas, lactucae siluaticae folium enellere, et succo eius sibi oculos tingere, et maximam inde claritatem accipere. Herbae igitur lactucae siluaticae succum cum vino optimo veterem, et melle

cent, quoniam accipitres scalpendo eam, succoque oculos¹ tingendo, obscuritatem, quum sensere, discutiant. Succus omnibus candidus, viribus² quoque papaueri similis: carpitur per meses inciso caule, conditur in fictili nouo, ad multa praeclarus. Sanat i. omnia oculorum vitia cum lacte mulierum: 3 argema, nubeculas, cicatrices, adustionesque k. omnes, praecipue caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra l. epiphoras.

K k 4

Idem

1. vngendo. M. 2. quibus papauer. M. 3. Sic
ex MSS. em Hard. arcema nubeculas. Ch. arcet nube-
culas Gr. et Al.

melle acapno, quod sine fumo collectum est, mixtum in ampullam vitream condito, et eo utaris: summam medicinam experieris. Hoc ipsum refert de accipitre Aelianus H. A. II. 43. H.

i. Sanat) In vetusto exemplari, non Arcet nubeculas habetur, sed Arcema nubeculas. Scribo, Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum, argema, nubeculas, cicatrices, etc. Pint.

Sanat) Apul. l. c. et Diosc. II. 166. Ἀποναθάρης δέ τῷ ἀργεμα ἀχλύν. Ποιεῖ καὶ πρὸς ἐπικαυσεῖς ἐγχριόμενή συνγυναίνειο γάλαντι. Hoc loco ἐπικαυσεῖς oculorum est sordidum, impurum, crustosumque hulcus. H.

k. Adustionesque omnes) ἐπικαυσεῖς Dioscoridi, ἐπι-

ναῦματα Aeginetae, nempe vlcera scordida, crustacea, qua exempta oculi humor saepe effluit. Dal.

Adustionesque) Hulceræ oculorum exusta putat hic Dalecampius intelligi: nos ambusta (nisi de iis paulo post sermo foret) hoc est, adustiones a feraente aqua vel igni factas. De his enim Theod. Priscian. I. 17. De vſtione calidae, vel ignis . . . Et lactucae vrriae cum salibus, pro casaplasmate impositae, continuo curant . . . Alumine sciſſo cum oleo contrito omnes vſtiones vngo. H.

l. Contra epiphoras.) Επι-Φορὰ, oculi praecipue morbus est, qui fit ab humorum influxu atque impressione. Is quum cetera membra obſidet, partis in quam fit impetus ingruentis humoris ſem-

Idem *m.* succus aluum purgat, in posca potus ad duos obolos. ¹ Serpentium *n.* ictibus medetur in vino potus. Et folia, ² thyrsique triti, ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maxime contra scorponum ictus. Verum contra phalangia commixto vino ³ ex aceto. Aliis quoque venenis resistunt, exceptis quae strangulando necant, aut iis quae vesicae nocent: item psimmythio excepto. Impoununtur et ventri ex melle atque aceto, ad detrahenda vitia alui. Vrinae difficultates, succus emendat. Crateuas eum et hydropicis obolis duobus in aceto et cyatho vini dari iubet. Quidam *a.* et *e.* satiuis colligunt ⁴ succum minus efficacem. Peculiares *p.* earum vires ⁵ partim iam dictae sunt, somnum faciendi, Veneremque inhibendi, aestum refrigerandi, stomachum purgandi *q.*, sanguinem augendi. ⁶ Non *r.* paucae restant: quoniam et inflationes discutiunt, ⁷ ructusque lenes faciunt. Nec

i. Scorpionum et phalangiorum. Diosc. *2. Sic ex*
MSS. em. Hard. cons. M. d. irita. Vet. et folia rosta
thyrsique Gr. et Al. *3. et M.* *4. succo minus*
efficaci. M. *5. particulatum.* V. *6. Nunc non*
M. *7. Sic ex MSS. em. Hard. cons. M.* Ructus-
que lenes faciunt, concoctiones adiuuant. Cruditatem
ipsae nequaquam faciunt. Nec villa, Gr. et
Al. concoctionem Ch.

semper nomen adjici con-
sueuit, ventris puta, aut
vteri, aut testium epiphoras
appellando. H.

m. Idem) Diosc. I. c. Κα-
θαιρεῖ δὲ μετ' ὀξυνεράτου
ποθείς ἐς ὅπος δυοῖν ὁβο-
λοῖν ὀληή, ὑδατώδη πατά
κοιλίαν. H.

n. Serpentium) Diosc. I.
c. Scorpionum. H. *d. Quidam*) Diosc. I. c.
iisdem verbis. H. *e. Peculiares*) L. XIX. 38.
Has quoque lactucae dotes complexus est Diosc. II.
165. et 166. H. *q. Purgandi*) Imo, Robo-
randi

vlla s. res in cibis auditatem incitat inhibetque eadem: in t. causa ¹ alterutraque modus est. Sic et aluum copiosiores soluunt, modicae fistunt. Lentitiam pituitae digerunt, atque ut aliqui tradiderunt, sensus v. purgant.² Stomachi dissoluti vtilissime³ adiuuantur: in eo vſu⁴ et oxypori x. obolis asperitatem addito dulci ad⁵ intinctum aceti temperantes: si crassior pituita fit,⁶ scillite aut vino absinthite: et si tussis sentiantur, hyssopite admixto. Dantur coeliacis cum intubo erratico, et ad duritiam y. praecordiorum.

K k 5

Dan-

1. alterutrimque. M. vtrinque. Vet. 2. *Stomachus*
dissolutos vtil. adiuuant. M. 3. adiuuant, vti ne
eo vſu abluantur. *Oxyporopala*, etc. Vet. *Aqueus in*
vulgata lectione legit oxyporopala. 4. et oxyporo la-
ctucae, etc. et acero temperant. Vet. et oxyporo oleris
Aliud. 5. intinctum temperantes: si cr. pit. sit, et
acero scillite aut, etc. Ch. 6. scillite vino aut
Vet.

randi. Stomachicis satiuam lactucam crudam prodeesse tradidit Dioscorides. Dal.

r. Non paucae restant) Pauci in vet. codice, non paucae, ut referat effectus. Fint.

s. Nec vlla) Forte, nec alia res. H.

t. In causa) Vtrumque praefstar, pro diuerso sumendi modo. H.

v. Sensus) Sic paulo inferius, f. 34. brasicae esu sensus purgari dicit. H.

x. Oxypori) Laetucis, inquit, stomachi adiuuantur, cum oxyporo, quod oboli mensura capiatur, cuius aspe-

ritatem addito passo (*γλυκεῖ* dulci) mitigant ad intinctum aceti. Si crassior pituita in stomacho videbitur, non oxyporo dulcibus edomito, sed scillite aceto, aut absinthite vino vtendum cum lactucis. Οξύπορα dicebantur, quae aceto condita ad intinctus seruabantur. Apud Colum. XII. c. postremum inscribitur. *Moretum oxporum*, vel vt alii, *oxygarum*, quemadmodum componas. Muria condiri laetucas auctor est Diosc. II. 165. oxymelite Plin. XIX. 38. H.

y. Praecordiorum) Hypochon-

Dantur et melancholicis candidae copiosiores, et ad vesicae vitia. Praxagoras et dysentericis dedit. Ambustis quoque profundunt recentibus; priusquam pustulae fiant, cum ¹ sale illitae. Hulcera etiam, quae serpunt, coercent, initio cum ² aphronitro, mox in vino. Tritae igni sacro illinuntur. Convulsa et luxata caulis tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones ³ papularum, ex vino et polenta. In cholera quoque coctas ³ patinis dederunt: ad quod utilissimae quam ⁴ maximi caulis et amarae. Quidam ⁵ lacte infundunt. Deferuescati hi caules et stomacho utilissimi traduntur: sicut somno ⁶ aestiuia maxime lactuca, et amara latensque, quam ^b meconidem vocauimus. Hoc lac ^c et oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse ⁷ praecipitur, ⁸ dum tempestue ca-

piti

1. lacte muliebri. *Dioscor.* 2. affonitro. *M.* 3.
patinis in *M. d.* 4. maximo caule. *M.* 5. la-
cti. *M. et Ch.* 6. Sic ex MSS. em. *Hard. conf.*
M. et Ch. somno satiua Gr. et *Al.* 7. percipitur
M. 8. et cum tempora capitis inunguntur, oculo-
rum quoque. *Vet.*

chondriorum, lienis, et he-
patis. *Dal.*

z. *Eruptiones*) Quae Graeci ἔξανθηματα. Plinius nunc papulas, nunc erupiones pituitae vocat: tuberculata videlicet, quae ie-
junae saliuae defricatione curantur. Papulis cutis ex-
asperatur, et rubet, leuiter,
que roditur. Celsum vide V.
c. postremo tit. de papulis.
H.

a. *Quidam*) Quidam cum

lacte infundunt clysteribus.
H.

b. *Quam meconidem, etc.*) Mηνονις vero silvestris est et descripta a me in Botanico. Amaro gustu, et papaueri viribus esse prorsus similem Dioscorides ait, ideoque nonnullos succum eius lacteum Meconio permisce-
re. Inde meonis cognomi-
nata est. Vide supra c.
8. Lib. XIX. *Dal.*

Meconidem) L. IX. 37.

Mη-

piti inunguntur. Oculorum *d.* quoque vitiis, quae frigore in iis facta sunt. Miras et alias inuenio laudes: Thoracis etiam vitiis prodesse, non secus quam abrotonum, cum melle Attico. Purgari et feminas hoc cibo. Semen satiarum contra scorpiones dari. Semine trito ex vino poto et libidinum imaginationes in somno compesci. Tentantes *e.* aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

XXVII. (VIII.) Nec beta sine remedio est utraque. Siue candidae, siue nigrae radix recens, et madefacta, suspensa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida *f.* beta cocta, et cum alio crudo sumpta contra tineas: nigrae radices ita in aqua coctae, porriginem *g.* tollunt: atque in totum efficacior esse traditur nigra. Succus eius capitis dolores veteres, et *2* vertigines: item *h.* sonitum aurium sedat, infusus iis: *3* ciet vrinam.

i. taenias. *Dal.* *2. vertigines infusus naribus:* item *son. aur.* *sedat:* *ciet vrin.* *V.* *3. cit. M.*

Μηκωνίς atrae lactucae et amarae genus, cui nomen est a lactis soporiferi copia. Laudat eam Galenus πατὴ τοπούς VIII. 4. p. 577. H.

c. Hoc lac) Diosc. II. p. 166. H.

d. Oculorum) Adustionibus forte ex frigore, quas ἐπικαύτεις eo loco appellat Diocorides. H.

e. Tentantes) Aquas quae sensum cerebrumque tentant, quales memorantur XXXI. 11. 12. etc. H.

f. Candida) Haec toti-

dem verbis Plin. Val. II. 21. H.

g. Porriginem, etc.) Furfures et lentes, πιτυρὰ καὶ νορίδας. Diosc. *Dal.*

Porriginem) Marc. Emp. c. 4 p. 40. Betae viridis contusae expressaeque succo porriginosum caput frequenter in balneo lotum, omni tate purgatur. Diosc. II. 149. Τὸ δὲ τῶν ἑιζῶν καὶ τῶν Φύλλων ἀφεψημα, πιτύρων καὶ νορίδων σμητιόν, etc. H.

h. Item) Plin. Val. I. 10. *Gummi,*

vrinam. Medetur dysentericis iniecta, et i. morbo regio. Dolores quoque dentium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus valet, ¹ sed huius radici dumtaxat expressus. Ipsa k. vero decocta, pernionibus occurrit. ² Albae l. succus epiphoras sedat, fronte illita: ³ aluminis pauco admixto, ignem m. sacrum. Sine n. oleo 4 trita licet, adustis o. medetur. Et p. contra eruptiones papularum, coctaque eadem contra hulcera quae serpunt, illinitur: et q. alopeciis cruda, et hulceribus quae in

i. sed is radice. V. 2. Alba epiphoras. M. 3. alumine. V. 4. trita scilicet. V. trita illitu adustis.
Alii Vet.

Gummi ederae, inquit, cum betae nigrae succo tritum et reperfactum auribus infundis: ita tamen ut et rubi teneri succum misceas . . - ventositatem et dolorem tollit. H.

i. Et morbo) Cels. III. 42. potui dat ictericis cum aqua betam albam contritam. H.

k. Ipsa) Plin. Val. IV. 10. de beta. Pernionibus in fomento adhibita prodest. Theod. Prisc. I. c. de pernionibus Profunt et decoctiones betarum, quibus alumen scissum infuderis. Diosc. I. c. Τὸ δὲ τῶν ἐιχῶν καὶ τῶν Φύλακων ἀφέψημα χίμετλης πραυντικὸν παταντλούμενον. Decoctum radicum et foliorum perniones foru mitigat. H.

l. Albae succus, etc) De viraque id Diosc. Dal.

Albae) Plin. Val. I. 14. Ad oculorum dolorem. Beta alba trita fronti imponitur. H.

m. Ignem) Huic medendi facultatem utriusque betae radici Dioscorides adiudicat II. 149. H.

n. Sine oleo) Forte rectius, sine oleo trita elixaue. Nam Theod. Prisc. I. 17. De vstione calidae, vel ignis: Betae elixae contritae impununtur. H.

o. Adustis) Siue ambustis, πυρικάσσοις. Diosc. I. c. de radice betae coctae. H.

p. Et contra) Diosc. I. c. H.

q. Alopeciis cruda) Scalpello prius vellicatis. Dal.

Et alop.) Diosc. I. c. et Plin. Val. IV. 10. H.

in capite manant. Succus *r.* eius cum melle nari-
bus inditus caput purgat. Coquitur *s.* et cum lenticula addito aceto, ut *t.* ventrem molliat. Vali-
dus *v.* cocta fluxiones stomachi sistit et ventris.

XXVIII. Est *x.* et beta silvestris, quam ² limo-
nion vocant, alii neuroides, ³ multum minoribus
tenuioribusque ac densioribus foliis, ⁴ undecim saepe,
caule

*1. Sic ex MSS. em. Hard. cocta fluctuationes V. legi-
tur et, cocta, in Ch. coelo Gr. et Al. 2. limoni-
um. Ch. 3. multo. Dal. 4. et renibus Gr.*

r. Succus) Diosc. l. c. et
Marc. Emp. c. 5. p. 44. H.
s. Coquitur, etc.) Cibum
eum veteres πευτλοφάνην
dixerunt. *Dal.*

t. Ut ventrem molliat) Ut
ventrem sistat. Diosc. Hic
Plinius in medicinae prae-
ceptis parum exercitatus.
Dal.

Vt) Alba nimirum beta
quae mollit aluum: ut dos
est nigrae contraria, sistendi:
Diosc. l. c. Τεῦτλον
διστόν ἔσιν, ὡν τὸ μὲν μέ-
λαν σαλπικώτερον ποιίας
σὺν Φανῇ ἐψήθεν. καὶ μᾶλ-
λον ἡ ἔριξα· τὸ δὲ λευκὸν,
εύποίλιον. Mart. III. ep.
47. *Pigroque ventri non ini-
niles betas.* In iusta accu-
fatione hoc loco Dalecam-
pius Plinii fatiae notam in-
urit, quem rei medicae
fuisse rudem ait: quod con-
 uitium quidem quum inge-
rit, suam magis inscitiam
prodit. H.

v. Validus) Ut brassicam
constat inter auctores, quem
admodum dicetur *s.* 34.
non percocta aluum sol-
uere, bis coctam sistere:
idem et in beta fieri indicat:
ut non percocta ventrem
molliat, validus cocta sistat.
Quare sic et Celsus acci-
piendus est, qui II. 30. in-
ter ea quae ventrem adstrin-
gunt, lenticulam adfert,
cui beta adiecta est, brassi-
camque bis coctam. H.

x. Est et I Haec iisdem
verbis Oribas. L. XI. f.
204. Oribasio Dioscorides
praeiuit IV. 16. Vide N.
et Em. N. XIV. (paulo post).
Pingitur a Matthiolo λειμά-
νιον, seu νευροειδές in Diosc.
IV. p. 980. quale in Horto
Regio obseruauimus. Λει-
μάνιον porro seito vocitari,
quod in pratis nascitur, ut
Diosc. ait, μέν λειμῶσι.
Est Libri haec tenus editi;
undecim saepe caulinum. Re-
pugnat

caule lili. Huius folia ambustis vtilia, ¹ gustantium y. os adstringunt. Semen z. acetabuli mensura dysentericis prodest. Aqua ex ² e radice coctae maculas vestium elui dicunt, itemque a. membranarum.

XXIX. Intubi b. quoque non extra remedia sunt. Succus c. eorum rosaceo et aceto capitis dolores

a. gustatu. V. guttantia adstringunt Gr. et Al. 2. cum radice, nempe struthio. Dal.

pugnat ipsa plantae natura, quam nos in horto Regio vidiimus: ipseque Dioscorides, qui ex nescio quibus fontibus commentatus est, et ea quae de limonio prodidit, mutuatus, librarium hac in parte vitium retegit. Sic enim ille IV. 16. Λεμώνιον, οἱ δὲ νευροεῖδες, τὰ μὲν Φύλλα ἔχει ὄμοια σεύτλω, λεπτότερα δὲ καὶ μικρότερα, δέναι ἡ πλεισ. Καυλὸν λεπτὸν ὅρθιον, ἵσον, ὥσπερ κρίνη. Limonium, aliis neuroides dictum, folia habet betae, verum tenuiora et minora, decem aut plura: Caulem tenuem, rectum, liliaceo aequalem etc. H.

y. Guttantia adstringunt) Scribo, gustantium os astrin- gunt. ex vet. cod. Pint.

Gustum) Vide N. et Em. N. XV. (hic pos.) Gust). Prius legebatur, guttantia adstringunt, nulla plane sententia. In R. I. et Colb.

1. 2. gustantia musati strin- gant. In R. 2. gustantium os astrin- gant. Diose. IV. 16. rem decidit, cum se- men limonii prodit gustu adstringere, σύΦοντα παρ- πὸν τὴν γευσιν. H.

z. Semen) Diose. I. c. et Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 201. H.

a. Itemque) Pergamenarum membranarum elui fordes ait aqua ea, in qua cum sua radice cocta beta fit. H.

b. Intubi) Intubus vel intubum Latinis, genera duo complectitur: satuum, siue serin: et eichorium, quod silvestre, siue errati- cum. H.

c. Succus) Plin. Val. ad verbum, IV. II. de intubo H.

d. Ambigiam appellauere) Ambubulam vetus exemplar agnoscit, non ambigiam: Cornelius Celsus ambubeiam vocat. Quidam et in eo et

dolores lenit. Idemque¹ cum vino potus, ² iocineris, et vesicae; et epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam ³ ambulam d. appellauere. In e. Aegypto cichorium vocant, quod silvestre sit. Satiuum f. autem serin, quod est minus et venosius.

XXX. Cichorium g. refrigerat. In cibo sumptum et illitum collectiones, ⁴ succusque decocti ventrem soluit. Iocineri, ⁵ renibus, et stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, vrinae termina discutit. Item morbum regium e mulso, si sine febre sit. Vesicam adiuuat. Mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest,

vt

2. Sic et Ch. idem cum Gr. et Al. 2. iocinori. Gr.

3. ambubeiam, ex Celso. ambubulam. Ch. ambugiam
Gr. et Al. 4. Sucus decocti. V. 5. ei renibus Gr.

et in Plinio ambuleiam legendum censem: quod ea vox congruat cum erratico intubo. *Dal.*

Ideinque) Plin. Val. l. c.
Iecoris et vescae virtus intubis cum vino haustus emendat. Theod. Prisc. II. P. 2. c. 13. Intuba frequenter comepta semper hepaticos iuvant. H.

Ambulam) Ita MSS. omnes, quos vidimus, quasi indita appellatione ab ambulando, qua satis apte conuenit cum altera erratici intubi nomenclatione. Idem ramen libri in Indice, *Ambubala*. Cels. II. 30. Vel intubus, vel ambubeia, non semel. Est cichorium silvestre, siue entia.

picris Dodonaei, p. 624.
Cichorée sauvage. H.

e. In Aegypto) Erraticum scilicet illud genus, de quo dictum proxime. Ita Galenus de fac. simpl. med. VIII. p. 227. πινγίδα καὶ οὐχώγειον vocat silvestre genus, σάτιον satium. Quamquam et ipsum silvestre cichorium Aetius σέριν vocat. H.

f. *Satiuum autem serin*.) Hoc loco Aegyptiorum consuetudine Seris tantum satiua est: paulo post porro et satiua et silvestris, quamquam et cichorium et picrida vocari Diosc. scribit. *Dal.*
g. *Cichorium*) Erraticum videlicet intubum, siue πινγίς. H.

ut emortuos partus trahat. Adiiciunt Magi, succo¹ totius cum oleo perunctos fauorabiliores fieri, et quae velint, facilius impetrare. ² Quod quidem propter singularem salubritatem *h.*, aliqui ³ chreston appellant, alii pancration.

XXXI. Et *i.* siluestre genus, ⁴ alii hedypnoidea *k.* vocant, latioris folii. Stomachum dissolutum adstringit cocta: crudaque fistit aluum. Et dysentericis prodest, magis eum lente. Rupta et conuulsa utroque genere iuuantur. Item *l.* quibus genitura valetudinis morbo effluat.

XXXII. Seris *m.* et ipsa lactucae simillima, duorum generum est: siluestris melior. Nigra *s* ista, et aestiuua. Deterior *n.* hiberna, et candidior.

Vtra-

*i. intybi. Vet. 2. Hoc. Vet. 3. chreston. Ch.
4. aliud. V. 5. est. M.*

b. Aliqui chreston) Χρηστόν α bonitate, παγησάτιον ab eximia vi, efficientiaque omnimoda. H.

i. Et siluestre genus alii hedypnoidea appellant) Scribo, Est et siluestre genus alterum: hedypnoida vocant; ex V. C. Nam indicatum est alterum genus betae siluestris quam limonium dicunt: et sequitur paulo infra, Rupta et conuulsa utroque genere iuuantur. Pint.

Et siluestre) Cichorium latioris folii, apud Dodon. p. 623. Quod in cibo sumptum incundiorem animam, suauioresque faciat; id apud Graecos nomen inuenit, ἡδυπνύοις. H.

k. Hedypnoida) Quod in cibo sumpta iuncundiorem animam et suauioresque faciat, Dal.

l. Idem quibus) Genitale semen. H.

m. Seris) Colum. VIII. 14. Genus intubi, quod Graeci τέχνη appellant: Satuum videlicet, sive hortense, Cichorée. Haec duum generum, Dioscoride etiam auctore est, II. 160. quamquam is diuersas discriminis notas affert. De vocis huius seris intellectu vide Galen. de alim. fac. II. 41. p. 360. H.

n. Deterior) Quae a similitudine lactucae, alba lactuca a Plinio Valeriano dicitur, eo quem max afflremus

Vtraque *a.* amara, stomacho vtilissima, praecipue quem *p.* humor vexat. Cum *q.* aceto in cibo refrigerant vel illitae: discutiuntque *r.* et *s.* alios, quam stomachi. Cum *s.* polenta silvestrium radices³ stomachi causa sorbentur: et *t.* cardiacis illinuntur super sinistram mammam⁴ ex aceto. Omnes haec et podagricis utiles, et sanguinem reliquentibus: Item quibus genitura⁵ fluat, alterno *u.* die-

rum

i. amara stom. vtilissima, praec. quem vor. Cb. vtraque tamen stom. Gr. 2. alias aquam V. 3. stomachicis. V. 4. et ex aceto. Cb. 5. Sic ex MSS.

Hard. fluat, altero Cb. fluit Gr. et Al.

remus loco. Silvestris eadem appellatur, quod est, vt ait Diosc. angustiore folio, et amariore. H.

o. Vtraque tamen stomacho vtilissima) Lego, Vtraque tamen amara. Stomacho vtilissimae, ex V. C. confirmante etiam antiquam lectionem Dioscoride II. Lib. Pintian. Vtraque tamen, etc.) Imbecillo et ardore aestuanti, *καυσομένων* Dioscorides. Dal.

p. Quem) Ita MSS. R. Colb. etc. In Chiffi. quem vor vexat. Diosc. l. c. prodidisse ait dissoluto et aestuanti stomacho, *ἀτονεύτα σόμαχον παρηγορεῖς*, *καὶ καυσόμενον..* H.

q. Cum aceto) Diosc. l. c. H.

r. Discutiuntque) Humores videlicet, quae vox ex Vol. VI.

antecedentibus subintelligi hoc loco debet. H.

s. Cum polenta; Cum farina hordeacea, *σὺν ἀλφίτῳ*. Diosc. l. c. H.

t. Et cardiacis) Diosc. l. c. et totidem fere verbis Didymus in Geop. XII. 28. p. 350. Plin. Val. III. *ii.* Cardiacis sanandis: *Λάτουαι αλβαι nomen est seris: quae trita et imposta mammae sinistrae, magnifice sudorem minuit.* Cardiacus dicitur, qui morbo laborat cardiaco. Ait autem Cels. III. 19. cardiacum morbum aliud nihil esse, quam nimiam imbecillitatem corporis, quod stomacho languente immodico sudore digeritur. *Καρδίαν* veteres stomachum appellabant, id est, os ventriculi. H.

u. Alterno) Si alternis die-

L l

dierum potu. Petronius x. Diodotus, qui¹ anthologoumena^y. scripsit, in totum damnauit² serin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio resistit.

XXXIII. (IX.) Brassicae laudes longum est exsequi, quum^z et Chrysippus medicus priuatim volumen ei dicauerit, per singula membra hominis digestum, et^a Dieuches: ante omnes autem Pythagoras et Cato non parcus celebrarint. Cuius sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit annis^b DC. Rom. populus. In^c tres species diuisere eam Graeci anti-

z. Et sic Ch. antilegomena Gr. et Al. 2. serian Ch.

diebus sumatur. Didymus in Geop. l. c. Αἴμωπτοι· νοῖς ὁ χυλὸς ὡφελημώτατος, εἰ παρὰ μίαν πίνοιεν. H.

x. Petronius Diodotus qui Antilegomena scripsit) Rectior antiqua lectio, *Anthologomena*, hoc est, florilegia. Posset etiam non minus bene legi *anthologomena*. Pint.

y. Anthologoumena) Αὐθολογήμενα (sic enim MSS. R. Colb. et Chiff. non, ut libri editi *antilegomena*): hoc est florilegia. H.

z. Quum et) Transscripsit haec Plin. Val. de re med. IV. 29. H.

a. Et Dieuches) Antiqua lectio, et Diocles. Potest autem utroque modo legi, ut patet ex elenco. Pint.

b. Annis DC.) Quot ab Urbe condita anni fluxere ad Catonis aevum. Elegans est Plinii Valeriani paraphrasis in hunc locum cap. cit. *Cato tradit populum Romanum*, inquit, *sexcentis fere annis medicina brassicae usum*; *nondum enim in Urbe commeauerant medici, qui in artem redegerunt, quemadmodum magno sanitas constet, et peregrina secum pigmenta attrulerunt, ut illis impunerent pretia, quae vellent.* Ceterum militares viri gloriofas cicatrices gratuito oleo curabantur; *eodem horto cura usi ad salutem, dum illos pascit, et sanat.* H.

c. In tres) De raphano id scripsit supra cap. 5. L. XIX. Dal.

In

antiquissimi. Crispam, quam¹ selinoidea vocauerunt, a similitudine apii foliorum, stomacho utilem, alium modice mollientem. Alteram leam, latis foliis² ex caule exeuntibus. Vnde caulodem quidam vocauere, nullius in medicina momenti. Tertia est proprie appellata d. crambe, tenuioribus foliis, ex simplicibus, densissimisque: namior, sed efficacissima. Cato e. crispam maxime probat, de in³ laeuem grandibus foliis, caule magno. Prodeesse f. tradit capititis doloribus, oculorum caligini⁴ scintillationique, lieni,⁵ stomacho, praecordiis, crudam ex aceto et melle,⁶ coriandro, ruta, menta, laferis radicula, sumptam acetabulis duobus matutino: tantamque esse vim, ut qui terat haec, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tri-

L 12 tam

¹. Sic ex MSS. em. Hard. Legendum videtur, selinoidea, siue selinoide, ex Catone c. 157. de re rust. unde haec omnia sunt desumpta. selinada Gr. et Al. 2. ex magno caule. Cato. 3. laeuam Gron. 4. Sic et Ch. scintillationibusque Gr. et Al. 5. vel stomacho, pr. Gr. et Al. 6. ruta, coriandro, salis mixta, et hordei: V.

In tres) De his actum est.
L. sup. f. 41. Graeci vo-
cant ιτελινοειδέα, λεῖαν si-
ue παυλώδη, πράμβην. H.

d. Crambe) Vulgatum est
Graecis adagium, δίς πράμ-
βη θάγατος: quod expref-
fit Poëta: Occidit miseros
crambe reperta magistros.
Vide Polit. cap. 33. Miscel-
lan. Dal.

e. Cato) Catoni lenis acer-
rima, et vehementissima:
post apiana: et ultimo loco
laevis. Dal.

Cato crispam) De R. R.
c. 157. p. 85. H.

f. Prodeesse tradit capititis doloribus) Athenis puerperis in cibum dabant, veluti τῶν ὀδίνων antipharmacum. Nicander brassicam veluti sacram, μάντιν vocauit, Apud Ananium, Telecladem, Epicharmum, Eupo- lin in Baptis, iusurandum per brassicam concipitur, quo modo Zeno per caparin iurabat. Rhodogin. c.

v lt.

tam, forbendam, vel ex hoc intinctu sumendam. Podagrae g. autem morbisque ¹ articulariis h. illini cum ruta, coriandri, et salis mica, hordei farina. Aqua i. quoque eius decoctae, neruos articulosque mire ² iuuari, si k. foueantur vulnera, et recentia et vetera, etiam carcinomata, quae nullis aliiis medicamentis sanari possint. Foueri prius aqua calida iubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam l. ³ fistulas, et luxata, et humores euocari, quae-

- i. *articulareibus.* V. 2. *iuuari, si foueantur.* Item
vulnera. 3. *fistulas sanare et luxata.* ex Catone.
fistulas eluxatas et tumores Gr. et Al.

vlt. XXVII. Athenaeus Lib.
Dal.

Prodeesse) Ibidem, p. 86.
Haec ad verbum Plin. alter Valerianus IV. 29. vbi hoc Catonis antidotum vocat. H.

g. Podagrae) Idem Cato, p. 86. Verum morbum articulare nulla res tantum purgar, quantum brassica cruda, si eam edes cum ruta, et coriandro concisam. Ita etiam Paxamus in Geop. XII. 17. p. 337. et Plin. Val. I. c. H.

b. Articulariis) Ita MSS. omnes. Plin. Val. articularebus. Quaedam Catonis exemplaria articularem morbum habent. H.

i. Aqua) Plin. Val. IV. 29. H.

k. Si foueantur) Cato, c. 157. p. 85. Plin. Val. III.

22. Paxamus in Geop. I. c. H.

*l. Sic etiam) Vide N. et Em. N. XVI. (hic consp.) Sic) Recepta haec tenus lectio fuit eiusmodi, sic. etiam *fistulas eluxatas, et tumores euocari.* At quae fistulae eluxatae auditae umquam fuerint, aut vero esse possint, quie tumores euocandi, non satis intelligo. Locum sanauimus ex auctore gemino. Ille enim qui Plinius Valer. dictus est, IV. 29 de brassica: *Fistulas, inquit, atque luxata discutit, humores aut euocat, aut spargit imposita, insomnia atque vigilias compescit, etc.* Cato vero c. 157. p. 85. *Si cancer aer est, is olet, et saniem spurcam mittit. Si albus, purulentus est. Sed si fistulosus, subitus suppuratus sub**

quaeque discuti opus sit. Insomnia *m.*, etiam, vigiliasque tollere ¹ decoctam, si ieuni ² edant quamplurimam ex oleo, et sale. Tormina *n.*, si decocta iterum decoquatur, addito oleo, sale, cumino, polenta. Si ita sumatur sine pane, magis profuturam. Inter *o.* reliqua bilem ³ detrahi per vinum nigrum pota. Quin *p.* et vrinam eius qui brassicam esitauerit, ⁴ asseruari, calefactamque *q.* neruis remedio esse. Verba ipsius subiiciam, ad exprimentam sententiam: Pueros *r.* pusillos si laues ea vrina, numquam debiles fieri. Auribus quoque ex vino succum brassicae tepidum instillari suadet. Idque etiam tarditati sudientium prodesse asseuerat. ⁵ Et *t.* impetigines eadem sanari sine hulcere.

L 13

XXXIV.

i. vinctam et caldam. Cato. *2. edent.* Ch. *3. de-*
trahit. Ch. *4. adiuuari iubet.* Ch. *5. Porcae*
petigines. Cato Turn. *id est, vuluae.*

sub carne, In ea vulnera bu-
iuscmodi tere brassicam, sa-
num faciet . . . Et luxatum
si quod est, bis die calida fo-
uetu, brassicam tritam appo-
nito: cito sanum faciet. H.

m. Insomnia) Cato l. c.
p. 86. H.

n. Tormina) Cato, c. 156.
p. 84. et c. 157. p. 87. H.

o. Inter reliqua, etc.) In
torminibus, citra febrem,
post sumptam brassicam vi-
num atrum statim Cato dat,
et aegrum ita cito sanum
fieri asserit. Negligenter
haec Plinius. Dal.

Inter) Haec paulo enu-

cleatus Cato, c. 156. p.
84. H.

p. Quin et) Cato, c. 157.
p. 87. H.

q. Calefactamque, etc.) Locus hic monstrat legendum apud Catonem: *Et hoc, si quando vsu venerit, qui neruis debilis erat, haec res sanum facere potest, etc.* Dal.

r. Pueros) Cato, l. c. et Plin. Val. IV. 29. H.

s. Auribus) Verba haec sunt Catonis c. 157. fere extremo: *Auribus si parum audies, terito cum vino brassicam, succum exprimoto, in aurem intro tepidum instillato:*

XXXIV. Graecorum quoque opiniones iam et Catonis causa poni conuenit, in iis dumtaxat, quae ille praetermisserit. Biles detrahere non percoctam putant. Item *v.* aluum soluere, eamdemque bis coctam sistere. Vino *x.* aduersari, ut inimicam vitibus. Antecedente *y.* in cibis caueri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti.

Hunc

lato: cito intelliges te plus audire. Habet hoc ipsum Plin. Val. I. 12. et Paxamus in Geopon. XII. 17. p. 338. H.

t. Et impetigines, etc.) Depetiginem vocat Lucilius Lib. XXX. *Illuvies, scabies, oculos huic deque petigo* *Conscendere.* Cato l. c. *Dal.*

Et impetigines) Cato l. c. *Deinde impetigini parce brassicam apponito, sanam faciet, et bulcus non faciet.* Paxamus in Geop. l. c. Λευχῆνας δὲ ἔξαιρει τὰ Φύλλα προστρεψόμενα. Impetigo, foedatio cutis est, serpens cum pruritu, quam alii scabiem sicciam, asperam et prominentem intelligunt: alii morbum similem scabiei squamosum. Plerique λευχῆνας Graecis dici existimant, de quo iam s. 2. egimus. Delicias Turnebus facit, dum porcae petigines hoc loco legit. H.

v. Item aluum) Haec quoque tradit Galen. de simp. med. fac. III. 15. p.

70. et Diosc. II. 145. 146. *Brassicam bis decoctam aluum adstringere* Celsus pariter admonet II. 30. mouere, si subcruda est, c. 20. H.

x. Vino aduersari) Si quis dum coquitur brassica, vini paululum instillet, minime percoctam iri, ait Geop. aust. V. II. p. 131. De hac antipathia rursum s. 36. H.

y. Antecedente in, etc.) Ab eo effectu Graeci ἀνράπταλον vocant, vt amygdalas amaras. Aristot. Problem. sect. 3. Plutarch. in sympos. In Georgicis Cassiani traditur Lycurgi lacrymis, quem Liber pater vitibus alligauerat, natam brassicam eamque propterea vino aduersari Galen. Lib. I. πατὰ τόπες, ex Apollonio, succum brassicae laudat cum rosaceo et folium eiusdem aqua calida maceratum, et capiti circumpositum, in capitibus dolore ex temulenta. Vide supra c. 24 vlt. Lib. XVII. infra cap. I. L. XXIV. *Dal.*

Ante-

Hunc z. cibum et oculorum claritati conferre multum: succum a. vero ¹ crudae vel angulis tantum tactis cum Attico melle, plurimum. Facillime concoqui, ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat, nihil esse utrius stomacho neruisque, ideo et paralyticis, et tremulis b. dari iubet, et sanguinem exscreantibus. Hippocrates c. coeliacis et dysentericis bis coctam cum sale. Item ad ² tenesmon, et renum causa: lactis d. quoque vertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans, et purgationem e. feminis. Crudus f. quidem caulis

L 14

si

1. crudae vngulis, vel tantum tactis. M. 2. tenes-
mum. Ch.

Antecedente) Hoc pariter
auctor Geop. l. c. Theophrastus, Eubulus, Apollodorus, Carystius, Timaeus, Nicochares, aliquae apud Athen. I. p. 34. Aristoteles quoque, s. 3. probl. 17. p. 697. Διά την ορέμβη πάνει τὴν νεφελάλην. E Latinis etiam Cato c. 156. p. 83. Si voles in conuiuo multum bibere, caenareque libenter, ante coenam esto crudam brassicam, quantum voles ex aceto: et item, ubi coenaueris, comesto aliqua quinque folia: reddent te quasi nihil ederis, biberisque: bibesque quantum voles. H.

z. *Hunc) Ita etiam Paxamus in Geop. XII. 17. p. 338. Diose. quoque II. 146. H.*

a. *Succum) Marc. Emp. c.*

8. p. 55. *Brassica cruda*, inquit, trita, cum pane candido madefacta subacta, ac fronti illita, dolorem oculorum plurimum releuat. H.

b. *Et tremulis) Diose. II. 146. Τρομώδεσιν*, quibus sunt artus tremuli. H.

c. *Hippocrates) De morb. mul. II. H.*

d. *Lactis) Hippocr. de morb. mul. I. textu 73. p. 460. H.*

e. *Purgationem feminis) Decoctum potu mensis et aluum ciens. Suceus cum lolii farina inditus mensis trahit Diose.*

f. *Et purgationem) Hippocr. de nat. mul. text. 29. p. 376. et text. 31. p. 391. Item de morb. mul. I. text. 74. p. 461. H.*

g. *Crudus) Hippocrates l. c.*

si mandatur, partus g. quoque emortuos pellit. Apollodorus h. aduersus fungorum venena semen aut succum bibendum censet. Philistion opisthotonicis succum ex lacte caprino cum sale et melle. Inuenio et a podagra liberatos edendo eam, decoctaeque ius bibendo. Hoc et cardiacis¹ datum et comitialibus morbis addito sale. ² Item ³ spleneticis i. in vino albo per dies XL. Ictericis k., nec non et phreneticis ⁴ radicis crudae succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Contra vero singultus cum coriandro et anetho, melle ac pipere, ex aceto. Illitam quoque prodesse ⁵ inflationibus l. stomachi. Item serpentium iecibus, et fordidis hulceribus, ac vetustis, vel ipsam aquam cum hordeacea ⁶ farina: succum ex aceto, vel m. cum feno Graeco. Sic aliqui et articulis, podagrif-

1. datur. V. 2. Idem. V. 3. Sic ex MSS. ubique cons. Ch. spleneticis Gr. et Al. 4. racuis Ch. 5. inflammationibus. V. 6. farina. Succum ex aceto et feno Graeco aliqui. Diosc.

1. c proxime, commanducatam brassicam menses trahere prodidit: affricatam, partum eicere p. 377. H.

g. Partus quoque emortuos etc.) Flos in pessō subditus abortum facit. Dal.

b. Appoldorus) Paxamus quoque in Geop. l. c. H.

i. Item) Haec pariter Paxamus l. c. et Diosc. σπληνικὲς ὠφελεῖ, l. c. H.

k. Ictericis) Et his quoque in vino albo dari per dies XL. Paxamus praecipit l. c. Sunt autem ictericī, qui ictero mōrbo labo-

rant, quem Varro vocat regium morbum, vt dicemus XXII. 53. Vulgus in Gallia a colore flauo, la Jaunise. H.

l. Inflationibus) Ita libri omnes, etiam MSS. non, vt quidam voluere, inflationibus. Sunt enim diuersae eae affectiones stomachi, vt Celsus docet IV. 5. de morbis stomachi: Modo ingens calor, inquit, modo inflammatio, modo exbulceratio afficit. H.

m. Vel cum) Cum aceto et feni Graeci farina, podagrificis

grisque imponunt. Epinyctidas *n.*, ¹ ac quidquid aliud serpit in corpore, imposta leuat. Item *o.* repentina caligines: has et si manditur ex acetato. Suggillata vero et alios liuores ² pura illita. Lepræ *p.*, et psoras cum alnmine rotundo ex acetato. Sic ³ et *q.* fluentes capillos retinet. Epicharmus testium et genitalium malis hanc utilissime imponit afferit. Efficacius eamdem cum faba trita. Item conuulsis cum ruta. Contra ardorem febrium et stomachi ⁴ vitia cum rutaæ semine: et *r.* ad secundas. Et muris aranei morsus, foliorum aridorum farina ⁵ alterutra *s.* parte exinanit.

XXXV. Ex omnibus brassicae generibus suauissima est cyma *t.*, et si inutilis habetur, difficilis in coquendo, et renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctæ, ad tot usus

L 15

lau-

- i. et Cb.* *2. cum sulphure V.* *3. effluentes. Cb.*
4. vitia cum acetato, cum rutaæ semine ad secundas, et
muris aranei. V. *5. altius rumentes partes. V.*

gricis articularioque morbo prodesse, hulceribus quoque sordidis ac vetustis, auctor est Diosc. II. 146. H.

n. Epinyctidas) Diosc. l. c.

H

o. Item) Diosc. l. c. brassicam ait auxiliari plurimum iis, quibus est obtusior oculorum acies: ἀμβλυωπεστὶ δὲ Βοηθεῖ ἐσθιομένῃ. H.

p. Lepras) Paxamus l. c. iisdem fere verbis. H.

q. Sic et) Diosc. l. c. "Ισχει δὲ καὶ ἔνσιν τῶν ἐν πεφαλῇ τριχῶν. H.

r. Et ad *)* Subintellige, eiiciendas: ἐνθαλεῖν χορία, dixit Hipp. de morb. mul. I. 122. H.

s. Alterutra) Siue superne vomitum, siue inferne aluum ciendo. H.

t. Cyma) Dioscordi Lib. II. c. 156. τὸ ιράμβης κύμα εὔσομαχώτερον μὲν, δριμύτερον δε, καὶ ἐγητιωτερον: cyma utilior stomacho, sed acerior: et ad urinam ciendam efficacior: κύμα Graeci dicunt, qualis κύμα. In feminino tamen genere Plinius

laudatam, foetere humi effusam. Stirpium brassicae aridorum cinis, inter v. caustica intelligitur. Ad coxendicum dolores cum adipe ¹ vetusto. At cum lasere et aceto in x. vicem psilothri euulis illitus pilis, nasci alios prohibet. Bibitur et cum oleo subferuefactus, vel per se elixus, ad conuulsa et rupta intus, lapsumque ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicae? Imo vero apud eosdem animae gravitatem facere, dentibus et gingivis nocere: et in y. Aegypto propter amaritudinem non ² estur.

XXXVI. Siluestris, siue erraticae, immenso plus effectus laudat ². Cato: adeo a. vt aridae quoque farinam in b. olfactory collectam, vel ³ odore tantum

z. vetusto ac Ch. pervetusto Gr. et Al. 2. edi. V.
3. puluere. Cato.

nus vtitur. Cymas etiam πρωτοτόμες καυλές vocant. Vide c. 8. Lib. IX. Decoctum protomi caulis ἀντιπαθῶς nephriticos sanare ex Antiocho Galenus testatur L. X. κατὰ τόπες. Dal.

Cyma) In omni, inquit, brassicae genere, cyma quidem suauissima est, vt agnoscent omnes subtilioris gulae magistri: est enim, vt dictum est libro superiore, f. 41. ipsorum caulum tenerior deliciorque caulinulus: sed idem tamen est, medicinae inutilis: quippe difficilis in coquendo, etc. Caeve credas brassicae genus cymam appellari. H.

v. Inter caustica) Kavst-

κα medicamenta sunt, quae adurendi vim habent. H.

x. In vicem) Ψίλωθρον, Φάρμακον πρὸς ψίλωσιν τῶν τριχῶν, medicamentum ad euellendos pilos, quasi depilatorium. H.

y. Et in) Diosc. II. 145. H.

z. Laudat) Cato c. 157. p. 87. 88. H.

a. Adeo) Cato l. c. p. 87. 88. Si polypus in naso introierit, brassicam erraticam aridam tritam in malum coniicito, et ad nasum admouero: ita subducito sursum animam quamplurimum poteris: in tri-duo polypus excidet, etc. H.

b. In olfactory) Olfactory, inquit, Ioh. de Ianua,

tantum naribus rapto, vitia earum graueolentiamque sanare affirmet. Hanc alii petraeam c. vocant, inimicissimam d. vino, quam praecipue vitis fugiat: aut si non possit fugere, moriatur. Folia e. habet vna, parua, rotunda, laeuia, plantis oleris f. similiior, candidior satiua, et hirsutior. Hanc inflatio-nibus mederi, melancholicis quoque, ac vulneribus recentibus, cum melle, ita ne soluantur ante diem septimum: strumis, fistulis, in aqua contritam, Chrysippus g. auctor est. Et alii vero compescere mala

i. bina Gr. et Al.

nua, vas est vnguentarium, in quo odoramenta gestantur, nempe ex Isidoro XIX. 31. H.

c. Petraeam vocant) Quia in maritimis praeruptis na-scitur. Dioscor. Dal.

Petraeam) Quod in locis petrosis, praeruptisque na-scitur, εν οργανωδεσι τοποις, vt ait Diosc. II. 147. a quo haec ἀγρία ορχυθη vocatur. Haec eadem illa est, inquit Ruellius II. 132. p. 446. quae tot exercuit, imo vero occidit Gramma-ticos, illo Satyrici senario-lo vaticinante, quantam crucem nostris criticis olim poneret, Occidit miseris crambes repetita magistros. H.

d. Inimicissimam) Quippe cui si vitis adseratur, a bras-sica recedat ea quam possit longissime, vt quidem pro-dit auctor Geop. V. 11. p. 131. Paxamus apud eum-

dem auctorem XII. 17. p. 339. ait aut tabe tum bra-sficam, aut vitem interitu-ram esse. De hac inimici-tia iterum Plin. XXIV. I. H.

e. Folia habet bina) Pli-nius hic marinae et silue-stris historiam confundit. Folia rotunda, parua, laeuia marinae sunt. Nemo bina esse tradit. Res ipsa falsum esse hoc monstrat. Similitudo cum brassica hortensi, folia candidiora et hirsutiora quam in satiua, et (quod ait Dioscorides) amara siluestris brassicae sunt. Dal.

Folia) Ita R. 1. cod. Alii bina legunt: sed falso. Una vero idem est, atque vnius generis, ac modi. H.

f. Oleris) Hoc est brassi-cae satiuae. H.

g. Chrysippus auctor est. Et alii vero) Dictio vero ex-pun-

mala corporis quae serpant: nomas *h.* vocant. Item excrementia absumere. Cicatrices ad planum redigere. Oris hulcera et tonsillas, manducatam et coctam, succo gargarizato cum melle tollere. Item psorias et lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum imponi. Melius si cum lafere, et aceto acri. Necari quoque canes ea, si detur, ex carne. Semen eius tostum auxiliatur contra serpentes, fungos, tauri *i.* sanguinem. Folia cocta ² splenicis in cibo data, et cruda illita cum sulphure et nitro prosunt. Item mammorum duritiae. Radicum cinis vuuae in fauicibus tumenti tactu medetur: et parotidas cum melle illitus reprimit: serpentium morsus sanat. Virium *k.* brassicae vnum et magnum argumentum addemus, et mirabile. Crustae si occupent intus vasa omnia, in quibus aquae feruent in tantum,

1. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. fungorum venena, auri Gr. et Al. 2. Sic et Ch. spleneticis vulg.

pungenda, et coniunctionem et cum minore litera scriptam, adiunge praecedentibus, ex codice antiquo. *Pint.*

b. Nomas vocant) Aliis multis locis sic reddidit ἐγ-
πητας Dioscoridis. *Dal.*

Nomas) Νομαὶ sunt τὰ νευμόμενα τῶν ἐλκῶν, hulcera serpentia, quae depascunt. *H.*

i. Tauri) Et aduersus taurini sanguinis epoti venenum auxiliari brassicae

semen, auctor est Diosc. in Alex. c. 25. *H.*

k. Virium brassicae vnum et magnum argumentum addemus et mirabile. Crustae si occupent intus vasa omnia) Locus est corruptissimus, quem si non emendauero, suggeram tamen aliis emendandi materiam. In antiquo exemplari ad hunc modum legitur: *Virium brassicae vnum et magnum argumentum addemus, a mirabile, crustae occupant intus vasa omnia.*

tantum, vt non sit eas auellere, si brassica in iis decoquatur, abscedunt.

XXXVII. Inter *l.* siluestres brassicas et *m.* lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur *n.* in cibo. Aluum *z.* lenit et mollit.

XXXVIII. Marina *o.* brassica vehementissime ex omnibus aluum ciet. Coquitur *p.* propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.

XXXIX. Scillarum *q.* in medicina alba est quae masculus, femina nigra. Quae candissima fuerit, utilissima *r.* erit. Huic *s.* aridis tunicis direptis *t.* quod reli-

i. His. Gr. *z. Sic et Ch.* leniter emollit *Gr.* et *Al.*

omnia. Legendum fortasse non a mirabile, sed ab atra bili. Pint.

l. Inter siluestres etc.) Siluestria olera. Diosc. Lampanam siue Ceram, brassicam quoque silvestrem ab Arcadibus vocatam fuisse scribit Theophr. cap. 15. Lib. IX. histor. Vide supra c. 8 Lib. XIX. Dalec.

m. Lapsana) De qua sup. libro s. 41. H

n. Coquitur) Et caulis et folia, inquit Diosc. II. 142. H.

o. Marina) Haec totidem verbis Diosc. II. 148. Galenus item de fac. simpl. med. VII. p. 196. A Lobelia pingitur id brassicae genus in Obs. p. 329. quale in horto Regio vidimus. H.

p. Coquitur) Iisdem verbis Diosc. l. c. H.

q. Scillarum) Delibata haec iam superiore libro, s. 30. H.

r. Utilissima erit) Ad parandum acetum scillinum. Dal.

s. Huic) Hanc ipsam aeti scillini concinnandi rationem vide apud Colum. XII. 33. Marc. Emp. c. 20. p. 149. et apud Diosc. V. 25. H.

t. Quod reliquum e viuo est) Legendum reor, quod reliquum e medio est. vt non multo post, Tosta quoque purgatur, et medium eius iterum in aqua coquitur. Videtur quoque suffragari Dioscorides Lib. II. de scylla agens: Sumitur ex ea ab iectis

reliquum e viuo est, consecutum suspenditur *v.* lino,
modicis *x.* interuallis. Postea *y.* arida frusta in
cadum aceti quam asperrimi pendentia ¹ immer-
guntur, ita ne vlla parte vas contingant. ² Hoc
z. fit ante solstitium diebus **XLVIII.** Gypso deinde
oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius diei
Solem accipientibus. Post eum numerum dierum
tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur.
Hoc *a.* clariorem oculorum aciem facit. Salutare
est *b.* stomachi laterumque doloribus; ³ parum
sumptum binis diebus. Sed tanta vis est, ut audi-
dius haustum ⁴ extinctae animae momento aliquo
speciem praebeat. Prodest et ginguis, et denti-
bus, vel per se commanducata. ⁵ Tineas et reli-
qua ventris animalia pellit ex aceto et melle sum-
pta. Linguae *c.* quoque recens subiecta praestat,
ne hydropici ⁶ sitiant. Coquitur *d.* ⁷ plurimis
modis:

- 1. merguntur. Ch.* *2. Verba Hoc - XLVIII. vncis*
inclusa in Ch. *haec clausula sequitur eam, cui hic*
praeponitur, hoc modo: Gypso deinde, etc. *Hoc*
fit, etc. *3. paucum. V.* *4. Sic ex MSS. em.*
Hard. tintae Gr. et Al. *5. Taenias V.* *6. Sic*
ex MSS. em. Hard. cons. Ch. fitim sentiant Gr.
et Al. *7. puribus. Ch.*

*iectis extimis cunctis parti-
bus, quod maxime intimum
est. Pint.*

*Quod) E medio, quod
tenerius, interiusque est.
Marc. Emp. c. 34. p. 232.
Scillae bulbi, inquit, quod
interius est. Τὸ μεσαίτε-
τον, quod intimum est me-
ditullium, inquit Diosc. II.
202. H.*

*v. Suspenditur) Et sicca-
tur in umbra. Diosc.*

*x. Modicis interuallis) XL.
diebus. Diosc.*

*y. Arida frusta) Mina in
sextariis duodecim. Diosc.*

*Postea) In umbra sic-
cata. Haec totidem verbis
Diosc. I. c. Sectas taleolas
vocat Colum. XII. 33. H.*

*z. Hoc) Discrepat Colu-
mella, qui diebus ante vin-
demiam XL. id fieri prae-
cipit. H.*

z. Hoc clar.) Disc. V. 25. H.

modis: in olla, quae coniiciatur in clibanum aut furnum, vel *e.* adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis. Et *f.* cruda siccatur, deinde conciditur, coquiturque in aceto, tum serpentium iestibus imponitur. Tosta *g.* quoque purgatur, et medium eius iterum in aqua coquitur. *Vsus h.* sic coctae

b. Salutare) Stomachicis, et iis qui cibum aegre concoquunt. Diose. loco proxime cit. H.

c. Linguae) Plin. Val. III. 12. plane ad verbum. Apuleius quoque, c. 42. tit. 4. H.

d. Coquitur) Ita Diose. II. 202. H.

e. Adipe aut luto illita) Apud Dioscorid. est, *τῶς γάρτη*, quod eo loco significat, non *τὴν πιμελὴν* nempe aut setum; aut adipem, sed farinae aqua subactae massam paratam ad panificium. Vulgus *pastam* vocat. Hesychius *ζύμην*, quasi fermentum dicas. Eadem incuria Plinius lapsus est c. 6. L. XXXIII. *Dal.*

Vel adipe) Diose. I. c. Σταυτὶ δὲ ἡ πηλῶ περιπλάσσεται, καὶ διδοται εἰς ιλίβανον, ἡ ἀνθραξιν ἐγκυπτεται, μέχρις ἂν ὁ πτηθῆται κανῶς τὸ περικείμενον σῶς. *Farina subacta, lutea oblinitur, aut prunis obrui-* *nur, donec ambiens crusta sufficienter rosta sit.* Ex aliis

haud dubie fontibus Plinius haec hausit. Nam vocem ambiguam *γάρτης*, quae et adipem, et farinam subactam fermentumue significat, *de la pasté*, cur adipem potius redderet quam farinam, non liquet. Hesychius, p. 862. *Στέατα, ἀλευρα, ζύμη.* *Στέατος,* λίπτες. Nisi forte numero solum multitudinis, ut Hesychius innuit, fermentum significet, et farinam: numero singulari, adipem. At adipe inuolui, incoquique scillam, minus commodum videtur, quam si id farina fiat subacta. H.

f. Et cruda) Haec quoque Diose. II. 202. Theod. Prisc. I. 22. de apum percussibus, vel scorpionum, ceterorumque serpentium. *Scilla cruda trita imponitur,* et statim curat, H.

g. Tosta) Flin. Val. III. 12. ad verbum, et Scrib. Larg. comp. 76. H.

b. Vsus) Diose. I. c. Apuleius quoque, c. 42. tit. 1. etante hos Celsus III. 21. Plin. Val. I. c. *Scillae bul-*
bus

Eiae ad hydroponicos, ad vrinam ciendam tribus obolis cum melle et aceto potae. Item i. ad splenicos, et stomachicos, (si k. non sentiant hulcus,) quibus innatet cibus. Ad l. termina, regios morbos

I. innat. Dal.

bus torretur, deinde purgatur, et medium eius in aqua coquitur: quum madidum est, ex eo tres oboli dantur potui ex melle et aceto: euacuatur per vrinam. Theod. Prisc. IV. *Ad hydropem: Squilla, id est, bulbus sub prunis furno assatur: deinde circumpurgetur, et medietas eiusdem bulbi in aqua coquitur: posteaquam coquendo colorem mutauerit, tollitur. Ex quo bulbo scrupulus unus et dimidiis teritur cum oxymelle: tribus cyathis calefactum, bibendum datur: omnem calamitatem per vrinam euacuat.* H.

i. Item) Diosc. I. c. Καὶ σομαχιῶν οἵς ἐπιτολάζεται τὰ σιτία. Stomachicis quibus innatet cibus. Cels. IV. 9. in lienis morbo acetum acre sorbere per se, et magis etiam quod scilla conditum sit, expedire ait. Σπληνιὸς est lienosus, siue qui lienis indurationem patitur. Vide Galen. κατὰ τόπους IX. 2. p. 598. Στομαχιὸς, qui stomacho, hoc est, ventriculi orificio laborat, et ci-

bum continere nequit. Vocis huius alias acceptiones vide apud eundem Galen. κατὰ τόπ. VIII. 2. p. 563. H.

k. Si non sentiant hulcus) Cauendus scillae vsus ii, quibus ulcerata sunt interna. Diosc.

Si non) Cauendus enim nero scillae vsus ii, quibus interna quaepiam exulceratio est, inquit Diosc. II. 202. Φυλάττεσθαι δὲ αὐτῆς τὴν δόσιν δεῖ, ἐφ' ᾧ ἔλκωσίς τις ἐξίν ἐντός. H.

l. Ad) Diosc. I. c. Καὶ ἐπὶ ἵπτέρᾳ, σροΦεμένων, βητόντων χρονίως, ἀσθματικῶν, ἀναΦορικῶν. Cels. IV. 4. ad tuſsim pariter veterem delingere scillam iubet. Scrib. Larg. comp. 76. Ad susprium faciunt bene inter simplicia quidem acetum squillites, quod vocant, cochleario ter quaterue sumprum in die. Prodest et ipsa scilla, argilla circumdata, et furno cocta, purgatis exterioribus putaminibus, et quod tenerimum est eius mellis duabus partibus Attici admixtum et tri-

bos, tussim veterem cum suspirio. Discutit *m.* et foliis¹ strumas, quadrinis² diebus soluta. Furfures *n.* capitis, et hulcera manantia illita,³ ex oleo cocta. Coquitur *o.* et in melle cibi gratia, maxime ut coctionem facias. Sic *p.* et interiora purgat. Rimas *q.* pedum sanat in oleo cocta, et mixta resinae. Semen eius lumborum dolori ex melle imponitur. Pythagoras *r.* scillam in limine quoque ianuae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.

XL.

1. strumas: quadrinis diebus furfures capiti. M.

2. diebus sola. Furfures. V. 3. Sic ex

MSS. em. Hard. Sic Alii et Ch. ex eo c. Gr. et Al.

tritum, cochleario semel in die bisue sumptum profuit multis. H.

m. Discutit) Theod. Prisc. I. 9. vbi de furunculis et strumis: *Scilla quoque, inquit, si contrita in vicem cataplasmati imponatur, quatuor diebus permanens continuus, duricias soluit.* H.

n. Furfures) Hanc vim bulbis adscribit Diosc. II. 20. cum nitro cocto. H.

o. Coquitur) Diosc. totidem verbis, II. 202. H.

p. Interiora purgat) Crassa, γλοιώδη per aluum educit. Dal.

Sic et) Quoniam sic sumpta, viscida excrementa aluo detrahit, inquit Diosc. I. c. H.

q. Rimas) Diosc. I. c. et Marc. Emp. c. 34. p. 232. totidem verbis. H.

r. Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam, malorum medicamentorum introitum pellere tradit) Aliter antiquo codice, et si eodem sensu: Pythagoras scillam quoque in limine ianuae suspensam contra malorum, etc. Haec lectio si recipitur, scribendum erit in fine clausulae non pellere, sed pollere. Nihilominus existimo locum esse corrosum truncatumque, omissis aliquot verbis, atque adeo aliis inuersis. Apponam verba Theophrasti, unde hausit Plinius, deinde apriam sententiam meam. Is igitur auctor, Lib. VII. c. 12. ita scribit: *Omnia igitur capitata radice viuacia maiorem in modum sentiuntur, sed praecipue scilla, vrpote quae suspensa viuere possit,*

M m

et

XL. Ceterum bulbi ex aceto et sulphure vulneribus in facie medentur. Per se vero triti nervorum contractioni, et ex vino s. porrigini: cum melle, canum t. mortisibus: ¹ Erasistrato placet

cum

i. ut Eras. Dal.

et quidem plurimum temporis. Potest etiam fructus recondendos seruare, ut poma punica detracto pediculo: et satorum nonnulla celerius apud eam germinant. Traditur et ante portas satam remedio esse contra veneficorumnoxam. Ex his Theophrasti verbis apparet aliquot in Plinio verba deesse. Laconosum igitur locum ad hunc modum fortasse restituemus: Pythagoras scillam suspensam diu vivere: in limine quoque ianuae satam, contra malorum medicamentorum inurorum pollere tradit. Nec memouet citari a Plinio Pythagoram, non Theophrastum: potuit enim idem ab utroque prodi. Pint. Pythagoras scillam, etc.) Veneficia solitos arcere, expiareque noxious, priscos homines scilla, ostendunt hi versus Hippo nactis, Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ἔσπιζοντες Κράδησι καὶ σπίλαισιν, ὡς Φαρμάνοις. Projectas etiam statuas, et simulacula, per contemptum insultantes scilla impetebant. Theocritus in Thalysiis: Καὶ ἦν μὲν ταῦθ' ἐρδῆς ὡς πᾶν Φίλε, μήτι το

πᾶδες Ἀριαδνοὶ σπίλαισι υπὸ πλευρᾶς τε καὶ ὠμος Παγίνα μασίσδοιεν, ὅδε κρέα τυτθα παρεῖη. Scillas prope sepulchra etiam olim serebant. Vnde prouerbium, Scillas sepulchro euellere, de amente et furioso. Theocritus, Σπίλας ἵων γεαῖας ἀπὸ σαματος αὐτίνα τίθαις. Dal.

(Pythagoras) Et Diose. quoque l. c. Ἐγὶ δὲ καὶ ἀλεξι-Φάρμανον ὄλη πρὸ τῶν θυρῶν ιφεμαμένη. Sic etiam Zoroastres in Geop. XV.

I. p. 406. Quin et vulpes quoque, gnara lupo et scillam aduersari, pro speluncæ foribus scillam suspendit, quae lupum ab ingressu arceat, teste Habdarrahmano Aegyptio, c. 23. p. 96. Scilla vim expiandi habere credita olim: quare apud Theophr. in Charact. superstitionis subinde se scillæ circumlatione purificat. Vide Casauboni Not. in eum locum. H.

s. Porrigini) Furfuribus, πιτύοις, Diose. II. 200. et Marc. Emp. IV. 40. H.

t. Canum) Diose. I. c. cum melle, ac pipere trito. H.

cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii si e naribus fluat, coriandrum et farinam adiiciunt. Theodorus v. et lichenas ex aceto bulbis curat: et x. erumpentia in capite, cum vino austero aut ouo. Et bulbos epiphoris idem allinit, et sic lippitudini medetur. Aequae vitia quae sunt in facie, eorum y. rubentes maxime, in sole illiti cum melle et nitro, emendant: lentiginem z. cum vino, ¹ aut cucumi cocto. Vulneribus a. quoque mire profund per se: aut b. vt Damion, ex mulso, si quinto die soluantur. Iisdem et c. auriculas fractas curat, et d. testium pituitas:

M m 2

In

i. aut cymino cocti. V. cum aut cucumi. Ch.

v. *Theodorus*) Proximum certe licheni et affine malum elephantiasin, hoc medicamento sanari auctor est Plinius Valer. II. 57. et Q. Seren. c. 11. huic propellendo malo, inquit, *Non frustra bulbos, et sulphura iungis aceto.* H.

x. *Et erumpentia*) Subintellige hulcera: $\alpha\chi\omega\rho\epsilon\varsigma$ dixit Diosc. l. c. H.

y. *Rubentes maxime*) Silvestres, quibus radicis cortex rubet. Infra cap. 10. L. XXV. hoc genus pericarpum vocat. *Dal.*

Eorum) E bulbis ii maxime, quorum cortex radicis rubet. *Diosc.* II. 200. *Βολβὸς πυρέγος.* H.

z. *Lentiginem*) Cum melle maluit Q. Serenus, c. 12. *Proderit et bulbis mellis dulcedine victus.* H.

a. *Vulneribus*) Haec Plin. Val. ad verbum, III. 20. H.

b. *Aut*) Vide N. et Em. N. XVII. (hic consp.) *Profund*) Plinium Valerianum miror, qui et medicus haberet et dici voluit, dum hunc scriptoris nostri locum exscriberet, tam foedo errore prolapsum, ut pro mulso muscum legerit, et suum nobis deinde errorem intrepide obtruserit: sic enim ille de rem. III. 20. *Efficaces*, inquit, *sunt et bulbis triti per se, ad vulnera glutinanda: Adiiciebat tamen illis Damon medicus muscum qui in aqua gignitur, et die quinto soluebat.* At multo cautius ex mulso legit Marc. Emp. c. 33. p. 228. H.

c. *Iisdem*) *Diosc.* II. 200. H.

In articulorum doloribus miscent farinam. In e. vino cocti ¹ illiti ventri, ² duritiam praecordiorum emolliunt. Dysentericis f. in vino ex aqua caelesti temperato dantur. Ad conuulsa intus, cum silphio pilulis fabae magnitudine. Ad g. sudorem tufi illinuntur. Neruis h. utiles: ideo et paralyticis dantur. Luxata i. in pedibus, qui sunt rufi ex his, citissime sanant cum melle et sale. Venerem k. maxime Megarici stimulant: ³ hortensii l., partum cum fapa

*i. et illiti. V. 2. duritem. Gr. 3. Esculenti.
Diosc.*

Ceterum bulbi ex aceto et sulphure vulneribus in facie medentur) Scribo, Ceteri bulbi ex aceto et sulfure ulceribus in facie medentur, ex vetusto exemplari. Pint.

d. Et testium pituitas) Oedematosos, et flatuosos, serofolue tumores. Dal.

Et testium) Sic, opinor, aquosos testium tumores vocat. Dolorem testium simpliciter Marc. Emp. appellat, c. 33. p. 228. Bulbi ex mulso triti atque illiti, dolentibus testiculis medeniur. H.

e. In vino) Plinius Val. II. 15. Bulbi triti, inquit, in illi ventri, bene molliunt, et praecordiorum tumorem curant. H.

f. Dysentericis) Plinius Val. II. 28. Dysenteriae compescendae: per se bulbi triti dantur, et in vino austero posio miscetur. H,

g. Ad sudorem) Compendendum. Diosc. II. 200. H.

b. Neruis) Largiore tamen cibo sumptos neruis nocere bulbos ait Diosc. II. 200. H.

i. Luxata) Diosc. II. 200. Graeci σεμιατα luxata, seu artus luxatos vocant, cum suo loco mota ossa legitimos naturae in ea parte motus cum dolore remorantur. H.

k. Venerem) Hoc de bulbis satis vniuerse prodidit Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 164. et Diosc. I. c. De Megaricis in primis Ouidius a nobis laudatus XIX. 30. De Regiis appellatis Athen. II. p. 64. Referri huc forte potest vulgata illa apud eundem Athen. I. c. paroemia: 'H δέ παροιμία Φησίν, Ούδεν σ' ὄντες Βολβός, ἀν μή νεῦρος εχει.'

sapa aut passo sumpti: siluestres, interaneorum plaga et vitia, cum filphio pilulis deuoratis sedant. Et satiuorum semen contra phalangia babitur in vi- no. Ipsi ex aceto illinuntur contra serpentium iectus. Semen antiqui bibendum insanientibus da- bant. Flos bulborum tritus crurum maculas va- rietatesque igne factas emendat. Diocles *m.* oeu- los hebetari ab iis putat. Elixos assis minus vtiles esse adiicit, et difficile concoqui ex vi vniuscuius- que naturae.

XLI. Bulbinem *n.* Graeci vocant herbam por- raceis foliis, rubicundo bulbo. Haec traditur vul- neribus mire vtilis dumtaxat recentibus. Bulbus *o.* quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, ceteris longiora.

XLII. (X. *p.*) Vtilissimus *q.* stomacho cibus asparagi traduntur. Cumino *r.* quidem addito in-

M m 3 flatio-

1. Sic ex MSS. em. Hard. Inter vtilissimos stomachi ci- bos asparagi traduntur. Cb. asparagi, vt traditur Gr. et Al.

εχης. Nervis carentem iuuerit
bulbus *nibil.* De qua
Erasnum consule, chil. 4.
cent. 2. Ad. 42. H.

l. Hortensii. Idemque
satiui, esculentique appella-
ti. H.

m. Diocles. Diphilus quo-
que Siphnus apud Athen.
II. 64. H.

n. Bulbinen. Βολβίνη dici-
tur Theophrasto Hist. VII.
13. et Matroni apud Athen.
II. p. 64. H.

o. Bulbus. Oribasii inter-
pres XI. p. 193. post Diosco-
rid. II. p. 201. *Bulbus qui*

*ad ciendum vomitum accom-
modatus dicitur, folia habet
... multo longiora, quam
is qui edendo est, etc. Diosco-
ridi, βολβὸς ἐμετινός, etc.
A similitudine, quam folio
cum iuncis habet, Hispani
Ionquillas nuncupant: a
quibus et Galli Ionquille:
Ionquille d' Espagne: gran-
de Ionquille: petite Ionquille.
Pingitur a Dodonaeo, p.
226. Sed et quisquis bul-
bus vomitum ciet, vomito-
rius dici potest. Vide An-
guillaram par. 7. p. 119.
H,*

flationes stomachi colique discutiunt: ¹ iidem s. oculis claritatem afferunt. Ventrem t. leniter molliunt. Pectoris et spinae doloribus, intestinorumque vitiis proflunt, vino ² quum coquuntur addito. Ad v. lumborum et renum dolores, semen trium obolorum pondere, ³ pari cumini bibitur. Venerem x. stimulant. Vrinam y. carent utilissime, ⁴ praeterquam vesicam z. exhalcerant. Radix a. quoque, plurimorum praedicatione, trita, et ex vino albo pota, calculos quoque exturbat,

lum-

- i.* Haec clausula ultima in M. d. *2.* quum coquuntur, adiecto. Ch. *3.* parte Ch. *4.* Sic ex MSS. em. Hard. praeter quod. M. praeterquam quod Gr. et Al.

p. Et orminio) Hormenio ὄρμηνίς, ἀπὸ τῆς ὄρμην, quia Venerem excitat, αὐτοὶ διστασίνος ἐστι. Vide supra cap. 8. Lib. XIX. et Athenaeum Lib. II. apud quem scribitur perpetuum cum εἰ, ὄρμενος et ὄρμενιον. Porro apud Iuuenal. Satyr. *7.* Afrorum hormenia legendum est, vbi vulgo epimenia, vel epimendia legitur. Hormenium Auenionenses hodie vocant Romioconin, vocabulo ad Graecum nomen alludente. *Dal.*

q. Utilessimus) Haec Plin. Val. ad verbum IV. 30. H.

r. Cumino) Plin. Val. I. c. H.

s. Idem) Plin. Val. I. c. H.

t. Ventrem) Plin. Val. I. c. Diosc. II. 152. et Diocles apud Athen. III. p. 120. H.

v. Ad lumborum) Plin. Val. II. 36. Asparagi semen et cumini, inquit, pari pondere tritum, et ex vino vel aqua calida potui datum, emendat lumborum et renum vicia. Et Q. Seren. c. 26. de lumbis et renibus sanandis: Aut caput asparagi cum vino sume verusto, Seu matus, appone: modus conducit uterque. H.

x. Venerem) Plin. Val. IV. 30. H.

y. Vrinam) Plin. Val. I. c. H.

z. Vesicam exhalcerant) Praesertim corrudae. *Dal.* *a.* Radix) Diosc. II. 152. Plin.

lumborum *b.* et renum dolores sedat. Quidam *c.* et ad vulvae dolorem radicem cum vino dulci propinuant. Eadem *d.* in aceto decocta contra ¹ elephantiasim proficit. Asparago trito ² ex oleo perunctum pungi ab apibus negant.

XLIII. Siluestrem asparagum ³ aliqui *e.* Libycum vocant. Attici *f.* ⁴ hormenum. Huius *g.* ad supra dicta omnia efficacior vis, et *h.* candidiori maior. Regium *i.* morbum extenuat. Veneris causa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem et semen valet cum anetho, ternis ⁵ utriusque obolis. Datur et ad serpentium ictus succus decoctus. Radix miscetur radici marathri

M m. 4 in-

- | | |
|--|---------------------------------------|
| <i>1. elephantiam. M.</i> | <i>2. Sic ex MSS. em. Hard. conf.</i> |
| <i>Cb. cum oleo Gr. et Al.</i> | <i>3. Sic ex MSS. em Hard.</i> |
| <i>conf. M. aliqui corrudam, aliqui Libycum . . . orminum Gr. et Al.</i> | <i>4. hormenium. V.</i> |
| <i>MSS. em. Hard. conf. Cb. virumque Gr. et Al.</i> | <i>5. Sic ex</i> |

Plin. Val. II. 36. IV. 30.
176. 179. Marc. Emp. c.
25. p. 173. et c. 26. p. 176.
H.

b. Lumborum) Diosc. l. c.
Marc. Emp. c. 25. p. 173.
Plin. Val. II. 36. IV. 30.
Apuleius c. 84. tit. 4. H.
c. Quidam) Plin. Val. IV.
30. H.

d. Eadem) Plin. Val. l. c.
Contra elephantiasim efficax
creditur. Marc. Emp. c. 19.
p. 130. Radix asparagi de-
cocta in aceto, et elephantio-
sis rationabiliter imponitur.
Apuleius c. 84. tit. 3. *Ad*
elephantiosos. Herbae aspa-
ragi radix cocta contrita im-
ponatur elephantiaco, libera-

bitur. H.
e. Libycum) Apul. c. 84.
Graeci myacanthan, alii aspa-
ragon agrion, Latini corruda-
dam, alii asparagum agre-
stem, alii asparagum rusti-
cum, alii asparagum nostrum:
Nostrum quum dicit, Liby-
cum, opinor, intelligit.
Fuit enim is ex Africa, op-
pido Madaura. H.

f. Attici) Vide quae dixi-
mus sup. libro, 42. H.

g. Huius) Athen. II. p. 62.
H.

b. Et candidiori maior)
Candidiores nascentur locis
aridioribus. Dal.

i. Regium) Diosc. II. 152.
H.

inter efficacissima auxilia. Si sanguis per vrinam reddatur, semen¹ asparagi, et apii, et cumini ternis obolis in vini cyathis duobus, quinque diebus, Chrysippus dari iubet. ² Sic et hydropticis contrarium esse, quamvis vrinam moueat, docet: Item *k.* Veneri. Vesicae quoque, nisi decoctum: quae *l.* aqua si canibus detur, occidi *ll.* eos: In *m.* vino ³ decoctae radicis succum, si ore contineatur, dentibus mederi.

XLIV. (XI.) ⁴ Apio *n.* gratia in vulgo est. Namque rami largis portionibus per iura innatant, et in condimentis peculiarem gratiam habent. Praeterea *o.* oculis illitum cum melle, ita ut subinde fo-

1. et aspar. Ch. *2. Is et 3. decoctum aqua. Si canibus. M.* *4. Sic ex MSS. em. Hard. gratia vulgo est. Gr. et Al.*

k. Item) Chrysippum sequutus Diosc. l. c. docet decoctum radicis asparagi haustum, ποιεῖν ατόμιον καὶ ἀγορον, partum impedire, ac sterilitatem inducere. H.

l. Quae) Et hoc ex aliorum sententia refert Diosc. l. c. H.

ll. Occidi eos) Dioscorides id tantum fama hominumque sermonibus vulgatum ait. *Dal.*

m. In) Marc. Emp. c. 12. p. 94. Apul. c. 84. tit. 2. *Ad dentium dolorem. Herbae asparagi succum in ore oportet continere.* Plin. Val. I. 36. *Asparagi siluarici radicem in vino decoquere: ex*

hoc in ore contineas: dolorem sedare: succusque eius similiter facit. Adde his Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 160. H.

n. Apio) Satium intelligit, siue horrense: vulgo *Persilum* dicitur: etsi aliter sentire intelligo Aloisium Anguillara, par. 7, p. 121. H.

o. Oculis) Inflammatis Dioscor. *Dal.*

Praeterea) Oculorum inflammationibus, πρὸς ὁφθαλμῶν Φλεγμονάς, inquit Diosc. III. 74. Oculorum epiphoris, (quae Plinii hoc loco mens est, quam

foueantur feruenti succo decocti, aliisque membrorum epiphoris: per se tritum, aut cum pane, vel polenta impositum, mire auxiliatur. Pisces quoque si aegrotent in piscinis, apio viridi recreantur. Verum apud eruditos non aliud erutum terra in p. maiore sententiarum 2 varietate est. Distinguuntur sexu. Chrysippus feminam esse dicit crispioribus foliis et duris, crasso caule, sapore acri et feroido. Dionysius nigriorem, breuioris radicis, vermiculos gignentem: Ambo neutrum ad cibos admittendum, immo q. omnino nefas: nam id r. defunctorum epulis feralibus dicatum 3 esse:

M m 5 visus

1. creatum. V. 2. autoritate. M. 3. esse in M. d.

quum sequatur statim, aliisque membrorum epiphoris) Apul. 118. tit. I. Ad epiphoras oculorum: Herba apio trita bene cum pane molli, oculi regantur: mirifice sanat. Eadem habet Plin. Val. I. 14. Oculis tumenibus, vel dolentibus, apium imponi cum lacte mulieris Marc. Emp. iubet, c. 9. p. 56. Th. Prisc. L. I. 10. dc oculorum causis. Et caseus recens, inquit, cum apiorum foliis contritis impositus, saepe oculos liberauit: et panis mundus vino infusus, et cum oleo roseo tritus, par beneficium praestitit. H.

p. In maiore, etc.) Noxicum sit, an innoxium. Dal.

q. Immo omnino nefas) Arnobius Lib. V. aduersi-

gentes: Oblivioni etiam sacra Corybantia donentur, in quibus sanctum mysterium illud traditur. Frater trucidatur a fratribus, interempti ex sanguine apium nascitur: prohibitum mensis olus illud apponi, ne a manibus mortui inexpialis contraheretur offendio. Dal.

r. Nam id defunctorum, etc.) Apud Plutarchum Timoleontis milites ad pugnam castris educiti, mulis apium ferentibus obuiis infaustum augurium putauere, quoniam apii coronae sepulchris imponerentur, unde prouerbii specie apio egere dicitur, qui periculosis aegrotat. Magius cap. 17. II. Vide quod notatum in cap. 8. XIX. et Alexand. ab Alex. cap. 7. II. explicantem

visus quoque claritati inspicum. Caule feminæ vermiculos s. gigni. Ideoque t. eos qui ederint, sterilescere, mares feminasque. In 2 puerperiis vero ab eo cibo comitiales u. fieri qui vbera hauriunt. Innocentiorum tamen esse marem. Ea que causa est, ne inter nefastos 3 frutices damnetur

1. Haec duo verba in M. defunt. feminasue. Ch.

2. puerperis. M. et Ch. 3. frutex. Ch.

tem Ciceronis dictum, praetextam sibi rexii apio, ubi quidam legunt Appio, et c.
26. V. Dal.

Nam) In feralibus epulis vñi conuiuae corona ex apio. Suidas: Σελίνη σέΦανος. Πένθιμος. τὸ γὰρ σέλινον πένθεσι προσῆκει, ὡς ἐΦῆ καὶ Δάρεις εὐ τῷ Περὶ ἀγώνων. Adde, ut Plutarchus est auctor, in vita Timoleonis, coronari apio sepulcra: vnde vetus illud, Indigere apio, de iis qui profligata valerudine vtuntur. Suidas, T. II. p. 930. verbo: Τὰ σέλινος δεῖται, ἐπὶ τῷ αὐτοφαλῶς νοσεύτων. Καὶ γὰρ εἰώθαμεν τὰ μνήματα σέφανον σελίγοις, ὡς Φασι Πλέταρχος. Arnobius contra gent. V. p. 169. Oblivioni eriam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater trucidatus a fratribus, interempti ex sanguine Apium, natum, prohibitum mensis olius illud apponi, ne a mani-

bus mortui inexpiabilis contraheretur offensio. H.

s. Vermiculos) Quum e terra erutus soli exponitur. H.

t. Ideoque) Dissentire a Chrysippo videtur auctor Geop. XII. 13. Βρωθὲν δὲ τὸ σέλινον παταφερεζέρας εἰς τὰ ἀφροδίτια ποιεῖ τὰς γυναικας, etc. Habet eadem Simeon Sethi, L. de alim. tit. Σέλινον. H.

v. Comitiales fieri, etc.) Galenus in consilio pro epileptico apium in comitialibus et laudat et imperat. Dal.

Comitiales) Comitiales fieri, qui apio in cibis vtantur, auctor est Simeon Sethi, l. c. Galenus tamen in Consilio, pro pueri epileptico, T. X. c. 4. p. 491. apium smyrniumque, quod genus apii est, degustari ab eiusmodi aegrotis utilissime admonet. Πρέστε δὲ καὶ σελίνη, καὶ σμύρνις προσάψασθαι ποτε συνοισει, etc. H.

tur. Mammārum *x.* duritiam imp̄fūtis foliis emollit. Suauiores *y.* aquas potui incoctum praeſtat. Succo maxime radicis cum vino lumborum dolores mitigat. Eodē iure instillato grauitatem au-
rium. Semine *z.* vrinam ciet, ¹ menstrua, ac *a.* fe-
cundas partus. Et, si foueantur semine decocto,
fugillita reddit ² colori. Cum *b.* oui albo illitum aut *a.*
ex aqua cōctum potumque rēnibus medetur: In fri-
gida tritum oris hulceribus. Semen cum vino, vel
radix cum veteri vino vēſicæ calculos frangunt.
Semen datur et arquatis ex vino albo.

XLV.

*z. menstrua, secundas, ac partus. Vet. menstrua ac se-
cundas, partus. Ch. ac secundos partus. Gr. 1. 2. colo-
rem. V.*

*x. Mammarum) Lacte con-
creto turgidarum, χονδριών-
των, Dioscor. Dal.*

*Mammarum) Dioſc. II.
74. Mamas, inquit, χον-
δριώντας, grumoso lacte
turgentes reprimit. H.*

*y. Suauiores) Hinc aegris,
quibus vino interdictum est,
vel hydromeli, vel apiatam
aquam praeſcribit Theod.
Prisc. II. p. 2. c. 2. et 6. H.*

*z. Semine) Dioſc. I. c.
Plin. Val. IV. 2. de faculta-
te apii: Nulla res fortius vel
vrinæ difficultates resoluit,
vel feminarum menstruis im-
perat. H.*

*a. Ac secundas) Ita MSS.
R. et Colb. 1. vt f. 23. hoc
est, secundas a partu. Prius*

legebatur, ac secundos par-
tus, aliena a Plinii mente
ſententia. H. p. 1. 10. 1.

*b. Cum oui albo illitum)
Antiquum exemplar, cum
vino albo illitum. Quam le-
ctionem confirmant verba,
quae paulo infra ſequuntur:
Semen datur et arquatis ex
vino albo. Pint.*

*Cum oui) Vel sic fugillatiſ ſanandis, de quibus di-
ctum est proxime, adhiberi
iubet Marc. Emp. c. 19. p.
131. Apium viride, inquit,
ſubtiliter tritum, cum oui al-
bo illitum, liuoribus prodeſt.
H.*

*c. Aut ex) Hoc vero Mar-
cellis ad verbum exſcripsit,
c. 26. p. 177. H.*

XLV. Apiastrum d. Hyginus quidem melisso-phylon appellat. ¹ Sed e. in confessa damnatione est

^{1..} Sed confessa. V. et in c. Al.

d. *Apiastrum Hyginus, etc.*) Apiastrum Hyginus melisophylon appellat, non quod quidquam cognationis habeat cum apii generibus, sed ab apibus, quia gratissimum illis sit. Apiastrum vero tamquam apium silvestre, hic ranunculum secundum, sive sardinum vocatum fuisse Plinius, quod equidem sciam, solus tradit, negligenter sane et perturbate diuersa haec confundens. *Dal.*

Apiastrum) Μελισσόφυλλον, ab apibus, quae ea herba plurimum laetantur. Illud est, quod in coronamenta venire dicitur, XXI. 29. Alii citraginem aut Melitaenam, Galli Melissam vocant, *Melisse*, ou *citronelle*. Apiastrum ab Hygino vocari cepit, eruditissimo alioqui viro, sed quem omnes hac in parte damnent, et quod magis mirere, sequantur tamen. Nam M. Varro ita appellat de R. R. III. 16. et Diosc. in Nothis, p. 457. *Μελισσόφυλλον, οἱ δὲ μελίτταιον, οἱ δὲ μελίφυλλον . . . Ρωμαῖοι ἀπιαστρον, οἱ δὲ ιτράγω, etc.* A Matthiolo pingitur

in Diosc. III. p. 826. In horto Regio septem melissae genera diuersa vidimus. H.

e. *Sed et) Damnatur id vero, inquit, quod affinitatem habet nominis cum apiastro seu melisophyllo, quoniam et ipsum apiastrum vocatur: non eo sane, quod sit apibus gratum, ut melisophyllum, de quo proxime diximus: sed quod apium aemuletur: nam quae ita desinunt, imitationem quamdam, ut Grammaticis placet, important. Illud enim ipsum est, quod batrachion, et ranunculum appellant. Agemus de eo iterum XXV. 109. Apul. c. 8. de scelerata: Graeci, inquit, *batrachion dicunt . . . alii rhuselinon . . . alii selinon agrion . . . Latini apium rusticum, iidem apium risus, iidem apiastellum, etc.* Haec Sardonia herba, de qua historici multa, et Diosc. in Alex. c. 14. Ruellium vide de nat. stirp. II. 116. p. 426. Agresti apio, hoc est, apiastro similem herbam eam Sallustius facit. Aduersus id venenum remedia plura Sennertus afferit, Pract. VI. p. 1055. H.*

est venenatum in Sardinia. Contexenda f. enim sunt omnia, ex eodem nomine apud Graecos ⁱ pendentia.

XLVI. Olusatrum g. quod hippofelinum vocant, aduersatur scorpionibus. Poto h. semine torminibus, et ² interaneis medetur. Itemque i. difficultibus vrinae semen eius decoctum ex mulso potum. Radix eius in vino decocta calculos pellit, et lumborum ac lateris dolores. Canis rabiōsi mor-

1. Splendentia. M. 2. Sic ex MSS. em, Hard. conf.
Cb. interaneorum Vet. torminibus, interaneis, Gr.
et Al.

f. Contexenda) Etiam ea, inquit, interdum connectimus, quorum tractatio et natura dissimilis, sed nominis affinitas maxima. Sic L. XXIII. 65. cum erineo, hoc est, caprifico arbore, erinei quoque herbae vires explicat, propter gentilitatem, inquit, hoc est, propter similitudinem nominis. Ea cautione admonet se melissophyllum ab apiastro Sar-do fecernere: nec alterutrius fieri mentionem alterius admonitione, nisi propter quamdam cognitionem nominis. H.

g. Olusatrum) De quo XIX. 48. Haec traduntur similiter a Nicandro in Theriac. p. 60. H.

b. Poto semine torminibus interaneis medetur) Potarum, non Poto, in vet. cod. vt cum minore litera scriptum

adiungatur superioribus.
Pint.

i. Difficultatibus) Stillicidio, στιλλικίδιος. Dioscor. Dal.

Itemque) Dioscor. III. 78. totidem verbis. Apuleius, c. 106. tit. I. Ad vesicae dolorem: Herba olusatrum tri-ta ex passo in potu sumpta, stranguriam potenter emendat. E Graecis quoque, vnuis instar omnium Theophr. Hist. VII. 6. H.

k. Radix eius in vino decocta) Radix in vino cocta in eodem, cetera superfluunt et paulo post particula eius redundat, legendumque succus algentes calefacit potus Pint.

Radix) Et petroselino has vires adsignat Diosc. III. 77. At hippofelino, sine olusatre, Theophr. l. c. H.

morsibus potum et illitum medetur. Succus *l.* eius algentes calefacit potus. Quartum *m.* genus ex eodem faciunt aliqui oreoselinon, ¹ palmum alto frutice ac recto semine, cumino *n.* simili, *o.* vrinae et menstruis efficax. Heleoselino vis priuata contra araneos. Sed *p.* et oreoselino feminae purgantur e vino.

XLVII. (XII.) Alio genere petroselinon quidam appellant in saxis natum, praecipuum ad vomicas, cochlearibus binis succi additis in cyathum marrubii succi, atque ² ita ³ aquae calidae tribus cyathis. Addidere quidam ⁴ buselinon *q.*, differens

i. palmum. d. in V. C. - *2. ita, in V. d.* *3. caldae aquae. Ch.* *4. et oposelinon. Manuscr.*

l. Succus) Hipposellino suo easdem vires attribuit Diosc. III. 78. Θερμάνει τὰς γίγεντας, πινομένος καὶ εγχειρόμενος. H.

m. Quartum) Primum enim genus apii hortensis, seu satiui, statuitur. Alterum apiastrum. Tertium, hippofelini. H.

n. Cumino simile) Anetho, Theophrastus c. 6. L. VII. histor. foliis et ramulis cicutae, Dioscor. apud quem pro καὶ νέφαλα, legendū καὶ φύλα. Dal.

Cumino) Vide N. et Em. N: XVIII. (hic consp.) *Semente*) Non, ut prius editum erat, simile: ad ipsum enim semen vox ea refertur, cuius similitudo notatur cum

cumini semine. Diosc. III. p. 76. Ὁρεοσέλινον, παυλὸς ἐσὶ σπιθαμαῖος ἐις ἐκ ἔισης λεπτῆς. . . ὁ παρπός ἐπιμήκης, δειρὺς, λεπτὸς, εὐωδης, ἐστιώς πυρίω. H.

o. Vrinae) Vrinae cinedae, menstruisque pellen-dis. Diosc. III. 76. H.

p. Sed. et) Totidem verbis hec Diosc. l. c. H.

q. Buselinon) Βασέλινον, quasi maius apium: ut ab hortensi apio, cui breitas caulis palmum non excedit, magnitudine dirimatur. Nam particula βε in compositione dictiones auger: a bouis magnitudine, qui βες dicitur. Sic enim auctore Festo, et Bulimum Graeci magnam famem dicunt, assueti magnis

rens breuitate caulis a satiuo et radicis colore rufo,
eiusdem effectus. ¹ Praeuale re r. contra serpen-
tes potu et ² linitu.

XLVIII. Ocimum s. quoque Chrysippus gra-
uiter increpuit, inutile stomacho, vrinae, oculo-
rum t. quoque claritati. Praeterea v. insaniam
facere, et lethargos, et ³ iocineris vitia: ideoque
capras id aspernari, hominibus quoque fugiendum
⁴ censet. Addunt x. quidam, tritum si operiatur
lapide, scorpionem gignere: commanducatum, y. et
in sole posatum, vermes afferre. ⁵ Afri z. vero,
si

¹ praeualeat. V. Peculiare, etc. potum et litum. Alii V.

² linitum. M. ³ iocinoris. Gr. ⁴ censens.

Ch. ⁵ Alii. M.

magnis et amplis rebus prae-
ponere βξ, a magnitudine
scilicet bonis. Hinc est, quod
grandes pueros bupaedas ap-
pellant, et mariscum sicum,
busycon. H.

r. Praeuale re) Alii pecu-
liare legunt. H.

s. Ocimum) Haec Plin.
Val. ad verbum, IV. 21.
H.

t. Oculorum quoque clari-
tati) Copiosiore cibo. απ-
βλυωπές εζι Dioscoridi.
Dal.

Oculorum) Plin. Val. I. c.
Copiosiore cibo si sumatur
scilicet, oculis nocere pro-
didit Diosc. II. 171. H.

v. Praeterea) Plin. Val.
I. c. H.

x. Addunt) Plin. Val. I. c.
Ocimum, inquit, edere non-

nulli reformidant, quod com-
manducatum, et in sole posatum
vermiculos gignit: Φυλάσ-
σονται δέ τινες αὐτὸ, καὶ
ἐκ ἐσθίσσι, διὰ τὸ μαστη-
θὲν καὶ τιθὲν εν ἡλίῳ σκω-
λήναι γεννᾶν. Quod vero
scorpionem gignat, falsum
esse Galenus admonet, de
alim. fac. II. 55. p. 365. T.
VI. Vide quae diximus IX.
SI. H.

y. Commanducatum) Scri-
bo commanducatum et in so-
le posatum vermes. Affirmant
vero si eo die, etc. ex vetu-
sto exemplari. Pint.

z. Afri vero) Contra Dio-
scrides ait, Afros credere,
si feriatur scorpione, qui
ocimum ederit, nullus do-
lore conflictari. Dal.

Afri

si eo die feriatur quispiam a scorpione, quo ederit
 1 ocimum, seruari non posse. Quin imo tradunt
 aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis
 vel fluiatilibus trito, conuenire ad id scorpiones
 2 ex proximo. 3 Diodotus in empiricis, etiam a. pe-
 diculos facere ocimi cibum. Sequuta b. aetas acri-
 ter defendit: 4 nam id esse 5 capras. Nec cuiquam
 mentem 6 motam: et c. scorpionum terrestrium
 ictibus, 7 marinorumque venenis mederi ex vino,
 addito 8 aceto exiguo. Vnu quoque compertum
 deficientibus ex acetō odoratum salutare esse. Item
 lethargicis, et inflammatis 9 refrigerationi. Illi-
 tum d. capitis doloribus cum rosaceo, aut myrteo,
 aut

i. ocimum, sanari. Quinimo. M. 2. Sic ex MSS.
 em. Hard. conf. Ch. a prox. Gr. et Al. 3. Dio-
 dorus. Gr. et Al. 4. nam, in V. d. 5. ca-
 pras, nec minus quam mentam aut rutam. Scorpio-
 num. V. 6. mutari. M. 7. Draconumque
 marinorum. Ex Dioscor. 8. aceti. Ch. 9. re-
 frigerandis. V.

Afri) Plin. Val. l. c.
 Diosc. contra l. c. Afros ait
 esse in ea haeresi, ut existi-
 ment, si scorpione quis fe-
 riatur, qui eo die ocimum
 ederit, incolumem eum fo-
 re. H.

a. Etiam) Pediculis infe-
 stari eos, qui ocimum ad-
 hibeant in cibis. H.

b. Sequuta) Posteriores
 medici, inquit, innocuum
 esse ocimi esum defende-
 runt, contra Chrysippum:
 neque officere oculorum
 clarirati, quandoquidem il-

lud caprae edunt, quibus
 est visus acutissimus, vt
 dictum est VIII. 76. neque
 insaniam facere, quum ne-
 mini compertum sit motam
 ex eo cibo mentem esse,
 etc. H.

c. Et scorp.) Diosc. l. c.
 H.

d. Illitum) Apuleius, c.
 117. tit. 1. Capitis dolori me-
 dendo. Herbam ocimum tri-
 tam cum oleo rosaceo, aut
 myrtino, vel aceto, fronti im-
 ponas: mirabiliter capitis do-
 lorem sanat. H.

aut aceto: Item *e.* oculorum epiphoris *f.* impositum ex vino. Stomacho *g.* quoque utile, ¹ inflationes *h.* et ructum ex aceto dissoluere sumptum. Aluum *i.* sistere impositum, vrinam *k.* ciere. Sic et morbo regio et hydropicis ² prodeesse. Choleras *l.* eo et distillationes stomachi inhiberi. Ergo etiam coeliacis Philistion dedit: et coctum dysentericis, ³ et *m.* colicis Plistonius. Aliqui et in tenesmo, et sanguinem exscreantibus, in vino: duritia quoque praecordiorum. Illinitur mammis, extinguitque *n.* lactis prouentum. Auribus utilissimum infantium, praecipue cum adipe anserino. *o.* Semen

- i. inflationis ructum. M.* *2. prodeesse etiam Cholericas. Eo distillationes. M.* *cbleris distillationes, etc. Ch.* *3. et contra plistonius. Ch.*

e. Item) Plin. Val. I. 14. ad verbum. Et Apul. c. 117. tit. 2. *Ad epiphoras oculorum:* Ocimum ex vino optimo tritum, oculis illinitur. Vide et Diosc. II. 171. H.

f. Epiphoris) Doloribus, ex vino Chio. Dioscor. Dal.

g. Stomacho) Plin. Val. IV. 15. H.

h. Inflationes) Plin. Val. IV. 20. et Diosc. I. c. H.

i. Aluum) Plin. Val. I. c. et II. 27. H.

k. Vrinam) Hoc de ocimi semine Diosc. I. c. H.

l. Choleras) Χολερὰ stomachi, intestinorumque pariter virium est: nam et deiatio et vomitus est, intestina torquentur, bilis su-

pra infraque erumpit: Débordement de bile. H.

m. Et colicis) In MSS. Et contra Plistonius aliqui: vt adhuc varietatem et contrarietatem opinionum de ocimo tractet. H.

n. Extinguitque lactis, etc.) Sumptum, lac euocat. Diosc. Dal.

Extinguitque) Quin immo Diosc. auctore l. c. lactis prouentum facit: tanta fuit olim sententiārum de ocimo varietas, vt Plinius animaduerit, inter vetustos scriptores, vt de eius viribus discrepantia pugnantiaque prodiderint. H.

o. Semen) Plin. Val. IV. 20. iisdem verbis. Diosc. quoque II. 171. H.

N n.

men tritum et haustum naribus sternutamenta mouet, et p. distillationes ¹ quoque capiti illitum: vulvas purgat in cibo, ex aceto. Verrucas q. mixto ² atramento sutorio tollit. Venerem stimulat. Ideo etiam equis asinisque r. admissurae tempore inge- ritur. (XIII.) Siluestri s. ocimo vis efficacior ad eadem omnia: peculiaris t. ad vitia, quae vomitio- nibus crebris contrahuntur. ³ Vomicisque ⁴ vul- uae, contraque bestiarum morsus e. vino radice efficacissima.

XLIX. Erucae v. semen scorpionum venenis et muris aranei medetur. Bestiolas x. omnes in- nascen-

i. siccatur capiti. Ex *Dioscor.* 2. caeramento. Ch.
3. vomicis Ch. 4. Sic ex MSS. em. Hard. contra be-
stiarum morsus radice efficacissima. M. vuluae con-
tra Ch. contra bestiarum morsus radix in vino est
Gr. et At.

p. *Distillationes*, etc.) De succo id Dioscorides tradit.
Dal.

Et distill.) *Diosc.* l. c. ocimo succo fluxiones capitis siccari quoque prodidit. *H.*

q. *Verrucas*) *Plin.* Val. totidem syllabis l. c. *H.*

r. *Admissurae tempore in- geritur*) Praeter haec Plini, Plutarcho ocymum ab eleetro non trahitur, ut nec quae oleo sunt illita. In *Symposiac.* *Dal.*

s. *Siluestri ocimo*) Sic Plinius appellare videtur ocy moides Dioscoridis: quamquam facultates a Plinio memoratas Dioscorides multas taceat. *Dal.*

Siluestri) Praeter satium

ocimum, de quo suo loco egimus, plura alia in hor- to Regio a nobis sunt diligenter obseruata: ex quibus quodnam sit illud, quod filuestre Plinius nunc appellat, incertum. Caeu interim Dalecampio credas aien- ti ὄκυοειδὲς a Plinio intel- ligiri, de quo *Diosc.* IV. 28. quum filuestris ocimi radi- cem Plinius laudet, ὄκυοει- δὲς superuacuam esse Dio- scorides haud obscure teste- tur. *H.*

t. *Ad vitia*) Ventriculi imbecillitatem. *Dal.*

v. *Erucae*) *Plin Val.* IV. 13. et Florent. in *Geop.* XII. 26. p. 349. *H.*

x. *Bestiolas*) Pediculos, credo,

nascentes ¹ corpori arcet: Vitia ^{y.} cutis in facie cum melle illitum. Lentigines ² ex aceto. Cicatrices ^{a.} nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt ^{b.} verbera ² subituris potum ex vino duritiam ¹ quamdam contra sensum inducere. In ^{c.} condiendis obsoniis tanta est suauitas, ut Graeci euzomon ^{d.} appellauerint. Putant subtrita eruca si foueantur oculi, claritatem restitu: Tussim ^{e.} infantium ³ sedari. Radix ^{f.} eius in aqua decocta fracta ossa extrahit. Nam ^{g.} de Venere stimulanda diximus: tria ^{h.} folia filuestris erucae sinistra manu decerpta, et trita in aqua mulsa si bibantur.

N n 2

L.

^{1.} corpore. Ch. ^{2.} subituros poto, etc. induere. V.
legitur et indueret in Ch. ^{3.} sedere. Ch.

credo, pulicesque intelligit. Forte et lumbricos: nam Florent. l. c. de eruca, ἔλυνθας ἔξαγει, inquit, lumbricos educit. Sed hos numquam Plinius bestiolas vocat. H.

^{y.} Vitia) Plin. Val. I. c. H.

^{z.} Lentigines) Plin. Val. I. c. et Q. Serenus, c. 22. p. 131. Innuida si maculat faciem lentigo decoram, Nec prodesse valent naturae dona benignae, Erucam, atque acidum laticem simul illine malis. H.

^{a.} Cicatrices) Plin. Val. I. et III. 46. et Florent. I. c. H.

^{b.} Aiunt) Plin. Val. IV. 13. et Florent. I. c. H.

^{c.} In condiendis) Plin. Val. I. c. H.

^{d.} Euzomon) Εὐζωμον, παρὰ τὸ εὖ et ζωμός, propter suavitatem, quam iuribus praebet, quasi iuriis grata. H.

^{e.} Tussim) Plin. Val. IV. 13. H.

^{f.} Radix) Plin. Val. I. c. H.

^{g.} Nam de) L. XIX. 44. H.

^{h.} Tria folia) Vide N. et Em. N. XIX. (hic pos.) Nam Non ad stimulandam Venerem, sed ad regium morbum pellendum Florentinus hoc medicamento utitur in Geop. XII. 26. p. 349. Ἀγρίς δὲ εὐζώμος Φύλλα τὸν αἴριθμὸν γ., τῷ αρι-

L. E contrario i. nasturtium Venerem inhibet, animum ⁱ exacuit, vt k. diximus, duo l. eius genera:

i. exacuit, ve diximus. Duo eius genera. *Album. V.*

*ἀριστερή χειρὶ ληφθέντα,
ἰντερον ἰάτωι.* Quin et Plinius alter Valerianus, qui suum opus ex Plinii nostri verbis sententiisque concinnauit, L. II. 59. ad morbum regium sanandum haec refert: Capitis lemma est, *Regio morbo pellendo:
atque inter medicamenta accenserat, Erucae silvestris tria folia sinistra manu decerptra ex aqua mulsa bibuntur.* Nihil hic porro manuscripsi codices iuvant: nihil coniectura: quamquam aut mutilatione aliqua verborum, aut trajectione sententiae laborare hunc locum non leuis suspicio est. Ad Venerem non folia, sed semen ipsum erucae adhibet auctor libri qui falso Kiranus inscribitur, p. 24. H.

i. *Nasturtium Venerem inbibet*) Dioscoridi Nasturtii semen συνστίαν παρορμᾶ. Cassianus in Geoponicis c. 27. L. XII. *καρδαμὸν Φησὶ ἀΦροδισίων ἐφεκτικότερον ἔνοι* sicut et Plinius. *Κάρδαμον* Graeci vocant *ἀπὸ τῆς καρδίας*, quod cordates et prudentes faciat. Aiunt enim τὰς ἑσθίουτας

καρδαμὸν ὀξυτέρες τὴν διάροιαν γίνεσθαι. Spurum et vrinam inhibere idem tradunt, ob validam siccandi vim: ideoque Persis in vsu frequenti esse, qui meiere, spuere, mungi coram aliis turpissimum putant. Rhodiginus cap. 24. L. XXVI. Vide supra c. 8. L. XIX. Itaque Ammianus Marcellinus scribit, Persarum cadauera ob vietus parsimoniam durescere stipitum more, nec in saniem liquari, nostra vero mox caesa tabescere, ac putrescere, vt mortui nullius facies post quadratum agnoscatur. *Dal-*

Venerem) Plin. Val. IV. 12. Aucto^r Geop. XII. 27. p. 350. At dissentit ab vtroque Diosc. II. 185. Concliare ambos inter se Pheudo-Macer videtur, quum eam vim inhibendi Venerem nasturtio tum solum adscribit, quum vsu frequenti adhibetur. *Dicunt ferentes quod habent nasturtia vires, Et siccas: bac re Venerem ceu ruta coercent, Siccando semen: fuerint si sumpta frequenter.* H.

k. *Vt diximus*) L. XIX. 44. H.

genera: Aluum m. purgat, detrahit bilem et potum in aqua n. x. pondere. Cum o. lomento strumis illitum, opertumque brassica, praeclare medetur. Alterum est nigrius, quod p. capitis via purgat. Visum q. compurgat. Commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Lienem r. ex

N n 3

vino

1. *potum X. pondere in aquae VII. Ch.* 2. *quoque
Commotas. V. clarificat. Com. Alii. V.*

l. *Duo eius genera) Nempe silvestre et hortense, quod indicant quae mox sequuntur, Siluestri vero, etc. Silvestris nullam Dioscorides mentionem facit, nec albi et nigri seminis. Dal.*

m. *Aluum) Illud nimis, quod minus nigrum est. Nam alterum genus, ut mox dicetur, est nigrius. De hoc igitur Marcellum Emp. intellige, c. 30. cuius lemma est: Ad ventrem resoluendum, etc. Sic enim ille p. 215. Prodest et ad hoc nasturium potum ex vino: nam et calefacit, et mollit viscera, et urinam mouet. Prodest et intestinorum doloribus, et inflationibus, etc. Album pro aluum legi hoc loco, etsi ita contendente Barbaro, plane nolim, libris inuitis. H.*

n *X pondere) Hoc est, denarii argentei pondere H.*

o. *Cum lomento) Hoc est, cum farina fabacea. Flo-*

rent. in Geop. XII. 27. p. 350. Καρδάμις σπέρμα μιχθὲν ἀλεύοις κυανίνοις, προσλαβὼν σαντῆς μέρος, λαταὶ χοιράδας, . . . χορ-γέσον δὲ ἀντὶ ὁθόνης Φύλ-λοις ηράμβης. Plin. Val. III. 29. Cum alumine con- tritum, inlitum, vel im- positum, strumis opitulari ait Marc. Emp. c. 15. p. 108. Cum lamento, idem p. 109. et Apulei. c. 20. t. 4. H.

p. *Capitis vitia purgat)*
Sternutatione prouocata,
Dal.

*Capitis) Ope sternutatio-
nis, quam prouocat. Apul.
c. 20. de nasturtio, tit. I.
Ad caput deplendum: Herbae
nasturtii succum naribus in-
iicis, caput deplet, et de phle-
gmate purgat. Hoc nastur-
tium non feritur, sed per se
nascitur. Ita MSS. H*

q. *Visum) Ita MSS. omnes.
H.*

r. *Lienem) Ad verbum
haec Plin. Val. IV. 9 Cels. IV.
9 Nasturtium lienem extenuat.
Diosc.*

vino potum vel cum ⁱ fico. Tussim ^{s.} ex melle, si quotidie ieuniū sumant. Semen ^{t.} ex vino omnia intestinorum animalia pellit: efficacius addito mentastro, Prodest et contra suspiria et tussim, cum origano et vino dulci. Pectoris ^{v.} doloribus decoctum in lacte caprino. Panos ^{x.} discutit cum picé, extrahitque ^{y.} ² corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adiicitur ouorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus vero e melle utilissime. Sextius ^{z.} adiicit, vstum serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis ^{a.} dolores et contra alopecias ^{b.} emendari addito sinapi: grauitatem ^{c.} aurium ³ trito imposito aribus

^{i.} fico sumptum. Ch. ^{2.} corpore V. ^{3.} Trito
et imp. Alii.

Diosc. II. 185. ex melle,
non ex vino adhibet. H.
s. Tussim) Plin. Val. I. c.
Florent. in Geop. I. c. H.

t. Semen) Plin. Val. et
Florent. II. cc. et Diosc. II.
185. sed hic minus distin-
cte, quam ceteri. H.

v. Pectoris) Totidem ver-
bis Plin. Val. I. 57. et Flo-
rent. in Geop. I. c. Dat
Theod. Prisc. II. p. 2. c. 17.
ipsum nasturtium ex melle
coctum: ac mentae viridis
pariter decoctum laudat.
H.

x. Panos) Marc. Emp. 32.
p. 224. H.

y. Extrahitque) Plin. Val.
III. 49. H.

^{z. Sextius}) Et Florent.
I. c. et Diosc. II. 185. et
Plin. Val. IV. 12. Colum.
denique X. p. 353. Spar-
gantur coecis nasturtia dira
colubris. H.

a. Capitis dolores) In ve-
tusto exemplari, *capitis do-
lori contraire, alopecias emen-
dare.* Pint.

b. Et alopecias) Marc. Emp.
iisdem verbis, c. 6. p. 46.
et Plin. Val. I. 6. E Grae-
cis Florent. et Diosc. II. cc.
H.

c. Grauitatem) Marc. Emp.
cap. 9. p. 82. *Nasturtium
tritum cum fico, atque auri-
culae inditum, bis qui grauius
audiunt, prodesse feriur.*
Eadem

bus cum fico. Dentium *d.* dolores infuso in aures succo. Porriginem *e.* et hulcera *f.* capitis cum adipi anserino. Furunculos *g.* concoquit cum *h.* fermento. Carbunculos ad *i.* suppurationem perducit, et rumpit. Phagedaenas hulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus *k.* et lumbis cum polenta ex aceto illinitur: Item *l.* licheni: Item vnguis scabris: quippe natura eius caustica est.

N n 4

Opti-

Eadem habet Plin. Val. I. 12.
H.

d. Dentium) Florent. I.
c. et Plin. Val. ad verbum,
IV. 12. H.

e. Porriginem) Iisdem
verbis Plin. Val. I. c. Marc.
Emp. c. 4. p. 40. *Nasturtii semen mixtum adipi anserino, tritumque, furfures capitis affidua leuatione de- pellit.* Apulei. c. 20. tit.
2. Ad capitis vitia, porrigenes, vel furfures: *Herbae nasturtii semen, etc.* Florent. item I. c. Στέαρ δὲ χήνειον προσλαβών, τὰ φυόμενα ἐν κεφαλῇ ἐλιύδεια, καὶ πιτυγίασιν θεραπέει. Hulcera capitis Plinius intelligit ea, quae faui dicuntur, ηγεία de quibus, s. 6. H.

f. Hulcera) Dioscoridi
fauos purgat τὰ ηγεία.
Dal.

g. Furunculos) Florent. I.
c. Δοθῆνας μετὰ ζύμης πέπανει. Sic et Plin. Val. III. 32. et Apulei. I. c. tit.
5. Diosc. I. c. pro fermento

muriam adsciscit. Porro furunculus, vt Celsus ait V. 28. *tuberculum est acutum cum inflatione* (legi malim, *cum inflammatione*) *et dolore: maximeque ubi iam in pus vertit.* Qui ubi adaper- tus est, et exit, super appa- ret pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, sub- rubra, quem ventriculum qui- dam furunculum nominant. Gallis, Froncle. H.

b. Cum fermento) Illitum
cum muria. Dioscor. Dal.

i. Carbunculos) Diosc. II.
185. Et Plinius Val. III. 30. *Carbunculo medendo: Nasturtium fermento mixtum utiliter medetur.* Et IV. 12. de nasturtio: *Fermentum mixtum et appositum furunculos prouocat, ac suppurata dirumpit.* H.

k. Coxendicibus) Diosc. I.
c. Marcell. c. 25. p. 173.
Plin. Val. II. 36. IV. 12.
H.

l. Item) Diosc. I. c. H.

Optimum *m.* autem Babylonum. Siluestri vero ad omnia ea effectus maior.

LI. In praecipuis autem medicaminibus ruta est. Latiora satiuae folia, rami fruticosiores. Silvestris *n.*¹ horrida ad effectum est, et ad omnia acrior. Succus exprimitur, tusa et aspersa modice, et in pyxide *o.* Cypria asseruatur. Hic copiofior datus *p.* veneni² noxiam obtinet, in *q.* Macedonia maxime iuxta flumen³ Aliacmonem. Mirumque, cicutae succo extinguitur: adeo etiam venenorū venena sunt, quando cicutae succus prodeit *r.* manibus colligentium rutam. Cete-

ro

i. feruida. *V.* *2.* noxam. *M.* *3.* Anacimum. *Ch.*

m. Optimum) Diosc. I. c. Κάλλισον μὲν εἶναί δοκεῖ τὸ ἐν τῇ Βαβυλῶνι πάρδαμον. Nicander, τὸ ἀπὸ Μῆδων πάρδαμον laudat in primis. H.

n. Silvestris) Vehemens, acris. Diosc. III. 52. Πήγανον ὄρεινὸν καὶ ἄγριον τὰ ἡμέρας καὶ ηττευτὰ δριμύτερον, ἀθετον πρὸς βρῶσιν. Ruta montana et silvestris acrior est quam satiuia et bortensis, et in cibis damnata. Apulei. c. 89. de ruta: Altera est visualis, altera agrestis ac virtutis acrioris: sed utraeque feruentissimae comprobantur. H.

o. Pyxide Cypria) Aeris Cyprii. Dal.

p. Veneni noxiam obtinet) De herba id Dioscor. non de succo. Dal.

q. In Macedonia j. Diosc. I. c. Τὸ δὲ ἐν Μακεδονίᾳ Φύόμενον πάρα τὸν Ἀλιάκμονα ποταμὸν, ἀναρρέειν Φασὶ βρωθέν. H.

r. Prodeft manibus, etc.) Nam quod ait Columella cap. vlt L. XI. nisi velata et testa manu ruta tractetur, prurigo et tumor incessit, pernitosaque ulcera nascuntur. Dioscoridi vero, dum colligitur ad murias, praeferunt montana, cutem inflat cum rubore, pruritu, et inflammatione vehementi. Dal.

m. Manibus) Alioqui enim, vt Columella est auctor XI. 3, debet ruta velata manu runcari, quam nisi contexeris, perniciosa nascuntur ulcera, prurigo atque tumor incesset, etc. H.

ro s. inter prima miscetur antidotis, praecipueque Galatica. *t.* Quaecumque *v.* autem ruta et per se pro antidoto valet, foliis *x.* tritis, et ex vino sumptis. Contra *y.* aconitum maxime, et *z.* viscum. Item *a.* fungos, siue in potu detur, siue in cibo. Simili *b.* modo contra serpentium i^ctus, utpote quum mustelae *c.* dimicatura cum his, rutam prius edendo se munitant. ¹ Valent *d.* et contra ² scorpiōnum et contra araneorum, apum, crabronum, vesparum aculeos, et *e.* cantharidas, ac salamandras, canisue *f.* rabiosi morsus: acetabuli *g.* men-

N n 5 fura

- 1. Valet.* *V.* *2. Sic ex MSS. em.* *H. scorpiōnum, et contra araneorum, etc.* *i^ctus, expuncto.* *Ch. scorpiōnum i^ctus, et araneorum,* *Gr. et Al.*

s. Cetero) Diosc. l. c. Galenus de antidotis II. I. p. 898. 899. H.

t. Galatica) Siluestrem tantum rutam e Galatia Diosc. laudat. *Dal.*

v. Quaecumque) Siue sativa, siue silvestris. Diosc. II. 52. H.

x. Foliis tritis) De ruta semine id Dioscorides, non de herba. *Dal.*

y. Contra) Scribon. Largus, comp. 188. ad aconitum: sed adiuuantur facile qui id sumperint ruta, quam plurima pota tum vino. Sic etiam Theopompos Chius, apud Athen. III. 85. H.

z. Et viscum) Hoc est, aduersus chamaeleonis herbae venenatum succum, quem ιξιαν Graeci vocant, a visco, quod ad eius radi-

ces quandoque inuenitur. Idem de ruta ad ixiam Scrib. Largus prodit, Comp. 192. H.

a. Item) Scribon. Comp. 198. ad fungos: *Item ruta ex aceto trita et pota proficit.* H.

b. Simili) Haec Plin. Val. ad verbum IV. 3. item Diosc. l. c. H.

c. Mustelae) Vide quae dicta sunt VIII. 41. H.

d. Valent) Apul. CXV. tit 7. *Ad eos, quos scorpio percussérit, rutaé siluaticæ semen contritum ex vino dabis potui: dolorem sedat.* H.

e. Et canib.) Scrib. Comp. 189. *Ad cantharidas: item oleum irinum ex ruta tritum, et porum.* H.

f. Canisue) Apul. c. 89. tit. 7. *Ad morsum canis rabi-*

di:

sura succus e vino bibitur, et folia trita vel commanducata imponuntur cum melle et sale, vel cum aceto et pice decocta. Succo *h.* vero perunctos aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis: serpentesque *i.*, si vratur ruta, nidorem fugere. Efficacissima tamen est silvestris radix cum vino sumpta. Eamdem adiiciunt efficaciorem esse sub dio potam. Pythagoras et in hac marem minoribus herbaceisque coloris foliis a femina discreuit: eam laetioribus foliis et colore. Item *k.* oculis noxiā¹ putauit: falsum, quoniam scalptores et pictores *l.* hoc cibo vtuntur² oculorum causa, cum pane vel nasturtio: caprae *m.* quoque³ silvestres

- i.* Sic ex MSS. em. Hard. falso Gr. et Al. *2. oculorum causa.* Cum pane quoque vel nasturtio sativae atque silvestris propter visum. Ut aiunt, multi succo eius, Gr. et Al. *3. silvestris succo,* multi, ut aiunt, propter visum cum melle. *V.*

di: Herbae rutae pondus denariorum sex ex vino bibatur: plagae vero imponantur rutae folia trita cum melle, sale et pice: liberabitur. *H.*

g. Acerabuli) Diosc. l. c. *H.*

b. Succo vero perunctos, aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis) Melius in eodem, Succo perunctos, aut etiam habentes, negant feriri ab his maleficiis. et paulo post potatam legitur, non potam, et saepius alias sic. *Pint.*

i. Serpentesque) Odorem rutae odisse viperam, et alia venenata ait Albert M.

de animal. VIII. cap. 2. tr. 2. p. 251. *H.*

k. Idem oculis, etc.) Graues oculorum dolores, περιωδυνίας. *Dal.*

l. Et pictores) Simeon Sethi, p. 97. post Aetium I. 327. Λέγεται δὲ καὶ ὡς ὁξυδερμές ἐστι φθόμενον, καὶ διὰ τέτο οἱ πεινάων φοι συνεχῶς αὐτῷ ἀπογεύεντο. Dicitur etiam visum comesta acuere: atque idcirco pictores olim eam assidue degustabant. *H.*

m. Caprae) Vide N. et Em. N. XX. (hic consp.) *Idem*) In libris haec tenus editis sic legebatur: *Idem oculis*

stes propter *n.* visum, vt aiunt. Multi *o.* succo eius cum melle Attico inuncti discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixaæ, vel pu-

ro

oculis noxiā putauit falso,
quoniam . . . oculorum causa.
Cum pane quoque vel nastur-
tio satiuae atque silvestris
propter visum. *Vt aiunt,*
multi succo eius, etc. Quo in loco mire graffata interpolatorum audacia est: nam, vt omittam falso pro falso, quod leuissimum est, primum voculam quoque suo loco mouere: adiecere deinde alteram Satiuae, quae nusquam in libris conditiuis appareret: ac de satiua silvestriique ruta locum hunc accepere: quem errorem Ruellius, Dalecampius, et alii qui Plinium exscripsere, sequuti sunt. Denique et inepta constructione verborum, cui nulla legitima sententia subest, et praeposta interpunctione omnia corrupere. In MSS. omnibus sic plane legitur: *Falsum . . . cum pane vel nasturtio, atque quoque silvestres propter visum, ut aiunt Multi, etc.* Vnde nos ex coniectura, quam esse certissimam fidenter assueramus, *caprae quoque silvestres*, legi oportere pronunciamus, quod vti nunc de ruta Pythagoram, sic ipse Plinius, s. 47. Chrysip-

pum in ocimo coarguit, quod iste oculorum claritati inimicum aiebat, sequuta deinde aetas cum Plinio falso esse deprehendit, nam id esse capras, Mox paulo eadem seft. vbi prius legebatur, *Epiphoras cum polenta imposito.* Lenit autem capit is dolores, ex MSS. fide rescripsimus, *Epiphoras cum polenta imposita lenit.* Item capit is dolores. H.

n. Propter) Idecirco Ouidius acuentes lumina rutas appellat. H.

o. Multi) Sic Florent. in Geop. XII. 25. p. 349. Diosc. III. 52. cum feniculi succo et melle rutaæ succum adhibet. Simeon Sethi, l. c. Τινὲς δὲ καὶ τὸν πηγάνε χυλὸν μέλιτι μιγνύντες, ὀξυωπὲς ποιεῖσθι Φαρμακον Plin. Val. I. 16. Ad lacrymosos oculos: Ruta secca et melle Attico aequis ponderibus mixta, oculos inunges: certum est. Apul. c. 89. tit. 9. Ad caliginem oculorum. Herbae rutaæ rorem matutinum, aut matutino madentis succos collectos in vasculo habeto, et ex eo intunges. H.

p. Vel cum) Florent. l. c. H.

ro succo angulis oculorum tactis. q. Epiphoras cum¹ polenta imposita lenit. Item r. capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto et rosaceo illita. Si vero sit cephalaea s., cum farina hordeacea, et aceto. Eadem cruditates discutit, mox t. inflationes, ² dolores stomachi veteres. Vuluas x. ape-

i. Sic ex MSS. em. H. cum pol. imposito. Lenit autem cap. Gr. et Al. ² et dolores. Dal.

q. Epiphoras) Oculorum videlicet. Plin. Val. I. 4. Ad epiphoras oculorum, et tumores. Ruta in polenta contrita, et imposta, lenit dolorem. Apul. c. 89. tit.

5. Ad epiphoras oculorum: Herba ruta cum polenta bene trita et imposta lenit epiphoras: nam et radix eius conrusa et inlita eas emendat. Diosc. III. 52. Τὰς ἐν ὁφθαλμοῖς περιωδυνίας σὺν ἀλφίτῳ παταπλασθὲν περιένει. H.

r. Lenit autem capitis dolores) Scribo, epiphoras cum polenta imposta lenit. Item capitum dolores. Pint.

Item) Dioscor. I. c. Apul. c. 89. tit. 13. Ad capitum dolorem: Herba ruta ex vino potui detur, et trita capiti instilletur cum aceto et rosaceo oleo. Q. Seren. c. 8. de capite purgando, p. 129. Aut mixtum rutae cerebro instillatur acetum. H.

s. Cephalaea) Κεφαλαια, capitum dolor est inuetera-

tus, atque aegre cedens, in quo differt ἀπὸ τῆς ιεΦχλαγίας. Vide Cels. IV. 2. et Galen. ηατὰ τόπ. II. 2. p. 377. H.

t. Mox) Marc. Emp. c. 20. p. 143. Rutae hortensis paullum cibo sumptum, vel in potionem dilutum atque epotum, inflationes stomachi compescit. Sic etiam Apulei. c. 89. tit. 2. H.

v. Dolores) Marc. Emp. I. c. Apulei. c. 89. tit. 9. Ad stomachi dolorem: Herbae rutae semen cum sulphure viuo, et aceto ieiunius gustato: prodeesse dicimus. H.

x. Vuluas) In eo nempe morbi genere, quod suppressionem mensium medici vocant: cuius morbi causas, signa, curationesque varias Sennertus afferit, L. IV. Pract. part. 2. s. 2. c. 3. Hoc illud est, quod Seren. Sam. cecinit, c. 35. p. 148. Sed si forte crux clausa remorabitur alio, Aut molles

aperit, corrigitque *y.* conuersas, ¹ illita in melle, toto ventre et pectori. *Hydropicis z.* cum ² fico, et decocta ad dimidias partes, potaque ex vino, Sic *a.* bibitur et ad pectoris dolores, laterumque, et lumborum, tusses, suspiria: pulmonum, iocinerum, renum vitia, horrores *b.* frigidos. Ad *c.* ³ crapulae grauedines decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda, vel decocta conditaue prodest. Item *d.* torminibus in hyssopo decocta, et cum vino. Sic *e.* et sanguinem fistit ⁴ interiorem,

et

- i. illito cum V.* *2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch.*
cum fico Gr. et Al. *3. crapulam et grauedines. V.*
- 4. interioribus indita. V. Alii ex Diosc. fistit, trita*
et naribus indita.

molles nepetae, aut rutae
quaecumque bibantur. H.

y. Corrigitque) Mutat
enim situm interdum yte-
rus, cum suffocatione. Vi-
de Hippocr. II. 16. et 33.
ac ss. Vuluae strangulatui
mederi rutam, auctor est
Diosc. III. 52. *κατὰ τὰ αὐ-*
δοῖς ἄχει δακτυλίς ἐπιτι-
θέν. H.

z. Hydropicis) Diosc. I. c.
totidem verbis. H.

a. Sic bibitur) Diosc. I. c.
Plin. Val. I. 57. Marc. Emp.
c. 12. p. 156. H.

b. Horrores frigidos) Fe-
brium, circuitu repetentes
Diosc. *Dal.*

Horrores) Rigores febrium
circuito repetentes. *γῆγη πε-*
ριοδινὰ, inquit Diosc. I. c.
H.

c. Ad crapulae) Apuleius,
c. 115. tit. 6. Ad sterentes
vino: Rutae siluaticae semen
cum vino potum mire facit.
H.

d. Item) Marcel. Emp.
c. 27. p. 195 ad verbum,
et Plin. Val. II. 22. H.

e. Sic et sanguinem fistit in-
teriorum et narium indita)
Desideratur verbum *tussim:*
et narium indita tussim. Mi-
nus vero male legetur com-
mutatis verbis, deinde et-
iam correctis: *Sic et sanguine-*
m fistit narium, et intra os
indita tussim. Pint.

Sic et) Hoc est, quem ex
pector haemoptoici reii-
ciunt: item sanguinem na-
rium, iisdem indita ruta fi-
stit. Vide N. et Em. N.
XXI. (hic pos.) *Sic et) Ita*
libri

et *f. narium* indita: sic et collutis dentibus prodest. Auribus *g.* quoque in dolore succus infunditur, custodito, ¹ ut *h. diximus*, modo, in siluestri. ² Contra tarditatem vero sonitumque, cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cumino et melle. Succus *i.* et phreneticis ex aceto tritae instillatur in tempora et cerebrum. Adiecerunt aliqui et serpyllum, et laurum, illinentes capita, et colla. Dederunt *k.* et lethargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt *l.* et comitalibus bibendum decoctae ³ succum in cyathis quatuor ante accessiones, quarum

fri-

- 1. Sic ex MSS. em Hard. Custodito, vt diximus, modo.*
- E silvestri vero contra tarditatem et sonitum Gr. et Al. 2. contra tarditatem vero sonitusque. Cb.*
- 3. succum cyathis quatuor et ante. V.*

libri omnes, etiam manu exarati. Mirum est laborasse nonnullis vti hanc vocem *interiorem*, vel omnino expungerent, vel in deterius immutarent. Alii *sanguinem interioribus indita*, alii *trita et naribus indita*, legi voluere. At *interiorem sanguinem* Plinii sedulus imitator Marcellus Emp. c. 17. p. 123. eruptionem sanguinis ex interioribus partibus vocat. Et Plin. Valer. I. 64. cui titulum fecit: *sanguinem reiicientium curatio*: *Aqua, ait, in qua rosa et ruta, et hyssopum decocta sunt, viro miscetur, et ita potui propinatur.* H.

f. Et narium) Marc. Emp. c. 10. p. 85. Ruta saepius olfacta, vel irrita, inlita, san-

guinem ex naribus nimis fluentem retundit. Sic etiam Apul. c. 189. tit. I. H.

g. Auribus) Diosc. III. p. 52. Plin. Val. I. 10. et IV. 3. H.

b. Ut diximus) Paulo ante: nam copiosior scilicet datus, veneni noxiam obtinet. H.

i. Succus) Plin. Val. III. 9. H.

k. Dederunt) Plin. Val. totidem verbis, III. 7. Apul. c. 89. tit. 9. Ad lethargicos excitandos: Herba ruta trita ex aceto infundatur fronti. Item Q. Serenus c. 57. lethargiae expellendae, p. 160. H.

l. Dederunt) Diosc. I. c. H.

frigus intolerabile est: aliosisque *m.* crudam in cibo. Vrinam *n.* quoque vel cruentam pellit. Feminarum *o.* etiam purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, vt *p.* Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque *i.* illitam et vuluarum causa etiam suffire iubet. Diocles *q.* et cardiacis imponit ex aceto et melle cum farina hordeacea. Et contra ileum decocta farina in oleo, et velleribus collecta. Multi vero et contra purulentas exscretiones siccae drachmas duas, sulphuris vnam et dimidiam sumi censem: Et contra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Datur et dysentericis cum caseo in vino contrita. Dederunt *r.* et cum bitumine infriatam potionи propter anhelitum.

i. illini et vul. cauf. et suffiri. V.

m. Aljosisque) Aljosи di-
cuntur qui naturae sunt
plus nimio frigescientis,
quippe facile laeduntur a
frigore. H.

n. Vrinam) Apul. c. 115.
tit. 4. H.

o. Feminarum) Apulei.
c. 115. tit. 5. Si mulier in-
trinsecus aliquid mali habue-
rit, (hoc est, si menstruum
vel secundae retentio-
ne laborat): *Herbae rutaе*
siluaticae semen contritum ex
vino austero da bibat, prae-
ter partum (hoc est, quando non est grauida) libera-
bitur. Adde et Diose. III.
52. H.

p. Ut Hippocrati) De morb.
mul. I. 128. Alia expul-

soria idem affert, s. 110.
Hippocratem sequitur Diose.
I. c. H.

q. Diocles) Iisdem verbis
Plin. Val. III. 11. Apul.
quoque cap. 89. tit. 8. *Ad*
cardiacos: Herbae rutaе fasci-
culos cum rosacco decoquatur:
adiecta aloës vncia et olei:
perunctio dolorem sistit. H.

r. Dederunt) Hoc medi-
camentum phthisicis, et iis
qui pura exscreant, praeci-
pit Marcell. Emp. c. 16.
p. 121. *Rutaе tenerae con-*
tritae, inquit, cum ramiscu-
lis suis, et expressae succus,
cum aliquantulo bitumine, ex
vino vetere calido, phthisicis ce-
leriter, similiter et empycicis
in potu medetur. H.

tum. Ex alto lapsis semenis s. tres vncias. Olei libra vinique sextario illinitur cum oleo coctis foliis 2 partibus quas frigus t. adusserit. Si v. vrinam mouet, vt Hippocrati videtur, mirum x. est quosdam dare velut inhibentem 3 potui, contra incontinentiam vrinae. Psoras et lepras cum melle et alumine illita emendat. Item y. vitiliges, verrucas, strumas, et similia, cum strichno 4 et adipe suillo ac taurino seu. Item z. ignem sacrum ex aceto et oleo, vel pslimmythio: carbunculum a. ex aceto.

1. Brachmas. V. obolos. Alii. V. 2. artubus quos M. 3. potu. V. 4. tum adipe suillo, bircino, ac taurino. V.

s. Seminis tres vncias) Ut fundatur aliquet sanguis, qui concretus est. Dal.

t. Frigus adusserit) Aduerre frigus dicitur, quoniam quae eius vehementia moriuntur, exstincto suo calore, nigrescant perinde ac igne exusta. Virgilius I. Georg. --- aut Boreae penetrabile frigus adurat. Lucanus: Vrebant montana niues. Tacitus. III. Ambusti multorum artus vi frigoris, et quidam inter excubias exanimati sunt. Quod penetrabile frigus dixit Virgilius, id Lucretius nunc penetrare vocat, nunc male. Magius c. 17. Lib. I. Dal.

v. Si vrinam) Hippocr. de diaeta II. 26. H.

x. Mirum) Quos Diosc.

III. 52. sequitur. H. y. Item) Diose. l. c. H z. Item ignem) Marc. Emp. c. 4. p. 43. sed pro pslimmythio siue cerussa, argenti spumam adhibet. Pslimmythium praetermisit Apulei. t. 89. tit. 9. de ruta: Eadem ignem sacrum ex aceto et oleo illinita sanat. Plin. Val. similiter III. 34. At idem IV. 3. de ruta: Ignes sacros, inquit, cum aceto et oleo rosaceo, et cerussa temperata, illico exstinguit. Ad erysipelata quoque rutam cum aceto et pslimmythio, rosaceo que inungi iubet Diose. l. c. H.

a. Carbunculum) Ita Plin. Val. III. 30. Apul. c. 89. tit. 6. et Theod. Priscian. I. 18. Rurae viridis folia cum aceto. H.

aceto. Nonnulli laserpitium vna illini iubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt et mammis turgentibus decoctam, et *b.* pituitae *c.* eruptionibus cum cera. Testium *d.* vero epiphoris cum ramis laureae *e.* teneris, adeo peculiari in visceribus his effectu, ut silvestri ruta cum axungia veteri illitos ramices *e.* sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera imposito. Radix rutae sanguinem oculis suffusum, et toto corpore cicatrices aut maculas illata emendat. Ex *z* reliquis quae traduntur, mirum est, quum feruentem rute naturam esse conueniat, fasciculum *f.* eius in rosa-CEO decoctum addita vncia aloes, perunctis sudorem

i. teneris. Adeo peculiaris est in visc. his effectus. *M.*
2. reliquis quoque quae. *M.*

b. Et pituitae) His papularum eruptionibus cum cerato myrte prodeesse rutam satiuam auctor est Diosc. *l.*
c. De papulis diximus *s.* 26. *H.*

c. Eruptionibus, etc.) Τοῖς ἔξανθημασιν, eruptionibus papularum, cum myrto et cerato. *Diosc. Dal.*

d. Testium vero epiphoris cum ramis laureae teneris) Verbum vero delendum: et lauri lege, non laureae, ex archetypo nostro. *Pint.*

Testium) Diosc. III. 52.
Τὰς δὲ τῶν διδύμων Φλεγμονὰς σὺν δάφνῃς φύλοις καταπλασθὲν ὡφελεῖ.
Testium inflammationibus

Vol. VI.

cum lauri foliis imposita medetur. *H.*

e. Ramices, etc) Sic herniam carnosam testium τὴν σαρκονήλην vocat. Ramices autem, pulmonis venas Plautus vocat in Mercatore:
— *Tua causa rupi ramices: iamdudum sputo sanguinem.* Char. *Resinam ex melle Aegyptiam vorato: saluum feceris:* In Poenulo: *Tua causa nemo nostrum est rupturus ramices.* Herniam ἀπὸ τῷ ἔγνετο, et ramicem a ramo, per lasciviam appellarunt, quod intestinum, quum in scrotum descendit, ramum facere videatur. *Scaliger.*

f Fasciculum) Haec Plin. Val. ad verbum, III. II. *H.*

O o

rem reprimere. Itemque g.¹ generationes impediri hoc cibo: h. ideo² in profluvio genitali datur, et Venerem crebro per somnia imaginantibus. Praecauendum i. est grauidis abstineant hoc cibo: necari k. enim partus inuenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoque morbis in maximo usu est, siue difficile spirantibus, siue l. contra maleficorum animalium iestus, infusa per nares ex vino: aut si 3 sanguisuga exhauserit, ex aceto: et 4 quocumque in simili morborum genere, ut in homine, 5 temperata.

LII. (XIV.) Mentastrum silvestris menta est, differens m. specie foliorum quae sunt figura ocimi, pule-

1. generationem impedire. Ch. 2. Sic Ch. in d. ap. Gr.
3. sanguisugam bauserint. 4. in quoc. simili. V.
5. Sic ex MSS. em. Hard. conf. V. temperato Gr.
et Al.

g. Generationes impediri) Inde πηγανον ea dicitur, ὅτι πηγνύει τὴν γονήν, quoniam genituram densat et solissat. Dal.

Itemque) Pl. Val. l. c. Diosc. III. 52. γονήν τε σβέννυσιν ἐσθιόμενον, καὶ πινόμενον, seu esitata ruta, seu bibita, genituram extinguit. Simon Sethi p. 97. de ruta. Τὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια προθυμίαν ἐπέχει, καὶ ἔγχειν γεννῶσις H.

h. Ideo) Apul. c. 89. tit. 12. Si fluit semen: Herba rutae manducetur ex vino cum liquamine. H.

i. Praecauendum) Occurrit huic Plinii cautioni Plinius alter medicus, IV. 3.

Stultissime quidam, inquit, rutae virtia dixere, quod ventrem inhibeat, genitale semen extinguat, infantes in utero necet. Facit enim haec non ipsa, sed qui virtutis eius oblitus, nec modum, nec tempus aspiciunt: ideo temperare prudentis est, ut de auxilio non fiat venenum. H.

k. Necari) Florent. in Geop. XII. 25. p. 349. Οὐκὶ παρπός, τῷ ἀγρίῳ πηγάνῳ πινόμενος ἡμέρας τε. ἐμβρυω φθείρει. Semen silvestris erucae poratum per dies quindecim, fetus necat, etc. H.

l. Siue) Florent. l. c. Καὶ τὰς ἐν Θηρίων βλάβας μετὰ οὖν πινόμενον. H.

m. Differens) Scribo, differen-

pulegii *n.* ¹ colore. Propter *o.* quod quidam silue-
stre pulegium vocant. Iis *p.* commanducatis et
impositis sanari elephantiasin, Magni Pompeii aeta-
te, fortuito cuiusdam experimento propter ² pu-

O o 2

dorem

*i. odore. Diosc.**2. putorem. M.*

*ferens specie foliorum quae
sunt figura ocyti, ex antiquo
codice. Pint.*

*n. Pulegii colore.) Dicta-
nni. Rond. Nam dictamno,
ut ementhastro folia lomen-
tosa, cana, alba: pulegio
vero minime talia. At quum
Dioscorides haec de secun-
do calaminthes genere ad
verbum scriperit, et de
trium calaminthes specie-
rum facultate in vniuersum
tradiderit, quae Plinius de
menthastro viribus prodit,
rerum ignoratione mentha-
strum cum primo calamin-
thes genere, quod foliis est
ocymi, et cum secundo,
quod foliis est pulegii, con-
fusisse arbitror Plinium vo-
cibus μίνθης et μαλαχίνθης
deceptum. Dal.*

*Pulegii) Quia nigriora
paulo, minusque incana
folia, cuiusmodi mentastrum
est campense et Zwolense
Lobelii in obss. p. 273. Da-
lecampii hist. plant. V.
p. 573. Nos in horto Re-
gio vidimus. Nullum est e
tribus calaminthae generi-
bus, quae a Dioscoride de-
scribuntur III. 43. et si vires*

vtrōbique vix dispare. Sed
neutra siluestris, ab eodem
delibata, c. 42. vt diximus
L. XIX. 47. Quare frustra
hoc loco Dalecampius Cen-
soriam notationem distrin-
git in Plinium. Est tamen
Galenī μαλαχίνθη, de fac-
simil. med. VII. 10. p. 176.
et 182. H.

*o. Propter) Scholiaestes
Nicandri p. 8. de calamin-
tha: τινὲς δὲ ἀγείαν γλή-
χωνται αὐτὴν μαλάσσιν. Apu-
leius item, c. 90. H.*

*p. Iis commanducatis, etc.)
Dioscoridi calamintha esita-
ta prodest elephanticis, si
laetis serum postea bibatur.
Dal.*

*Iis) Galenus et Schol. Ni-
candri ll. cc. Apuleius c. 90.
tit. 3. ad elephantiosos: Her-
bae mentastri folia frequen-
ter commanducato. Sanare
cerzum est. Q. Sereinius, c. 11.
de elephantiasi propellen-
da, p. 130. Mentastrum fo-
lium potu, apposiuque salu-
bre est. Et Marc. Emp. c.
19. p. 130. Mentastrum folia
commanducata, vel contrita
adposita, elephantiosis meden-
tur. Plinius Val. similiter*

II.

dorem facie illita compertum est. Eadem q. illinuntur bibunturque aduersus scolopendras, et serpentium ictus, drachmis duabus in vini cyathis duobus. Aduersus scorpionum ictus cum sale, oleo, et aceto. Item aduersus scolopendras ius decocti: ¹ aduersus omnia venena seruantur folia arida, ad farinae modum. Substratum r. vel accensum ² fugat etiam scorpiones. Potum s. feminas purgat a partu: sed partus ³ necat. Ruptis t., conuulsis, sed parcus: Orthopnoicis v., torminibus, ⁴ cholericis, efficacissimum: x. item lum-

- i. Sic ex MSS. em. H. conf. M. aduersusque omnia Gr. et Al. 2. Sic ex MSS. em. H. conf. Ch. fugat scorp. Gr. et Al. 3. necat. Ruptis, conuulsis, sed parcus orthopnoicis. M. 4. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. cholericis Gr. et Al.

II. 57. Hoc ipsum de calamintha refert Diosc. III. 43. Ωφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας βρωθεῖσα, ἐπιπινομένα ὁρέσθ γάλαντος. Εἰπατα iuuat elephantiacos, si serum lactis superbiberint. H.

q. Eadem) Galen. l. c. p. 182. H.

r. Substratum; Nicander in Ther. p. 4. et de calamintha Diosc. III. 43. H.

s. Potum) Galenus l. c. et de sua calamintha idem refert Diosc. III. 43. H.

t. Ruptis) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic coll.) Ruptis) Prioribus verbis praetermissis recepta haec tenus editio id solum exhibuit, orthopnoi-

cis, torminibus colericis, lacunam intrepide suppleuiimus, tum ex fide codicum MSS. R. Colb. et vet. Daltonum ex Diosc. qui easdem calaminthae suae vires adscribit, quas mentastro Plinius. Sic enim ille L. III. 43. Βοηθεῖ δὲ καὶ ἑγγυαστι, σπάσμασι, ὀρθοπνοαις, σρόφοις, χολέρᾳ, καὶ ἔργες. H.

v. Orthopnoicis) Ὁρθόπνοια morbi genus est, quem quis spirare non vallet, nisi recta ceruice spiritus trahatur. Asthmaticis prodesse calamintham scribit Galenus, l. c. H.

x. Ischiadicis pariter calamintham suam prodesse

lumbis, podagrī impositum. Succus *y.* auribus verminosis instillatur. In *z.* regio morbo bibitur. Strūnis *a.* illinitur. Somnia Veneris inhibet. Tineas *b.* pellit ¹ ex aceto potum. Contra porriginem ex aceto infunditur capiti in Sole.

LIII. Mentae *c.* ipsius odor animum excitat, et sapor auditatem in cibis, ideo *d.* embammatum mixturae familiaris. Ipsa *e.* acescere, aut *f.* coi-

O. o 3 re,

i. cum sale et melle Dioſc.

esse Dioscorides tradidit l.c.
H.

y. *Succus*) Plin. Val. I. 10.
Apuleius, c. 90. tit. I. *Ad aurium vermes: Herbae mentastri succus cum vino austero mixtus, et in auriculam coniectus, vermes natos necare traditur.* Q. Serenus, c. 13. p. 132. *De aurium vitiis succurrendis: Mentastrī li-*
quor expressus conducere fertur. Adde et e Graecis Galenū l. c. p. 183. Vermes minutas, quales in caseis semiputridis inueniuntur, ex auribus prodire, etiam et maiores, exemplis pluribus confirmat Schenckius obſſ. med. I. 192. H.

z. In.) Galenus l. c. et Dioſc. III. 43. Schol. Nicandri, p. 8. H.

a. Strūnis) Marc. Emp. c. 15. p. 107. cum vino idcirco gargarizari iubet. H.

b. Tineas) Gal. et Dioſc. II. cc. Plinius ipſe ſuperius l. 50. vbi de nasturtio: In-

teſtinorum animalia pellit: efficacius mentastrō addito. H.

c. Mentae) Plin. Val. IV. 20. H.

d. Ideo embammatum mixturae, etc.) Embammata Graece vocantur intinētus, ad excitandam orexim inuenti. Gelen.

Ideo) "Ευθαυμα, iurun- lentum est, quod ad intinētus paratur: liquidum il- lud quo panem in vasculis obſoniumue intingimus. H.

e. Ipſa) Ita Dioſc. III. 41. Coire lac, inquit, densari- que in caseum non patitur, si folia ei immergantur. Flo- rentinus item in Geop. XII. 24. p. 348. Ει δὲ καὶ εἰς γάλα ἐμβληθῆ, καὶ μετα- ταῦτα η πιτύα ἐπιβληθῆ, οὐ παγήσεται τὸ γάλα. In lac si iniiciatur, et coagu- lum postea immittatur, lac non coagulabitur. H.

f. Aut coire, etc.) Cassia- nus cap. 24. Lib. XII. Geo- pon-

re, ¹ denserique *g.* lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. ² Datur in aqua aut mulso: eadem vi resistere *h.* generationi creditur, ³ cohibendo ⁴ genitalia *i.* ⁵ denseri. Aequo maribus ac feminis fistit sanguinem: et purgationes ⁶ feminarum inhibet: Cum *k.* amylo ex aqua pota, coeliacorum impetus. ⁷ Syriation *l.* et vomicas vuluae curauit illa.

- 1. densarique. D. ut paulo post; denscrique. Ch. 2. Dasta M. et Ch. 3. prohibendo genitaram densari aequo maribus ac feminis. Sistit sang. V. 4. genitali. Ch. 5. Sic ex MSS. em Hard. densari Gr. et Al. 6. feminarum. Inhibet cum am. M. 7. Sic ex MSS. H. Syr. et vom. vuluae curauit. Ille et iocinerum Gr. et vulg.*

ponicon, injecta menta lati spissari prohibet, etiam si coagulum inmittatur. Idem rebus Venereis incommodam esse tradit, quemadmodum et Hippocrates Lib. II. τῆς διαιτῆς et Aristotel. Problemate ^{2.} sect. ^{20.} contra quam Dioscorides scripsit τὰ ἀΦροδίσια ἐργάζεται. *Dal.*

g. Denserique) Ita MSS. R. Colb. etc. non *densare*, vel *densari*. Sic Lucretius I. v. 647. *Nil prodeisset enim calidum denserier ignem.* Et v. 656. *Denseri poterunt ignes.* *H.*

b. Resistere et generationi creditur) Vuluae ante coitum admota conceptum impedit. *Diosc.* Idipsum scripsit Hippocrates Lib. II. de diaeta. *Dalec.*

i. Genitalia) Hoc est, vel τὰ αἰδοῖα ἐντέίνειν, vel *densari* potius et *velut coagulari* genitale semen: nam et *s.* 84. genitale pro genitura seu semine genitali accipit. Sic Hippocr. de diaeta II. *s. 26.* Μίνθη Θερμαίνει . . . οὐαὶ ήν πολλάκις ἐσθίη τις, τὸν σπόρον αὐτοῦ τήκει, ὥσε φέειν οὐαὶ ἐντέίνειν οὐλυει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενεῖς ποιεῖ. *Menta calfacit* . . . et si quis saepe comedat, semen genitale colliquefacit, ut difficiat, et arrigere prohibeat, et corpus debile faciat. *H.*

k. Cum amylo) Ita fere Q. Serenus, c. 27. p. 143. *H.*

l. Syriation) In MSS. R. et Colb. *Siratione* . . . curauit

illa. Iocinerum vitia ternis obolis ex mulso datis. Item *m.* sanguinem exscreantibus in sorbitionem. Hulcera *n.* in capite infantium mire sanat. Arterias *o.* humidas siccatur, siccas adstringit. Pituitas corruptas purgat in mulso et aqua. Voci *p.* succus sub certamine vtilis dumtaxat, qui et *gargarizatur* sua tumente, adiecta ruta et coriandro ex lacte. Vtilis et contra tonsillas cum alumine: linguae *q.* asperae cum melle. Ad conuulsa intus per se, vitiisque pulmonis. Singultus *r.*² et vomitiones fistit *s.* cum succo granati, vt Democritus monstrat. Recentis succus narum vitia spiritu *t.* subductus emendat. Ipsa trita choleras, in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileum etiam imposita cum polenta: et *t.* si mam-

O o 4 mas

i. *gargaridiatur.* Ch. 2. *vt Ch.* 3. *subducto,* V.

rauit illa, Medici nomen, vel obstetricis priore vocabulo contineri, haud dubium est: quodnam sit illud, adhuc obscurum. An Serapion, de quo nos in Auctorum Indice, tomo priore? Antiochenensis medicus scilicet. Inepte nescio quis Satyriasis legi hic censuit opertore: voce nec Latina, nec Pliniani proinde ingenii. Adde quod si morbi nomen hic latet, quis est, qui curauit? H.

m. Item) Plin. Val. IV.
23. Diosc. III. 41. H.
n. Hulcera) Apuleius, c.

120. tit. 2. H.

o. Arterias) Fauces. H.
p. Voci succus, etc.) Muficorum et Φονάσηων. Iuuat autem, quia fluxionem fistit in fauces euntem, et raucedines efficientem. D.

q. Linguae) Diosc. l. c. H.
r. Singultus) Diosc. III.
41. H.

s. Cum succo granari) Ternis ramulis potis cum succo granati acidi. Diosc. *Dal.*

t. Et si) Distentas mamas, et nimio lacte turgentes compescit. Diosc. l. c. H.

mae tendantur. Illinitur *v.* et temporibus in capitib; dolore. Sumitur et contra scolopendras, et scorpones marinos, et ad serpentes. Epiphoris illinitur, et omnibus in capite eruptionibus: item *x.* sedis vitiis. Intertrigines quoque, vel si teneatur tantum, prohibet. Auribus *z.* cum *z* mulso instillatur. Aiunt et lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellatur: si is qui mordeat, dicat se lieni mederi, per dies *ix.* Aridae *a.* quoque farinam tribus digitis apprehensam, et stomachi dolorem sedare in aqua: et similiter *z* aspersam in potionem, ventris *b.* animalia expellere.

LIV. Magna societas cum hac ad *c.* recreandos defectos animo pulegio, *4* cum surculis suis in ampullas vitreas aceti *5* vtrisque *d.* deiecit. Qua de

1. linitur. Ch. *2. mulsa. Diosc.* *3. aspera posizione. Cb.*
4. surculis in amp. V. *5. vtriusque. M.*

*v. Illinitur) Plin. Val. IV.
23. Fronti, Diosc. I. c. H.*

x. Item) Sedes a medicis pro natibus accipitur, totaque ea parte corporis, super qua sedentes innitimus. H.

y. Intertrigines) Intertrigo malum est, quo femina equitatu, aliae simili de causa atteruntur, aduruntur. Alias attrita dicuntur. Intertrigo, inquit Varro, de L. L. IV. ab eo quod duo inter se trita. H.

*z. Auribus) Diosc. III.
41. cum mulsa: Ὡταλγίας δὲ ὄχυλὸς σὺν μελιφατῷ*

ἀριγγεῖ. Plin. Val. similiter IV. 3. At MSS. *mulso.* H.
a. Aridae) Haec iisdem verbis Plin. Val. IV. 23. H.

b. Ventris) Hoc est, lumbricos. Plin. Val. et Diosc. II. cc. Theod. Prisc. II. P. 2. c. 17. mentae viridis decoctum in hoc vsu laudat in primis. H.

c. Ad recr.) Vel solum pulegium naribus admotum cum aceto, defectos animo recreare, auctor est Diosc. III. 36. H.

d. Vtrisque) Mentae, pulegiique surculis. H.

de causa dignior e pulegio corona ¹ Varroni e., quam
e rosis, cubiculis f. nostris pronunciata est. Nam
et g. capitis dolores imposita dicitur leuare. Quin h.
et olfactu capita tueri contra frigorum aestusque
iniuriam, et ab siti traditur: neque aestuare eos,
qui duos e pulegio surculos impositos auribus in
sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cum po-
lenta et aceto. ² Femina i. efficacior. Est autem

O o 5 haec

i. Varroni quam e rosa Cb. vertigini Gr. 2. Feminae efficacius. Cb.

a. Varroni) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic coll.) **Dignior**) Sincera haec lectio est R. 2. cod. et Ch. In aliis, *contra vartini*: In editis, *corona vertigini*, legitur sa-
tis insulse. Et certe *dignior corona cubiculis* quum di-
citur, ad cubiculorum mag-
gis ornatum, quam ad re-
medium vertiginis sugge-
rendum spectat haud dubie
haec loquendi formula. De-
inde, ne quis temere Var-
ronem a nobis huc insertum
putet, in ipso huius libri In-
dice, inter primos appellatur.
Et iustum hoc loco ac verum
fuit, auctorem eum qui di-
gniorem e pulegio coronam,
quam e rosa pronunciasset,
appellasse. Id vero obiter
quoque animaduertendum,
non pulegium veteres, sed
extrita littera g. puleium ubi-
que scripsisse. Mart. XII.
ep. 32. *Quadrina nigri nec*
corona puleij. H.

f. Cubiculis) In quibus,
vt nunc quoque fit, clavis
alligabantur acerui florum
et herbarum odoratarum ad
medicos usus. Petron. in
Satyr. p. 493. *Miria sor-
ba Inter odoratas pendebant
texta coronas. Et rhymbrae
veteres, et passis sua racemis.*
H.

g. Nam et) Q. Serenus, c.
2. p. 126. inter remedia ca-
piti medendo: *Vel cornu ex
arbore sertum, Pulegiumque
potens una super aure leuabis:*
*Aut illud mixto coctum cle-
menter aceto Cauta nare tra-
bes.* Sic etiam Apul. c. 92.
tit. 6. H.

b. Quin) Apul. c. 92. t.
1. *Capiti ne noceat aestus aut
frigus: Herbam pulegium te-
cum, aut super aurem, aut sub
anulo porrato: hoc et bieme ro-
ta facies: nec grauedinem sen-
ties, nec perfrictionem.* H.

i. Femina efficacior) De
hac maris et feminae di-
stin-

haec flore purpureo: Mas candidum habet. Nauseas *k.* cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic et pectoris ac ventris dolorem. Stomachi *l.* autem ex aqua ¹ item rosiones fistit, et vomitiones cum aceto et polenta. Intestinorum vitia melle decocta et nitro sanat. Vrinam *m.* pellit ex vino: et si ammineum sit, et *n.* calculos, et interiores omnes dolores. Ex *o.* melle et aceto sedat ² menstrua, et secundas. Vuluas *p.* conuersas corrigit. ³ Defunctos *q.* partus eiicit. Semen *r.* obmutescientibus ⁴ olfactu admouetur. Comitialibus in

i. interciones fistit. *2. menstrua. Secundas et vul-*
uas. V. *3. defunctis. Ch.* *4. olfactum. Ch.*

stinctione nihil Dioscorides.
Dal.

Femina) Apul. c. 92. Duo genera eius sunt, masculus et femina. *Masculus florem album habet, femina rubrum, siue purpureum: utrumque utile est et mirabile.* H.

k. Nauseas) Marc. Emp. c. 20. p. 138. Apuleius, c. 92. t. 3. *Contra nauseam stomachi: Pulegium tritum, vel in aqua maceratum cum aceto potui dabis: nauseam sedas.* Diosc. III. 36. ad nauseam: μετ' ὀξυράτου ex posca bibi praecipit. H.

l. Stomachi) Siue morsus. Diosc. δηγμοὺς γομάχε. H.

m. Vrinam) Marc. Emp. cap. 26. p. 181. Id vero vini genus puleiatum a Lampridio appellatur in Elagabalo, p. 103. Graecis οἶνος γληγωνίτης. H.

n. Et calc.) Apul. c. 92.
t. II. H.

o. Ex melle) Bibitum eiicere menstrua et secundas, scribit pariter Diosc. I. c. H.

p. Vuluas) Diosc. III. 36. Πρὸς ὑποσροφὰς ὑσέρας ἀρμόζει. H.

q. Defunctos) Diosc. I. c. Apuleius, c. 92. tit. 7. Si infans in utero mulieris mortuus fuerit: Pulegii caulinulos tres recentes, qui adolescent suauitur, tritos in vino vetere optimo, sextarii quartario da hibat, liberabitur. H.

r. Semen) Illud nimirum est quod Apuleius aliquanto planius c. 92. tit. 14. Si mulier obticuerit: nempe in partu: Pulegium contritum et in puluerem redactum lana conuolutum subiiciatur, ab obstetricie. H.

in aceto cyathi mensura datur. Si s. aquae infalubres bibendae sint, tritum aspergitur. Salsitudines t. corporis, si¹ cum vino tradatur, minuit. Nervorum v. causa, et in contractione, cum sale et acetato, et melle² confricatur³ in opisthotono. Bibitur x. ad serpentium ictus decoctum: ad scorpionum et in vino tritum, maxime quod in siccis nascitur. Ad cris exhalcerationes, ad y. tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, ⁴ pulices z. necat odore

- i. omnino tractetur. V. confricetur. Pint. 2. infribatur. Ch. 3. et in opisth. V. in op. Ch.
4. culices. V.

s. Si aquae, etc.) Praesertim si pigrae et stagnantes. Dal.

t. Salsitudines corporis) Pruritus a salsa pituita contractatos. Suspicio in exemplari Graeco fuisse αλυνας, id est, anxietates, quas Hippocrates Aphor. 56. L.b. VII. discuti ait vino, pari aquae portione diluto, eamque vocem inepte a Plinio *salsitudinem* versam fuisse. Dal.

Salsitudines) Forsan *Lassitudines*, rectius. Idcirco enim et tueri capita dicitur, contra aestus frigorumque iniuriam, quae causae sunt lassitudinum: et idem nervorum confractioni professe, quod lassitudinem pariter respicit. H.

v. Nervorum) Apul. c. 92. tit. 13. *Contra spasmus*: Pu-

legium in aceti eyathis: duobus ieianus bibat, si spasmus molestus fuerit. Spasmus nervorum distentio est atque conuulso. Tetanus, eorumdem rigor, auctore Celsi II. I. Opisthotonum spasmodum Plinius dixit, XXII. 9. De opisthotono diximus s. 15. Est enim opisthotonus e tribus spasm generibus quae: fusius explanatur sumus L. XXIII. s. 24. H.

x. Bibitur) Diosc. III. 36. H.

y. Ad tussim efficax habetur) Habentis, non habetur, in V. C. Scribo *habenti*, hoc, si dumtaxat habeatur, ut saepe alias Plinius. Pint.

z. Pulices) Atque inde fortassis pulegii nomen. H.

odore. Xenocrates *a.* pulegii ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subiici, et ita collocari aegrum, inter remedia tradit.

LV. Siluestri ad eadem vis efficacior est, quod simile est ¹ origano, minoribus foliis, quam satiuum: et a quibusdam ² dictamnus vocatur. Gustatum a pecore caprisque, *b.* balatum concitat. Vnde *c.* quidam Graeci litera ³ mutata ⁴ blechona vocauerunt. Natura tam feruens est, vt illitas partes ex-

- 1. pulegio, sed folio maiore. Diosc.* *2. dictamnum.*
V. dictamnos. Ch. *3. Sic ex MSS. em. Hard. mu-*
tantes Gr. et Al. *4. Sic et M. blechon Gr. littera*
mutata, blechonen. Ch.

a. Xenocrates) Apuleius quoque *c.* 92. t. 6. *Ad tertianas; Pulegii ramulos tres lana inuolutos odoret ante accessionem.* H.

b. Balatum) Diosc. III. 36. iisdem verbis: Καλοῦσι δέ τινες αὐτὴν βλῆχωνα, ἐπειδὴ τὰ γευσάμενα κατὰ τὴν ἀνθησιν τῶν ποιμνίων, βλῆχης ὑποπίμπλανται. H.

c. Vnde quidam Graeci litteras mutantes, blechon vocauerunt) Scribo, *Vnde quidam Graeci litera mutata blechonen vocauerunt, ex vetusto codice rectius, vna enim tantum litera est, quae mutatur, g. in b. glechon enim vulgo dicta, ab aliis blechon vocata. Est autem locus ex Dioscoride sumptus: cuius*

interpretes Hermolaus et Marcellus verba Plinii de prauata a verbis Dioscoridis immiscentes, quum in Graecis exemplaribus non habentur, haud sane recte fecerunt. Neque enim fidus interpres huiusmodi licentiam sibi assumere debet, perniciosam literis, et malii exempli, quo nomine a Marcello Hermolaus, et Marcellus ab aliis, nec iniuria, reprehensi sunt. Illud vero notandum, in codicibus Dioscoridis impressis, primae et secundae editionis: item in Aëtio Lib. I. et Galeno v. de simplicium facultate, mendose glichon cum i in prima syllaba scriptum esse, cum scribi debeat cum e glechon, sicque habeat

exhulceret. ¹ Tussi d. in perfriktione fricari ante balnea conuenit: et ante accessionum ² horrorem, conuulsis e., et torminibus. Podagris f. mire prodest. Hepaticis g. cum melle et h. sale bibendum

¹. *Tussi inter frictores frict. ante balinea. Ch. in tussi ex perf. Gr. et Al.* ². *horrorem. Conuul. torm. et podag. D.*

habeat Paulus Aegineta pergamena charta scriptus et vetus L. VII. et Oribasius L. II. etiam scriptus, quo vtroque vtor domesticis. Theophrastus quoque *glechon* nominat cum e., in 7. quam dictioem cur Theodorus intactam reliquerit nefcio, quum in aliis vertendis sit plus nimio audax. denique et Marcellus et Hermolaus tam in Dioscoride, quam in Corollario, et docti omnes non aliter proferrunt. *Pint.*

Vnde) Hesychius: Βλήχων, γλήχων, καὶ στως λέγεται. Apuleius quoque c. 92. ἀπὸ τῆς βληχῆς, quae vox balatum sonat. *H.*

d. In *tussi ex perfriktione fricari ante balnea conuenit*) Scribe, *Tuso in perfriktiones fricari, etc. ex eodem. Pint.*

Tussi) Eos, inquit, qui tussi laborant, quam ex perfriktione collegerint, vt Marcellus Emp. loquitur,

c. 16. p. 115. silvestri pulegio fricari ante balnea conuenit. Perfriktio Graecis περίψυξις vehemens frigus est, (a *perfrigesco*) qualis affectio illa est febre laborantium, quae praecedit horrorem, id est, Φρίκη. Hoc frigore pars aliqua vntantum corporis laborat, quo et rigescit, torpescitque: *vnde κατεψυγμένη καὶ παράφορος γλώσσα rigens et balbutiens lingua dicitur. H.*

e. *Conuulsis*) Conuulsis, τοῖς σπωμένοις, cum melle et sale auxiliari ait Diosc. III. 36. *H.*

f. *Podagris*) Diosc. l. c. *H.*

g. *Hepaticis cum melle et sale bibendum datur*) In eodem non epaticis legitur, sed pasticis, lego: *spasticis*, hoc est, conuulsis. Dioscorides Lib. III. cap. de pulegio: *Cum melle, inquit, et aloë pulmonum virtus excreabilia facit: conuulsis succurrit. Ex quibus Dioseordis verbis adducor, vt pura*

dum datur: *i.* pulmonum vitia exscreabilia facit. Ad *k.* lienem cum sale utile est, et vesicae, et suspiriis, et inflationibus: *l.* decoctum *m.* succo aequaliter, et vulvas *n.* corrigit; et contra scolopendram terrestrem vel marinam: item *o.* scorpiones: priuatumque valet contra hominis morsum. Radix *o.* contra increcentia hulcera recens potentissima. Arida vero cicatricibus decorem affert.

LVI. Item *p.* pulegio est nepetaeque societas. Decocta enim in aqua ad tertias *q.* discutunt

i. decoctum. Succus aequaliter et vul. *Dal.* *2. scorpiones valet, priuatumque contra.* *Dal.*

tem legendum hic potius
aloë quam sale. Pint.

b. Et sale etc.) Inepte apud Dioscoridem, μετ' ἄλοντος οὐδὲ μέλιτος ποθεῖσα ἀνάγει τὰ ἐν πνεύμονος: legendum enim μεθ' ἄλος. Cornarius.

i. Pulmonum) Cum melle item et sale: Diosc. l. c. Vide et Galen. de fac. simpl. med. VI p. 167. H.

k. Ad lienem) Diosc. l. c. Ex aceto propinat Apuleius ad splenis dolorem cap. 92. tit. 17. H.

l. Et inflationibus) Apul. c. 92. tit. 15. Ad inflationem stomachi, vel intestinorum: Pulegium ex aqua calida contritum, vel ex vino, vel per se dato: rem miraberis illico. H.

m. Decoctum) Decoctum

aequaliter prodest succo, et simul vulvas corrigit. H.

n. Vulvas) Conuersas scilicet, ut dictum est s. 51. Ad inflationes praeterea duritiamque vulvae egregie facere scribit Diosc. l. c. H.

o. Increcentia bulcera) In quibus caro supra modum excrescit. Dal.

Contra) In quibus caro supra modum excrescit. H.

p. Item pulegio est nepetaeque societas) Scribo, iterum pulegio est, etc. ex apographo nostro. recte. refertur enim illud iterum, ad verba quae ante in hoc capite dicta sunt; Magna societas ad recreandos defectus animi pulegio Pint.

q. Discutunt) Quae febris horrorem anteuerunt. H.

tiunt frigora *r.*, mulierumque *s.* menstruis prosunt. Et aestate sedant calores. *Nepeta t.* quoque vires contra serpentes habet. Fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam et substernere *v.* in metu¹ obdormituris utile est. *Tusa x.* aegilopiis imponitur, et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus *y.* eius instillatus naribus supinis, profluuum sanguinis sistit. Item radix, ² quae cum myrti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur.

Cum-i-

- 1. eo dormituri. Ch.* *2. quae cum semine in balneo
garg. M.*

r. Frigora) Quae accessio-
num febrilium principiis
inuadunt. *Dal.*

s. Mulierumque) Eam vim
pulegio vel soli Q. Serenus
vindicat c. 35. p. 148. *Pule-
gii calido purgatur femina
potu.* H.

t. Nepeta) Apuleius,
cap. 94. *Morsibus serpen-
tum curandis: Herbae nepitae
montanae ex vino tritae suc-
cuss expressus cum vino potui-
datur: cuius eriam folia con-
trita plagae utiliter imponun-
tur.* Et haec fortassis Dio-
scoridis *καλαμίνθη*. H.

v. In metu) In eo loco
obdormituris, in quo ser-
pentes metuenda. H.

x. Tusa) *Αιγίλωψ* oculi
vitium est, quod in angulo

oculi, qui est ad nares, fie-
ri omnes testantur: esseque
tumentem abscessum, qui
in ea parte suppureret, et fi-
stulae modo distilleret. No-
stri *Fistulae lacrymale* ex ea
re vocant: Graeci *αἰγίλω-
πας* et *τὰ αἰγίλωπτα*, quae
vox oculum caprinum sonat,
a vitio scilicet et labo, quae
capris fere propria est et
continua. Vide Cels. VII. 7.
H.

y. Succus) Qui et narium
morbis medetur, si Theod.
Priscianum audimus. *Nari-
bu vero specialiter sic mede-
beris*, inquit ille I. II. de
*narium morbis: succum nepi-
tae, quam Graeci calamithem
vocant, frequenter infunde:
aut eiusdem siccatae et contus-
sae puluerem per canalem ex-
sufflato.* H.

LVII. Cuminum z. siluestre est praetenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Sed et satiuo magnus usus, in stomachi a. praecipue remediis. Discutit b. pituitas c., et d. inflationes, tritum et cum pane sumptum, vel potum ex aqua vinoque: tormina e. quoque et intestinorum dolores. Verumtamen omne pallorem f. bibentibus gignit. Ita certe ferunt Porcii g. Latronis clari inter magistros dicendi, adlectatores, similitudinem¹ coloris

1. pulsoris.

z. Cuminum) Haec totidem verbis interpres, Oribasii, XI. fol. 102, post Diosc. III. 69. H.

a. In stom.) Marc. Emp. c. 20. p. 141. Cuminum teres, et vino mixtum dabis bibendum ieiuno, si non febricitabit; si febricitabit, ex aqua tritum dabis: continuo emendabis stomachi dolorem. Apud Diosc. III. 68. εὐσόμον hodie legitur, hoc est ori gratum, forte pro εὐσόμαχον. Nam silvestre cuminum cap. 69. ad stomachi imbecillitatem leuandam in primis laudatur. H.

b. Discutit) Crassiores humores ac pituitos, per aluum et urinas educit: eosdem a capite euocat. H.

c. Pituitas) Vaporosos et crassos spiritus e pituita genitos. Pint.

d. Et infl.) Haec deinceps iisdem verbis Diosc. tum de cumino satiuo, tum

de silvestri III. 68. 69. H.

e. Tormina) Diosc. I. c.

Q. Serenus cap. 27. de ventris dolore mitigando p. 142.

Quin etiam ex lymphis, tritum potare cuminum Conueniet, quod iam nobis documenta probarunt. H.

f. Pallorem bibentibus gignit) Horat. epist. 3. Lib. I. — quod si Pallorem casu, biberent exangue cuminum. Pallens cuminum vocat et Persius Satyr. 5. Dal.

Pallorem) Vnde cuminum pallens Q. Sereno, c. 14. et Persio Sat. 5. Exangue cuminum, Horatio, I. ep. 20. Et hoc pariter notat Diosc. I. c. H.

g. Porcii) M. Porcius Latro, genere Hispanus, primus clari nominis professor, ut auctor est Quintilianus X. 5. p. 775. Hunc Seneca pater in Praef. Contr. p. 59. tum egregie commendat, ut egregiis declamato-

ris studiis contracti imitatos: et paulo ante Iulium h. Vindicem i. adsertorem illum a Nerone libertatis, captatione ¹ testamenti k. sic lenocinatum. Narium l. sanguinem pastillis inditum vel ex aceto recens fistit. ² Et m. oculorum epiphoris per se impo-

1. *testamentis. Cb.*2. *Testiculorum. Diosc.*

matoribus, qui Augusti saeculum illustrarunt, praeripuisse gloriam videatur. H.

b. *Iulium*) Qui primus aduersus Nerонem conspirauit: natione Gallus, stirpe regia, ordinis Senatorii. Vide Dionem LXIII. p. 724. H.

i. *Adserorem illum*) Is cum Gallias pro praetore regeret, a Nerone primus omnium, qui exercitibus praeerant, defecit. Sueton. in Ner. *Dal.*

k. *Captatione testamenti*) In captatione testamenti quum eius testamentum, ac haereditatem Nero captaret; sic lenocinatum fuisse, Neronis cupiditatis et voluptati obsequutum, vt eius amicitia et benevolentia summos honorum gradus consequeretur, dum pallido colore simularet aduersa valetudine se premi, qua breui periret. *Dal.*

Captatione) Quum eius testamentum et haereditatem Nero captaret: sic ille Prin-

cipis cupiditati lenocinabatur, vt eius amicitia summos honores adipisceretur: dum pallido interim colore simularet aduersa valetudine se premi, atque ideo breui interitum. H.

l. *Narium*) *Diosc.* III. 68. H.

m. *Et oculorum*) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic adi.) *Et*) Ex Dioscoride, *Testiculorum epiphoris*, hoc est, inflammationibus reponere Dalecampius omni ope nititur: vocemque *tumentibus*, quae mox sequitur, de hernia nescio qua flatuosa accipit: qua in re vereor magnopere, vt suffragatores habeat medicare rei magistros. Nos qui nihil astutius meditainur, pertinacem omnium codicum consensionem sequuti de oculorum epiphoris, ac tumore accipimus: quum praesertim de testium tumore mox ex ipso cumino medicina prescribatur, quam proinde hoc loco ante delibare, non fuit operae pretium. H.

P p

impositum, tumentibus *n.* cum melle prodest. Infantibus imponi in ¹ ventre satis est. Morbo *o.* regio in vino albo a balineis datur. (XV.) Aethiopicum *p.* maxime in posca, et in ² ligmate *q.* cum melle. Africano paulatim vrinae incontinentiam *r.* cohiberi putant. Satiuum datur ad iocineris vitia tostum, tritum in acetō. Item ad vertiginem. Iis vero quos ³ acrior vrina mordeat, in *s.* dulci tritum vino. Ad *t.* vuluartum vitia in *v.* vi-

no

r. ventrali. Dal. *2. ecligmate. V.* Sic ex MSS.
em. Hard. acriorum vrina. Ch. acriore vi vrina Gr.
et Al.

n. Tumentibus) Hernia praesertim aquosa, vel flauosa. *Dal.*

Tumentibus) Oculis. Quem morbum ita Serenus expressit, cap. 14. p. 133. Si tumor infestat, rufos et gliscit in orbes: vel vt alii libri habent: Si tumor insolutus typho se tollat inani, Turgentes oculos vili circulazione coeno. *H.*

o. Morbo) Plin. Val. II. 59. ad verbum. *H.*

p. Aethiopicum maxime in posca illinitur). Alter in nostro exemplari: His Aethiopicum maxime in posca er in ligmate, scribo et in eclegmate. Pint. Aethiopicum maxime, etc.) Hodie etiamnum e Melita cumini genera duo afferunt: alterum acrimooiae vehementioris, subnigrum, quod vocant Commin fort: alterum can-

dicans, gustus lenioris, subdulce, quod appellant *Commin doux* (ab Hippocrate regium hoc vocari ait Dioscorides) ea diuersitate quae in feniculo dulci satiuo, et acri filuestri spectatur. *Dal.*

q. In ligmate) Vel vt alii, in ecligmate. Εὐλείγυμα arteriaca compositio est, quae linetu absuntur, non vorando, vt catapotia. Vulgo electuaria vocant. Τὰ εὐλείγυματα, quae ori apposita sensim liquefunt, ac deinde deglutiuntur; αλείχειν, hoc est, lingendo. *H.*

r. Incontinentiam) Ανεάτεια. Nec de hac facultate Dioscorides quidquam prodidit, nec de cumino Africano. *Dal.*

In dulci tritum vino) Τῷ γλυκεῖ, vino passo. *Dal.*

no: praeterque, impositis vellere foliis: testium *x.*
tumoribus, tostum, tritumque cum melle, aut
cum rosaceo et cera. Silvestre ad omnia eadem
efficacius. Praeterea ad serpentes cum oleo, ad
scorpiones, ad scolopendras. Sistit *y.* et vomitio-
nem nauseasque ex vino, quantum apprehende-
rint tres digiti. Propter colum quoque bibitur il-
liniturque, vel *z.* penicillis feruens adprimitur
fasciis. Strangulationes vuluae potum in vino
aperit, tribus drachmis in tribus cyathis vini. Au-
ribus *a.* instillatur ad sonitus atque tinnitus cum
z sebo vitulino, vel melle. Sugillatis *b.* illinitur

P p 2 - cum

^{1.} *adstringitur*. *M.* ^{2.} *setto*. *Gr.*

t. Ad vulu,) Hipp. de
morb. mul. I. text. 56.
p. 450. H.

v. *In vino) Ore sumptum.*
Dal.

x. Testium tumoribus)
Dioscoridi cuminum sativum
prodest collectionibus testi-
culturum, admotum cum
vua passa, aut lolii farina,
et cerato. Siluestre vero
eidem morbo cum melle
et vua passa: *Dal.*

Testium) Testium inflammationibus auxiliari Diosc. ait, cum yua passa et fabarum lomento, vel cum cerasato impositum: Αιδύμων δὲ Φλεγμονᾶς ἀργεῖται σὺν σαφίδι, καὶ ἐρεγμίνῳ ἀλεύρῳ ἢ ηηρωτῇ ἐπιτεθέν Th. Prisc. I. 24. Feruores testium, vel indignationes, cu-

minum cum melle et oleo tritum, et appositum curat. H.

y. Sistit et vomitionem, etc.)
Singultui et stomacho flu-
etuantis humoris copia ex-
soluto confort. *Diosc.*

*z. Vel) Hoc est, linteolis
concepatis feruens cumi-
num imponitur; deinde fa-
sciarum ope ventri apprimi-
tut. H.*

a. *Auribus*) Marc. Emp.
c. 9. p. 80. *Cuminum silue-*
stre contritum, et succo rurae
immixtum, instillatumque
auriculae, dolorem lenit: ven-
tos quoque interius sonantes
removet; atque omne vitium
potenter emendar. H.

b. *Sugillatis*) Dioſc. III:
69. Αἴρει δὲ καὶ ὑπώπικ
μαστηθέν καὶ παταπλα-
σθέν συν μέλιτι καὶ σαφίδι.
H.

cum melle, et vua passa, et aceto. Lentigini c. nigrae ex aceto.

LVIII. Est d. cumino simillimum, quod Graeci vocant ammi. Quidam e. vero Aethiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates f. regium g. appellat, videlicet h., quia efficacius i. in Aegypto iudicauit. Plerique k. alterius naturae in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. Similis autem et huic usus: Namque et panibus Alexandrinis ¹ subiicitur, et ² condimentis interponitur.

i. Sic ex MSS. em. Hard. subigitur. V. subditur Gr. et vulgg. 2. alimentis. M.

c. Lentigini) Th. Prisc.
I. 32. Sunt quibus certis ex
accidentibus maculae in corporibus
frequentius inhaeserunt.
Sunt nigrae, sunt albae, vel-
ut elephantiasim annunciantes
. . . Cuminum cum aceto tri-
tum saepe profuit. H.

d. Est) Haec totidem ver-
bis interpres Oribasii XI.
p. 189. post Dioscorid. III.
70. Ammi vulgare a Dodoneo pingitur, p. 299. quo
officinae passim utuntur. H.

e. Quidam) Diosc. l. c.
Αμμι ἔνοι καὶ τέτο Αἰθιο-
πικὸν etc. H.

f. Hippocrates) Κύμιον
Αἰθιοπικὸν Ἰπποκράτης
βασιλικὸν ἐκάλεσε. Diosc.
III. 68. H.

g. Regium appellat) Quae
regum imperio paret. Pro-
babilius est sic dictum per

ἀντονομασίαν, quod regia
mensa dignum esset. Dal.

b. Videlicet quia efficacius
in Aegypto iudicauit) Prae-
positio in non habetur in
V. C. quare sic lego, vide-
licet quia efficacius Aegyptio
iudicauit, Pint.

i. Efficacius) Vide N. et
Em. N. XXV. (hic consp.)
Quia) In libris haec tenus
editis, quia efficacius in Ae-
gypto iudicauit. Quid por-
ro istud rei est? Idcirco cu-
minum Aethiopicum Hip-
pocrates regium appellaue-
rit, quoniam illud in Aegy-
pto efficacius iudicarit? An
cohaerent ista inter se satis
apte? In MSS. R. Colb.
etc. quia efficacius Aegyptio
iudicauit: Nos ex indubita-
ta coniectura Aegyptio repro-
nimus: cui post Aethiopi-
cum

ponitur. Inflationes et tormina *l.* discutit. ¹ Vrinas *m.* et menstrua ciet. Sugillata *n.* et oculorum epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionum *o.* ictus in vino potum drachmis duabus, priuatimque cerastrarum, cum pari portione ² myrrhae. Colorem *p.* quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum vua passa et resina, ³ vulvas purgat. Tradunt facilius concipere eas, quae odo-rentur id per coitum.

LIX. De *q.* cappari satis diximus inter peregrinos frutices. Non *r.* vtendum transmarino: innocentius Italicum est. Ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralysii non periclitari, nec lienis doloribus. Radix *s.* eius vitiliges albas tollit, si ⁴ trita

P p 3 in

z. vrinam. Gr. *2. myrnae. Ch.* *3. vuluam. Ch.*

4. tritae. Ch.

cum Dioscor. pariter III. 68. secundas partes ac vires adsignat: κύμινον τὸ ἡμερον εὔσομον· καὶ τέττα μᾶλλον τὸ Αἰθιοπικὸν ὄπερε Ιπποκράτης Βασιλικὸν ἐκάλεσε· δεύτερον τὸ Αἴγυπτιον, etc. H.

k. Plerique) Dioſc. III. 7. H.

l. Tormina) Dioſc. l. c. H.

m. Vrinas) Dioſc. l. c. H.

n. Sugillata) Dioſc. l. c. Καὶ ὑπώπια παταπλασθὲν σὺν μέλιτι ἀρεῖ. H.

o. Scorpionum) Omnia venenatorum morsibus opitulatur ex vino, scribit Dioſc. l. c. H.

p. Colorem) Et potu, et illitu similiter colorem pallidiorem efficere, vt cum inum, Dioſc. etiam auctor est *l. c.* H.

q. De cap.) L. XIII. 44. H.

r. Non) Africano scilicet eo praesertim quod apud Marmaridas nascitur, vel quod ex Arabia et rubro mari defertur: nam id in ore pustulas excitat, et gingiuas osse tenus exedit, etc. Vide Dioſc. II. 204. Galen. de fac. simpl. medic. VII. p. 185. H.

s. Radix) Dioſc. l. c. Αλφούς τε λευκὰς ἀποσμήχει σὺν ὄξει λεῖα, cum aceio trita len.

in Sole fricentur. ¹ Splenicis *t.* prodest in vino
potus radicis cortex duabus drachmis, dempto *v.*
balinearum vsu. Feruntque *x.* xxxv. *y.* diebus
per vrinam et alaum totum lienem emitti. Bibi-
tur *z.* in lumborum doloribus, ac paralyfi. Den-
tium *a.* dolores sedat tritum ex aceto semen ² de-
coctum, vel manducata radix. Infunditur *b.* et au-
rium dolori decoctum oleo. Hulcera *c.* quae pha-
gedaenas vocant, folia et radix recens cum melle
fanant,

1. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. spleneticis Gr. et
Al. 2. vel decoctum. Ch.

Ientigines albas exierit. Sic
etiam Galen. de fac. simpl.
med. VII. p. 184. H.

z. Splenicis) Marc. Emp. cap. 23. p. 167. Plinius Val.
II. 18. *Corticis ex radice*
capparum cochlear plenum re-
res, et dabis bibere cum aqua
calida, addens, si volueris,
permodicum acetum: hocque
per iriduum facies, et sanus
eris. Aliter Celsus IV. 9,
de lienis morbo; *Mulis mo-*
didis huic rei cappari aptum est.
Nam et ipsum cum cibo assu-
mere, et muriam eius cum
aceto sorbere commodum
est. Quin etiam extrinsecus
radicem contritam, vel corti-
cem eius cum furfuribus, aut
ipsum cappari cum melle con-
tritum imponere expedit. H.

v. Dempro balinarum
usu) Ne splenetici medica-
menti vim ab interioribus

viceribus ad externas par-
tes efficiant, et sic impe-
diant. *Dal.*

x. Ferunt) Diosc. I. c. post
dies XL. Galenus I. c. spatium
dierum nullum assighat. H.

y. xxxv. diebus) Qua-
draginta diebus lienem ab-
sumi, cruentasque vrinas
reddi, et alui purgamenta.
Dioscor.

z. Bibitur) I) Diosc. I. c.
H.

a. Dentium) Diosc. et Ga-
len. II. cc. H.

b. Infunditur) Diosc. I. c.
Σκάληνας τε τὰς ἐν ὀστῖν
οἱ χυλὸι ἐγχυματισθεῖσι
πτεῖν. *Aurum vermiculos*
infusus succus enecat. Sic
etiam Galen. I. c. p. 185.
H.

c. Hulcera) Diosc. et Ga-
len. II. cc. H.

fanant. Sic *d.* et strumas discutit radix: parotidas *e.*, vermiculosque *f.* cocta in aqua. Iocineris *g.* quoque malis medetur. Dant et ad *2* tænias in aceto et melle. Oris exhalcerationes in aceto decocta tollit: stomacho *h.* *3* inutiles esse inter auctores conuenit.

LX. Ligusticum (aliqui *i.* panacem vocant) stomacho *k.* *4* utile est. Item conulsionibus et *l.* in-

P P 4 flationi-

- i.* auriumque vermiculos. *V.* *2.* Sic ex MSS. em. *H.*
conf. *Ch.* tineas *Gr.* et *Al.* *3.* inutilem. *V.* *4.*
Sic et *V.* et ex *Dioscor.* nam coctionem iuuat. Le-
gitur et, utile, in *Ch.* inutile *Gr.* et *Al.*

d. Sic et strumas.) Et du-
ritias, συληγίας. *Diosc.*

Sic et) Galenus, καὶ χοι-
ράδας διαφορεῖ, l. c. p. 184.
Sic et *Diosc.* l. c. Struma,
inquit Celsus, V. 28. tu-
mor est, in quo subter con-
creta quaedam ex pure et
fanguine, quasi glandulae
orientur. Latini etiam
scrofulas appellant, vulgo,
les Ecrouelles. Celsus eas
maxime in ceruice ait oriri,
sed in aliis etiam partibus,
inguinibus, lateribusque et
mammis seminarum. *H.*

e. Parotidas) Th. Prisc.
I. 8. de parotidibus: capparis
coricem in aqua elixa: et
cum vino commisches, et cata-
plasma facies. *H.*

f. Vermiculosque) Au-
rium scilicet, de quibus di-
ctum est proxime. *H.*

g. Iocineris quoque malis
medetur.) Nonnulla hic ver-

ba addenda sunt a librariis
praetermissa: Iocineris dol-
ribus rusa cum farina bordea-
cea imponitur. Vesicae quo-
que malis medetur. Pint.

b. Stomacho.) Κανοζόμα-
χον et caulem et fructum
perinde esse, auctor est
Diosc. l. c. *H.*

i. Panacem vocant.) Nec
abs re, quia panaci Hera-
cleotico, radice, caule, vi-
ribus, simile est. *Dioscor.*
Dal.

Aliqui) Ut dictum est
XIX. 50. *H.*

k. Stomacho.) Ita MSS.
omnes et Parmensis editio.
Diosc. *III.* 58. de ligustico:
ἰκανῶς δὲ εὐσόμαχὸν ἐσιν,
etc. In libris editis perpe-
ram ad hunc diem, inutile,
vti et ex sequentibus liquet.
H.

l. Et infl.) Subintellige,
utile est. *Diosc.* l. c. Δύνα-

flationibus. Sunt *m.* et qui cunilam bubulam appellauerint, ut *n.* diximus, falso.

LXI. (XVI.) Cunilae *o.* praeter satiuam plura sunt in medicina genera. Quae *p.* bubula appellatur, semen pulegii habet, utile ad vulnera commanducatum impositumque, ut quinto post die soluatur. ¹ Et *q.* contra serpentes in vino bibitur,

i. Et, in Vet. d.

μις καὶ τὰ σπέρματος καὶ τῆς ἐργῆς, ἀρνόζεσσα πρὸς ἐμπνευματωσεῖς, καὶ μάλιστα τὰς περὶ τὸν σομαχον, etc. Sic etiam Galenus de fac. simpl. med. VII. p. 203. ἄφυστον ait esse, hoc est, flatus extingueare. H.

m. Sunt et qui etc.) Crateuas ligusticum nomine cunilae bubulae vocandum censuit, et falso, quoniam cunila bubula origanum filuestre est. *Dal.*

n. Ut d.) L. sup. s. 50. H.

o. Cunilae praeter etc.) Cunila sativa, fatureia hortensis. Cunila montana, fatureia filuestris. Cunila Gallicana, origanum Heracleoticum. Cunila bubula, origanum filuestre. Cunilago, conyza. Crateuas ligusticum, quod et Panaces dicunt, falso cunilam bubulam vocavit supra cap. 8. XIX. circa finem. Hae sic distinguendae sunt appellationes. Quum historia cunilae bubulae Polycne-

mi descriptionem auctor confundit, quam fusius deinde repetit cap. 14. L. XXVI. Cunila capitata cap. 10. Lib. XXXII. Polycnemum, Sereno cephalote. *Diosc.*

Fraeter) Quae fatureia, ut diximus L. IX. 50. H.

p. Quae) Cunila haec bubula, uti indicauimus VIII. 41. origanum filuestre est, quod ab aliis Heraclei panacis, ab aliis, quos inter Nicander est, teste Diosc. III. 34. cunilae nomen accepit. Exstat adhuc certe Nicandri carmen in Ther. p. 44. Πανάκτειόν τε νοβίλην, "Ην τε καὶ Ήράκλειον ὀρείγανον ἀπΦενέπεστι. Nam πανάκτεα conila, quam quidam Heracleon origanon indigitarunt. Vulgo Origan. Accurate a Lobelio pingitur, in Obs. p. 263. a quo Agrioriganon siue Onitis maior vocatur. Vidimus in horto Regio. Est origanon vulgare Matthioli in *Diosc.* III. p. 701. H.

q. Contra serpentes in vi-

ne

tur, ac tritum plague imponitur. Vulnera r. ab iis facta perfricantur. Item s. testudines cum serpentibus pugnaturae hac se muniunt: quidamque in hoc vſu ² panaceam vocant. Sedat et tumores, et virilium mala, sicca, vel foliis tritis; in omni vſu mire congruens ex vino.

LXII. Est t. alia cunila, gallinacea appellata nostris, Graecis ³ origanum Heracleoticum. Prodest oculis trita addito sale. Tussim v. quoque emendat, et iocinerum vitia. Laterum dolores cum

P P 5 fari-

1. ob hunc. Vet. 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf.
C. in hunc vſum panacem Gr. et Al. 3. origa-
num silvestre et panax heracleus. Ex Dioscor.

no bibitur, ac tritum plague imponitur, etc. Item testudines cum serpentibus pugnaturae hac se muniunt) Pato erratum esse in ordine verborum, scribendumque ad hunc modum: *Contra serpentes quoque in vino bibitur, ac tritum plague imponitur.* Item testudines cum serpentibus pugnaturae hac se muniunt, vulneraque ab his facta hac perfricant. Nam et antiquus codex perfricant legit, non perfricantur. Pint.

Et) Contra venenatorum mortis. Diosc. l. c. H.

r. Vulnera ab iis, etc.) Lege: Vulnera ab his facta ibes fricant. Cutem testudines cum serpentibus pugnaturae. Salm. 1277. a. b.

s. Testudines cum serpentibus) Plutarchus Lib. de fo-

lertia animal. Arist. Lib. IX.
histor. animal. Dal.

Item) Id iam antea indicatum L. VIII. 41. H.

t. Est) Apul. c. 122. Origano a Graecis Heracleoticum . . . Latini cunilam Gallam (lege ex Plinio, gallinaceam, sic enim MSS. omnes) et origanum nominant. Diosc. III. 32. Οριγανός Ἡεραλεωτική, οἱ δὲ κονίην καλλίσι, Φύλλον ἔχει εμφερές μστωπώ, etc. Delineatum accurate a Martioli in Diosc. III. p. 699. quale nos vidimus. De eo rursum Plinius XXV. 12. H.

v. Tussim) Diosc. III. 32. cum melle delungi ad-tussim iubet. Apul. l. c. Tussi medendo: *Herbam, origanum commanducet etc.* H.

¹ farina, oleo et aceto in sorbitionem temperata. Praecipue ^{x.} vero serpentium morsus.

LXIII. Tertium ^{y.} genus est eius, quae a Graecis mascula, a nostris cunilago vocatur, odoris ^{z.} foedi, radicis ² lignosae, folio aspero. Vires eius vehementissimas in ^{a.} omnibus ³ generibus earum tradunt. Manipulo ^{b.} quoque eius ⁴ abiecto, omnes e tota domo blattas ^{c.} conuenire ad eam. Priuatim aduersus scorpiones ex posca pollere. Tribus ^{d.} foliis ex oleo peruncto homine, fugari serpentes.

LXIV. E contrario ^{e.} quae mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis ^{f.} tactu eius cohaerescientibus. Altera ^{f.} thuris, quam ^{g.} libanotidem appellata.

^{1.} farre. Ch. ^{2.} lignosae. Ch. ^{3.} bis gener. Ch.
^{4.} obiecto. V. ^{5.} Sic et M. et Ch. tractu Gr. et
 Al. ^{6.} libanotidem appellauerimus. Ch.

^{x.} Praecipue) Diosc. l. c. H.

^{y.} Tertium) Haec conyza mascula est, de qua rursus dicetur XXI, 32. Eadem conyza maior Dioscorid. III. 136 cuius iconem Lobelius exhibit in Aduu, cap. 146. qualem nos in horto Regio vidimus. H.

^{z.} Odoris) Βαρύσμος. Diosc. l. c. H.

^{a.} In omni.) Siue mascula sit, siue femina; siue silvestris; siue sativa. H.

^{b.} Manipulo) Substratu, suffituque venenatas fugare bestias, abigere culices, pu-

lices necare, tradit Diosc. III. 136. H.

^{c.} Blattas) Culices abigit, pulices necat. Dioscor. Dal.

^{d.} Tribus) Folia serpentium morsibus imponuntur utiliter, inquit Diosc. l. c. H.

^{e.} E contr.) Eadem conyza femina Theophr. Hist. VI. 2. Conyza minor, Diosc. l. c. a Lobelio picta accurate in Aduu. p. 146. Visa a nobis in horto Regio. H.

^{f.} Altera) Altera conyza, inquit, hoc est, mascula, thuris odorem habet: qua propter

pellamus. Medetur *h.* vtraque contra serpentes ex vino vel aceto. Pulices *i.* etiam contritae cum aqua sparsae necant.

LXV. Satiua *k.* quoque suos usus habet. Sueus eius cum rosaceo auriculas iuuat. Ipsa ad iectus bibitur. ¹ Fit *l.* ex ea montana, serpylo similis, efficax contra serpentes. Vrinam *m.* mouet: purgat et a partu mulieres. Concoctionem mire adiuuat, et ad cibos ² auiditatem vtraque, vel in cruditate.

1. est et altera ment. *V.* *2. Sic et Dal. auiditatem.*
Viraque Gr. et Al.

propter et ipsa libanotis appellatur, quamquam id nomen et aliae plantae veterius fortiuntur. Plinius ipse XXI. 32. *Folia feminae mellis odorem babent. Masculae radix a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus, hoc nimis loco.* H.

g. Quam libanotidem appellamus) Nihil horum Dioscorides in historia tertiae Conyzæ. Plinius inscienter miscet haec omnia Dal.
b. Medetur) Dioscor. l. c. H.

i. Pulices) Dioscor. l. c. ut paulo antea diximus. Democritus in Geop. XIII. II. p. 380. ubi de culicibus neeandis, περὶ κανόνων περὶ Φεύξονται δὲ, εἰ καίνυχαν ἐψησεῖς, καὶ τῷ σέματι ἔστεις τὴν οινίαν. Fugient, si

conyzam decoxeris, decocta que domum resperseris. Et cap. 15. de pulicibus πρὸς ψύλλας p. 374 necari hosc, νονύγης ἐψηθεῖς, τὰ σέματα ἐπιγέγαινομένα. H.

k. Satiua) Nempe cunila: nam, ut dictum est initio f. 61. cetera genera haec tenus, praeter satiuanam, descripta sunt. Haec est quam Θυμβάρι aliqui, rectius alii cunilam nostram et satureiani vocarunt, ut diximus XIX. 50. H.

l. Fit ex ea montana) De Heracleotico id Dioscorides. Dal.

Fit ex) Saturela montana, quae Thymbra Dodonei, p. 287. visa a nobis in horto Regio, II.

m. Vrinam) Dioscor. l. c. H.

ditate ieunis in potionē aspersa. Luxatis quoque vtilis. Contra vesparum et similes iētus, ex farina hordeacea et posca, vtilissima. Libanotidis *n.* alia genera suis *o.* dicentur locis.

LXVI. (XVII.) Piperitis, quam *p.* et siliquastrum appellauimus, contra morbos comitiales bibitur. ¹ Castor *q.* et aliter demonstrabat, caule rubro et longo, densis *r.* geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, vtilem gingiuis, dentibus, oris suauitati, et ructibus.

LXVII. Origanum *s.* ² quod in sapore cunilam aemulatur, vt *t.* diximus, plura genera in medicina-

i. Castor taliter. M. *2. Sic ex MSS. em. Hard.*
conf. V. cunilae aemulatur Gr. et Al.

n. Libanotidis) Aliarum herbarum, quibus est libanotidis nomen pariter inditum, genera viresque suis locis dicentur; nempe XXIV. 59. vbi rosmarinum tractabitur, quod alio nomine libanotidem appellari dictum est sup. libro *s.* vlt. ac genera quidem illius duo afferentur. *H.*

o. Suis dicentur locis) De Libanotide jam tractauit cap. 12. et vlt. Lib. XIX. *Dal.*

p. Quam et siliquastrum appellauimus) Vulgo piper Indicum, aut capsicon, trium generum. *Dal.*

Appellauimus) L. XIX. 62. Illud est quod piper Indicum appellant vulgo, quod

quidem quadrigemino genere a Dodonaeo pingitur, sub nomine Capsici, p. 704. 705. nempe oblongioribus, recurvis, latis, minimisque siliquis. Nostris, *Poivre d'Inde. H.*

q. Castor et aliter demonstrabat) Ut intelligamus alterum piperitidis genus. *Galen.*

Castor) Alterum intelligi vult piperitidis genus a Castore descriptum. *H.*

r. Densis geniculis) Haec est lepidum. *Dal.*

s. Origanum) Origanum, vt diximus, plura genera in medicina babet: onitin, quod sapore cunilam aemulatur, non diffimile hyssopo, et quod prassion appellant. *Pri-*
natim,

dicina habet: onitin *v.* vel prafision appellant, non dissimile hyssopo. Priuatim *x.* eius usus contra ¹ torsiones stomachi in tepida aqua, ² et contra cruditates: contra *y.* ³ araneos scorpionesque in vino albo: luxata *z.* et incussa in aceto, et oleo, et lana.

LXVIII. Tragoriganum *a.* similius est serpulo

z. torsiones. M. *2. Sic ex MSS. H. conf. Ch. et cruditates Gr. et Al.* *3. Sic et M. sic et hoc ipso cap. post paulo. araneas Gr.*

uatum, etc. Ex Diosc. Plinius prafision, quod est secundum tragorigani genus, confundit cum origani speciebus *Dal.*

Origanum) Siue satureiam. *H.*

t. Ut dix.) Lib. XIX. 50.

H.

v. Onitin) Diosc. III. 33. Ή δὲ ἐντις παλαιόνη, λευκοτέρα τοῖς Φύλλοις ἔσι, καὶ μᾶλλον ἐσικαῖα ὑστερπῶ etc. Sic etiam interpres Oribasii XII. f. 209. Galeno de fac. simpl. med. VII. p. 215. ὄντις scribitur. Marc. Emp. c. 30. p. 212. *Cunila, quam Graeci onitim vocant.* Id ei nomen indutum, quod ab asinis praecipue expetatur: Schol. Nic. *Ονίτιδα λέγει, ὅπερ οἱ ὄντες συθίσσει.* Πράσιον a viridi foliorum colore. Vidimus in horto regio. *H.*

x. Priuatim) Plin. Valer. IV. p. 36. De origa-

no: Ex vino albo tritum, et in potionē sumptum, scorponum et araneorum venenis resistit: cruditates discutit: morsus stomachi ex aqua calida datum lenit. *H.*

y. Contra araneas scorpionesque in vino albo) Dele dictiōnem contra ex apographo nostro, ne repeta tur inutiliter. *Pint.*

z. Luxata) Plin. Val. I. c. *H.*

a. Tragoriganum) Dio-
scor. III. 35. Τραγορίγανος θαμνίσιος ἔσιν ὄργιγάνω η ἐρπύλλω ἀγρίω τὰ Φύλλα καὶ τὰ ἥλωνια. Ab hircis, quibus gratum illud pabulum est, nomen habere, ut ab asinis onitin, auctor scholiaest Nicandri. Est Thymbra legitima Clusii, quam ille. pinxit, Hist. rar. plant. III. p. 358. nos in horto Regio obseruauimus. *H.*

lo siluestri. Vrinam b. ciet, tumores discutit, contra c. viscum potum, viperaeque iustum efficassimum, stomachoque d. acida rustanti, et e. praecordiis. Tussientibus f. quoque cum melle datur, et pleuriticis, ¹ et g. peripneumonicis.

LXIX. Heraclium ² h. quoque tria genera habet: nigrius, latioribus foliis, glutinosum. Alterum i. exilio-ribus, mollius, sampsucho k. non dissimile, quod ³ aliqui prasion

1. et peripneumonicis, in M. d. peripleumonicis. Ch.
2. Origanum quoque tria genera habet, Heracleoticum nigrius. Ex Diosc.
3. aliqui oniten. Ex Diosc.

b. Vrinam) Diosc. l. c. H.

c. Contra) Hoc est, contra ixiāv, ut diximus f. 51. Dioscor. l. c. Nicander in Alex. p. 151. tragoriganum valere ait contra ixiōev Σκοφόνον. H.

d. Stomachoque) Diosc. l. c. Τοῖς καποσομάχοις, καὶ ὅξυρεγμιῶσι δίδοται, καὶ εὐών αἴλυσμός, καὶ ναυτία, καὶ θέρμη ὑπωχονδρίων παραπολεθεῖ. Stomachо male affectis, et acida rustantibus exhibetur, et iis quos qualis ex maris agitatione anxietas, nausea, et praecordiorum aestus comitantur. H.

e. Praecordiis) Aestuantibus a marina iactatione. Diosc. Dal.

f. Tussientibus) Diosc. l. c. H.

g. Et perip.) Diosc. Βιτίτε καὶ περιπνευμονίας σὺν μέλιτι ἐν ἐκλεικτῷ δίδοται,

in ecligmate. H.

h. Heraclium quoque, etc.) Lege, Origanum quidem tria genera habet: Heracleoticum nigrius, etc. Haec quae ex diuersis auctoribus Graecis Plinius vel eius liberti colligebant, nullo ordine, et prorsus indigesta transcribuntur. Dal.

Heraclium) Sic in Indice huius loci: De origano Heraclio: Genera tria. Illud ipsum quod Heracleoticum appellatum est f. 62. hoc tragorigani genus quoddam laetus Dioscorides appellat III. 35. H.

i. Alterum) Alterum tragorigani genus apud Diosc. l. Ή δέ τις τραχορίγανος λεπτόναρπος, καὶ λεπτόφυλλος, ἦν καὶ πράσιον ἔνιοι καλέσσιν. H.

k. Sampsucho) Hyssop. Dioscorides.

prasion ^{1.} vocare malunt. Tertium est inter m.
haec medium, minus quam cetera ¹ efficax. Opti-
mum n. autem Creticum. Nam et iucunde olet.
Proximum o. ² Smyrnaeum, ³ odorius. Heracleo-
ticum p., ad potum utilius, quod q. onitin vocant.

Com-

^{1.} efficax autem. Optimum Creticum. M. ^{2.} Smyr-
naeum. Deinde Heracleoticum Gr- et Al. ^{3,} Do-
rius. Ch.

^{1.} Prasion) Oniten. Diosc.
^{m.} Inter haec medium) Sil-
uestre Diosc.

^{n.} Optimum) Diosc. 1. c.
Ἄριστη δὲ ἡ Κιλίνιος, καὶ ἡ
ἐν Κῷ, καὶ Χίῳ, καὶ Σμύρ-
νῃ, καὶ Κερτῇ. H.

^{o.} Proximum Smyrnaeum.
Deinde Heracleoticum ad po-
tum utilius) In V. C. Proxi-
mum. Zmyrnium odorius.
Heracleoticum ad potum vi-
lius. Legendum videtur
odoratus non odorus. Pint.

Smyrnaeum) Ita MSS. R.
^{2.} Colb. 2. Ch. etc. ut sit
sententia, iucundius Smyr-
naeum organum olere,
quam Creticum. Sunt qui
Smyrnium legant, falso:
quamquam esse percommo-
de hic possit videri σμύρνιον,
sive σμυρνέον a σμύρνᾳ,
hoc est, a myrrha. Est au-
tem odorius ab oderus, quae
vox quum saepius in abso-
luto gradu apud idoneos La-
tinitatis auctores occurrat,
tum vero est in comparati-
uo infrequens. H.

p. Heracleoticum) Ex He-
raclea Cretae. Dal.

^{q.} Quod onitin) Hoc est,
eo quod onitin vocant.
Vide N. et Em. N. XXVI.
(hic ins.) Heracl.) Sincerius,
credo, legas, eo quod oni-
tin vocant; vel quam quod
onitin vocant. Discrepat
enim onitis, de quo s. 67.
ab Heracleotico: de quo
s. 62. Galenum adde, cuius
eadem fere sententia est,
de fac. simpl. med. VII.
p. 215. Ὁρίγανος ἡ μὲν
Ἡρακλεωτικὴ δρασινωτέρα
τῆς ὄνιτιδος, efficacior est
onitide. Subscribit et Diosc.
III. 33. Atque hanc esse
Plinii mentem, vel ex ver-
bis, quae proxime subsequuntur, perspicuum est:
Subiicitur enim statim,
Communis autem usus, utrius-
que scilicet origani, Hera-
cleotici, onitidisque: quo-
rum forma dispar, ad po-
tum dissimilis usus, eadem
in medicina vires. H.

Communis *r.* autem usus serpentes fugare, percussis esui dare decoctum, potu vrinam ciere, ruptis, conuulsis ¹ mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico, aut cum hyssopo, acetabuli mensuris decoctum ad sextam. Item ad scabiem, pruriginem, psorias, in *s.* ² descensione balinearum. Succus auribus infunditur cum lacte. Tonsillis *t.* quoque et yuis medetur, et capitis hulceribus. Venena *v.* opii et gypsi extinguit decoctum, si cum cinere *x.* in vino bibatur. Aluum *y.* mollit acetabuli mensura. Sugillatis *z.* illinitur. Item dentium dolori, quibus etiam et candorem facit, cum melle

i. medetur. V.

r. Communis autem usus) Haec omnia de Heracleotico Dioseorides. *Dal.*

Communis) Communes Heracleotici et onitidis vires. Sic Diose. III. 32. 33. *H.*

s. In descensione balinarum) Εντλεγοντες in balnearum solio. *Dal.*

In desc.) Dioseor. III. 32. Κυνηγεῖς δέ καὶ ψώρεις, καὶ ἔπειρον τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἐν λεπρῷ ὠφελεῖ, *Prurigi-*
ni, *psorae ac morbo regio de-*
coctum ipsius in balneo prodi-
est. *H.*

t. Tonsillis) Diose. I. c. Παρεσθίαι, καὶ πιονίδαις,
καὶ ἀφθασ, θεραπεύει. *H.*

v. Venena opii et gypsi ex-
tinguit decoctum) Datur iis qui ciicutam aut opium bi-
berunt, ex passo; qui gyp-

2. deceSSIONE. M.

sum aut Ephemeron, ex oxymelite. *Diosc.*

Venena) Diose. I. c. iis qui ciicutam biberint, opium ue, praebet ex vino dulci, seu passo: ex oxymelite, seu aceto mulso, iis qui gypsum. *H.*

x. Cum cinere in vino bi-
batur) Cinerem hic lixiui-
um appellat. Sic Columel.
cap. 22. Lib. XII. *Cinis au-*
tem odorem picis aufert, et
eluit spurcitiam. *Dal.*

y. Aluum) Diose. I. c. Σηρὴ
δὲ ποθεῖσα ὄξυβάφε πλῆ-
θος σὺν μελιμετώ, μέλανα
κατὰ ποιήσαν ὑγει. Aridum
acetabuli mensura cum aqua
mulsa epotum, atros humores
per aluum extrahit. *H.*

z. Sugillatis) Marc. Emp.
cap. 19. p. 132. *H.*

melle et nitro. Sanguinem narium fissit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias asperas cum galla et melle teritur: ad lienem folia cum melle et sale. Crassiores a. pituitas et ¹ nigras extenuat coctum cum aceto et sale, sumptum paulatim. Regio ² morbo tritum cum b. oleo in nares infunditur. Lassi perunguntur ex eo, ita ut ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos aperit cum fico ³ trito: Strumas cum oleo et aceto et farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tusum, et aceto illitum. Reliquias purgatum a partu.

LXX. Lepidium c. inter vrentia intelligitur.
Sic d. et in facie cutem emendat exhulcerando, vt

1. nigra. V. 2. mortuo prodest. V. et ex Diosc.
3. tosta. V. trita Gr.

a. Crassiores) Has per
alum extrahit, inquit
Diosc. l. c. H.

*b. Cum) Cum oleo irino
in narēs infusum caput pur-
gare, scribit Diosc. l. c. H.*

c. *Lepidium*) *Lepidium*
ἀπὸ τῆς λεπίσεων, id est,
ἔνδεργεν dictum, quod vren-
ti acrimonia sua ulceret,
excoriet, decoricet, eaque
facultate, vel ferro notas
fronti seruorum inustas (*τὰ
σίγυματα*) deleat. - Colu-
mella, *Atque oleris pulli ra-
dix, lachrymosaque cepa Po-
nitur: et lactis gustum quae
condiat herba, Deiectura (alii,*

Deletura) quidam fronti data signa fugarum: (alii focorum). Vimque suam idcirco profitetur nomine Graeco. Dal.

Lepidum) Diosc. II. p. 205. Λεπίδιον. Δύναμις δέ ἔσι τῷν Φύλων δριμεῖσι ἐλκωτικῇ etc. *Vis foliorum acris et exbulcerans*, etc. H.

*d. Sic et) Inde nomen
habet, quod faciei nempe
maculas, τὰς λεπίδας de-
let. Serui compuncti notas
tollebant lepidio: quare,
id vbi animaduersum est,
candenti ferro inuri eos in-
uecta consuetudo est. H.*

tamen cera et rosaceo facile sanetur. Sic *e.* et lepras, et psoras tollit semper facile, et ¹ cicatricum hulcera. Tradunt *f.* in dolore dentium adalligatum *g.* brachio qua doleat, ² conuertere *h.* dolorem.

LXXI. Gith *i.* ex Graecis, alii melanthion, alii ³ melanspermon vocant. Optimum *k.*, quam excitatissimi odoris, et quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis et scorpionum. Illini ex acetato ac melle reperio, incensoque *l.* serpentes fugari. Bibitur *m.* drachma vna ⁴ et contra araneos. Distilla-

tionem

- | | |
|---|-------------------------------------|
| <i>i. bulcerum cicarices.</i> <i>V.</i> | <i>2. Sic et Ch. compescere</i> |
| <i>Gr. et Al.</i> | <i>3. melaspermon.</i> <i>Gron.</i> |
| | <i>4. et dcess-
ap. Gr.</i> |

e. Sic et l.) Dioscor. I. c.
H.

f. Tradunt) Totidem verbis haec Diosc. sed collo lepidum iubet appendi. H.

*g. Adalligatum brachio qua
doleat)* Diocorides collo appen-

dit. Dalecampius.

h. Compescere dolorem) Ex-
citata pustula, quae humoris impetum dentem vexan-
tis ad brachium reuocet. Sic quidam in eo morbo
aurium radici medicamenta,
quae pustulas gignunt, ad-
mouent. Dal.

Conuertere) Sic MSS.
omnes, R. Colb. Th. Ch. In
libris editis, *compescere*,
male. Excitat enim pustu-
lam, quae humoris impe-
tum, quo dens vexatur,
ad brachium reuocet. Sic
quidam in eo morbo hodie-

que aurium radici medica-
menta admouent, quae pu-
stulas gignunt. H.

i. Gith) Et Celso quoque
II. c. extr. git. Item Scrib.
Largo, Comp. 131. Diosco-
ridi μελάνθιον, ceteris a
nigritia seminis, μελάνσπερ-
μον, μήκων ἄγειος μέλας,
Ρωμαίοις παπάβερ νύγουμ.
vt est in Nothis eiusdem
p. 456. H.

k. Optimum) Diosc. III.
93. μέλαν, δριμύ, εὐώδες.
H.

l. Incenso) Dioscor. I. c.
H.

m. Bibitur) Contra pha-
langiorum etiam araneorum
morsus: Βοηθεῖ δὲ καὶ Φα-
λαγγιοδῆτοις ὅσον οὐκ
μεῖδ' ὑδατος ποθέν. Diosc.
I. c. H.

tionem *n.* narium discutit tusum in linteolo olfactum. Capitis *o.* dolores illitum ex aceto et infusum naribus. Cum irino oculorum epiphoras et tumores. Dentium *p.* dolores coctum *q.* cum aceto. Hulcera oris tritum aut commanducatum. Item *r.* lepras et lentigines ex aceto. Difficultates *s.* spirandi addito ¹ nitro potum. Duritias *t.*, tumoresque veteres, et suppurationes, illitum. ² Late *v.* mulierum auget continuis diebus sumptum. Colligitur succus eius, vt *x.* hyoscyami. Similiter.

Q q 2

1. vino. V. *2. Sic et Ch. Lac. Gr. et Al.*

n. Distillationem) Iisdem verbis Dioscor. I. c. Λευκήν δὲ καὶ ἐν ἀποδέσμῳ δεῖν, καὶ σοφρανόμενον, τὰς κατάρρεοις οὔτες ωφελεῖ. Sic etiam Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 206. κατάρρετος ιατροῦ, θερμὸν ἐν ὁθονίῳ προσφερόμενον, etc. H.

o. Capitis) Dioscor. I. c. Αρμόζει δὲ καὶ οὐφαλαλγῆσι παταπλαστούμενον τῷ μετώπῳ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὑποχεισθαι, ἐγχεόμενον εἰς τὰς γίνας μετὰ ιείνες λειον. H.

p. Dentium) Dioscor. I. c. Ωφελεῖ δὲ καὶ ὁδονταλγίαν μετὰ ὅξες . . . ἐψηθὲν καὶ διακλυσόμενον. (Theodor. Prisc. I. 14. de dentium curationibus. Quibus putres cavernae obuenerint, melan-

thium elixum in aceto commixtum. H.

q. Coctum cum aceto) Et teda, ac collutum. Dioſc.

r. Idem lepras) Dioſc. Αἴρει δὲ καὶ Φανὸν καὶ λέπρας, etc. Lentigo Φανός, macula est subrufa, vel nigricans in facie, ad lentis similitudinem. H.

s. Difficultates) Dioſc. et Galen. II. cc. Vide Sarraceni not. in Dioſc. H.

t. Duritias) Dioſcor. I. c. H.

v. Lacē) Dioſc. I. c. Πινόμενον δὲ πλείστης ἡμέρας γάλα κάγει. Lacē porro vestuto more MSS. omnes exhibent, pro lac, quod et antea obseruatum a nobis, et in Plauto aliisque, ad Plin. XV. 16. H.

x. Ut hyos.) De quo dicitur L. XXV. 17. H.

que y. ¹ largior, venenum est, quod miremur: quum z. semen gratissime panes etiam condiat. Oculos quoque purgat: vrinam a. et menses ciet. Quin imo linteolo b. ² deligatis tantum granis xxx. secundas trahi reperio. Aiunt t. et clavis in pedibus mederi tritum in vrina: culices suffitu necare: item muscas.

LXXII. Et d. anisum aduersus scorpiones ex vino bibitur, Pythagorae inter pauca laudatum, siue crudum, siue decoctum. Item viride aridum-
ue, omnibus quae coniduntur, quaeque intingun-
tur,

i. largius. V. 2. Sic ex MSS. em. Hard. cons. M.
alligatis Gr. et Al.

y) Similiterque) Ut in
hyoscyamo euenit, cuius
foliis constat mentem cor-
rumpi, ut suo loco dicetur
proxime appellato, si plura
quam quatuor bibantur.
De melanthio Dioscor. i. c.
Φασὶ δὲ καὶ ἀναιρέειν αὐτὸν
πλεῖον ποθέν. H.

z. Quum semen gratissime,
etc.) Vide supra cap. 8. vlti-
mum, L. XIX. Dal.

Quum) Lib. sup. sect. 52.
H.

a. Vrinam) Si nempe plus
ribus diebus continua sumatur,
ut dicit Diosc. i. c. Vi-
de etiam Gal. de fac. simpl.
med. VII. p. 206. H.

b. Alligatis) Et in pessu
subditis. Dal.

c. Clavis in pedibus mede-
ri) Circumscarificatis; me-

deri tritum in vrina vetere.
Dioscorid. Dal.

Aiunt) Diosc. i. c. Καὶ
ἡλούς περιχαραχθέντας
ἐκτινάσσει σύνθετω παλαιῶ.
Clavos circumscarificatos ex-
cutit cum vrina vetere impo-
situm. Vulgati codices ha-
bent σύνοινώ. At Serapio,
ut Plinius, σύν σύγω habet.
H.

d. Et anisum) Ita Nican-
der in Ther. p. 44. vbi ἀνί-
στον scribitur: quod Atti-
cae consuetudinis esse gemi-
nato v Scholia fest admonet
p. 31. Sic etiam Dioscor.
III. 65. apud quem ἀνίστον
vulgari more de l' Anis.
Iconem apud Dodonaeum
vide p. 297. In MSS. omni-
bus, R. Colb. etc. anesum
legitur. H.

tur, desideratum. Panis *e.* etiam crustis inferioribus subditum. Saccis *f.* quoque additur. Cum amaris nucibus vina commendat. Quin *g.* ipsum oris halitum iucundiores facit, foetorenique tollit manducatum matutinis cum smyrnio, et melle exiguo, mox vino ¹ collutum. Vultum iuniorem praefstat. Insomnia leuat suspensum in puluino, ut dormientes olfacent. Appetentiam ciborum praefstat, quando id quoque inter artifia deliciae fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. Ob has causas quidam anicetum *h.* id vocauere.

LXXXIII. Laudatissimum *i.* est Creticum, proximum
Q q 3

i. colluti. V.

e. Panis etiam crustis) Ut vide supra cap. vlt. L. XIV.
ammi et melanthium, fe-
niciulum. *Dal.*

f. Saccis quoque additur.
Cum amaris nucibus vina commendat) Scribo, *Saccis quoque additum cum amaris nucibus, vina commendat,* ex eodem, et paulo post iuueniorem in eodem legitur, non iuniorem: et olefacent pro olfacent. Pint. *Saccis quoque additur)* Quibus vina colantur et transfunduntur. Vina enim per saccum olim transmittebant non tantum ut liquidiora, et castigatoria biberent; sed ut peregrinis odoribus in saccum coniectis, et odore et sapore magis placerent, qua ratione Hippocraticum vinum hodie nobis paratur. Theophrast. cap. 9. L. VI. causs.

Dal.

Saccis) Quibus vina faccantur, siue percolantur, ut dictum est XIV.28. XVIII. 17. Vide Hier. Mercurial. varr. Lect. II. 17. H.

g. Quin) Diosc. III. 65. H.

b. Anicetum) Omnibus aliis medicamentis praecellens. *Dal.*

b. Anicetum) Ανίκητον, inuestum, quod omnibus medicamentis antecellat. Non aniso id nomen, sed anetho in Nothis. p. 455. Pseudo-Dioscorides attribuit. H.

i. Laudatissimum) Sic Dsc. I. I. Auctor libri de simp. med. ad Paternianum, qui Galeno adscribitur, Tom. XIII. p. 985. *Anisum optimum*

mum Aegyptium. Hoc ligustici *k.* vicem praefstat in condimentis. Dolores *l.* capitis leuat suffitum naribus. Epiphoris *m.* oculorum ¹ Euenor *n.* radicem eius tusam imponit: Iollas ipsum cum croco pari modo et vino, et per se tritum cum polenta ad magnas fluxiones, ² extrahendisque, si qua in oculos inciderint. Narium *o.* quoque carcinodes *p.* consumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle et hyssopo ex aceto gargarizatum. ³ Auribus *q.* infunditur cum rosaceo. Thoracis pituitas

- z.* Sic et *M.* legitur, et in *Ch.* Euenor, etc. ut in vulg.
E vino radicem imponit Iollas. Ipsum cum croco Gr.
et Al. ² extrabendaque. *V.* ³ fractis. *Diosc.*

*mum est Creticum, deinde Aegyptium: Gallicum iner-
tissimum.* etc. *H.*

k. Ligustici) Satiui, de quo cap. 8. vltim. Lib. XIX.
Dal.

l. Dolores) Totidem verbis *Diosc.* l. c. *H.*

*m. Epiphoris oculorum e
vino radicem eius tusam im-
ponit Iollas: ipsum cum cro-
co pari modo et vino.) In apo-
grapho nostro, Epiphoris ocu-
lorum euenenor radicem eius
tusam imponit. Iollas ipsum
cum croco, etc. Legendum
puto, Euenor, non Euene-
nor, et nomen auctoris ac-
cipio, quamuis in elenco
non innueniam, constabit id
quoque paulo infra. *Pint.**

n. Euenor) Ita eruimus e
vestigiis codicum R. Colb.
etc. in quibus Euenenor le-

gitur. In editis, e vino per-
peram. De Euenore et
Iolla in auctorum Iudice.
H.

o. Narium quoque carcinodes) Cancerosum vlcus, aut
polypum. *Dal.*

Narium) Exstat ea vox
apud Cels. VI. de polypo.
Καρκινώδης ὄγυνος hec loco
intelligitur a Plinio, tumor
cancro similis, qui absque
exefione est. In MSS. R.
et Colb. *narium cardines*. *H.*

p. Carcinodes consumit)
Carnes non carcinodes in *V.*
C. habetur. *Pint.*

q. Auribus) Cum rosaceo
tritum, inquit *Diosc.* III.
65. et instillatum fractis au-
ribus medetur. Καὶ ἔχεται
δὲ τῶν ὥτων λειον σὺν ἁ-
δίνῳ ἐνταξόμενον iāται. *H.*

pituitas *r.* purgat tostum: cum melle sumptum, melius. Cum acetabulo anisi nuces amaras *t.* purgatas tere in melle ad tussim. Facillime *s.* vero anisi drachmae tres, papaueris duae miscentur melle ad fabae magnitudinem, et *t.* ternis diebus sumuntur. Praecipuum *v.* autem est ad *x.* ructus: ideo *y.* inflationibus stomachi, ¹ et intestinorum terminibus, et *z.* coeliacis medetur. Singultus et olfactum decoctum, potumque inhibet. Foliis *a.* decoctis digerit cruditates. Succus decocti cum apio, olfactus ² sternumenta *b.* inhibet. Potum

Q q 4 somnum

t. et, in V. d. *z.* sternumenta Gr. et Al.

r. Pituitas purgat tostum) Crassos et pituitosos succos pulmonibus infarctos, et thoraci. *Dal.*

s. Facillime) Iucundissimo et utilissimo remedio. *Dal.*

t. Et ternis diebus sumuntur) Et ictena diebus sumuntur, in vetusto codice: quam ictionem confirmant verba mox paulo sequentia: Aliqui addunt et opium pilulis in die ictenis lupini magnitudine. *Pint.*

v. Praecipuum) Ad ructum modice ciendum. Vide quae de anetho dicenda sunt l. 74 statim initio. *H.*

x. Ad ructus) Quae sequuntur omnia ex variis auctoriibus Plinius coaceruat, iisdem facultatibus saepius etiam repetitis. Horum nihil apud *Diosc.* *Dal.*

y. Ideo) *Diosc.* l. c. et Ga-

len. de fac. simpl. med. c. 48. p. 157. *H.*

z. Et) Aluum enim sistere scribit, *Diosc.* l. c. *H.*

a. Foliis) Ita fere Galen. et *Diosc.* ll. cc. quum aniso vim pariter digerendi attribuunt, δύναμιν διαφορητικήν. *H.*

b. Cum apio olfactus sternumenta inhibet) Quamquam omnis huius coepti fiducia secundum τὸν δωτὴρέα ἐξων nobis sit archetypa Vossiana: non spreuiimus tamen adhibere, quas potuimus, et secundi loci membranas, velut Vossianas binas (distinguendi ergo ab dominis, antehac alter in fine, alter in principio habuisse sese testantur, Andegauenses et Menapias appellabimus) quartas academiae, quintas eruditissimi Mar-

somnumⁱ concitat: calculos pellit: vomitiones cohibet, et praecordiorum *c.* tumores. Et pectorum vitiis, neruis *d.* quoque, quibus succinatum est corpus

z. conciliat. V.

Marquardi Gudii nostri: non illas quidem aetatis eiusdem et fidei, interim viles; quippe quae neque repente a vetustissima scriptura omni, sed pedetentim et per gradus cumque aliquo pudore abscessum, et si non plano testimonio, vestigiis quibusdam, veritatem aut eius reuocandae propiores vias, demonstrarent. Hic igitur et Voss. Academicus, *sternumenta*. Neque hic modo, sed etiam Lib. XXI. 13. *odor alienus sternumenta protinus mouens* et cap 22. *mouet et aridum sternumenta*. Lib. XXIII. 1. *singultus cohabet, sternumenta olfactu*. Lib. XXIV. 7. *destillationibus et sternumentis e pituita*. Sic enim Vossianus. E Chiflet. notarunt *sternutamentis e pituita*. Acad. noster: *sternumenta pituitas*. Plato in Timaeo: Φλέγμα ὅξει καὶ ἀλμυρὸν πηγὴ πάντων νοσηκατῶν, οὐσα γίγνεται οὐταφέσια. L. XXV. 5. Farina eorum per se et mixta radiculae, qua lanas diximus lauari, *sternumentum* facit. ibidem, quod ceterime mouet *sternumenta*:

et, singultus infinitos aut sternumenta. Hic adponunt et e Chifletiano. cap. II. *Fit et ex callitriche sternumentum* cap. 13. *Eadem* *sicca concisa est*. Hic quoque e Chiff. annotant L. XXVII. 13. *sternumenta quoque gustus mouet* Lib. XXVIII. 6. *sternumenta pinna grauedinem emendant*. Lib. XXXII. 3. *sternumenta olfactu mouent*. Sic omnibus his locis Vossianus: nonnumquam et alii. Idem in suis obseruasse Cl. Salmasium appetet ex illis, quae scribit ad Solinum pag. 29. *Gron.*

Sternumenta) Ita MSS. fere ubique: infrequentius, *sternutamenta*. Aetius quoque VI. 99. p. 249. animum cohibere sternutationem scribit. *H.*

c. Praecordiorum tumores) Potissimum e flatu natos. *Dal.*

d. Neruis quoque) Membranis flatu crasso distentis, vel acri lacinatis, quae viscera et corporis musculos ambiunt. *Dal.*

Neruis) Hoc verborum ambitu septum transuersum signat, quod alii praecordia, *hoc*

corpus, vtilissimum. ¹ Prodest e. et capitis doloribus instillari succum cum oleo decocti. Non aliud vtilius ventri et intestinis putant: ideo dysentericis et ² in tenesmo datur tostum. Aliqui addunt et opium, pilulis ³ in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches et ad lumborum dolores succo vsus est. Semen f. hydropicis et coeliacis dedit tritum cum menta: Euenor g. ra-

Q q 5 dicem

i. Sic ex MSS. em. H. prodest eius et Gr. et Al.

2. in tenesmos. Ch. 3. inde. V.

hoc est, περιάρδια plures dix Phœnix appellant. Id enim membranis constat, quibus cor et pulmo a iocinere et liene dispescuntur. H.

e. Prodest eius et capitis) Tò eius non est in optimo: et sine iniuria sententiae tollatur. Gron.

f. Semen) Potum semen, inquit Dioscor. III. 65. hydropicis sitim sedat H.

g. E vino radicem et adrenes) Et venor in codice antiquo, non e vino legendum puto, vt dixi, Euenor. quo nomine pictor etiam celeberruit Plin. L. XXXV. Pint.

Tritum cum mēnta e vino, radicem ad renes) Sigism. Gelenius est auctor τε e vi- no: nam vett. edd. curi men- ta verum et radicem ad renes. Ms. bibliothecae publicae, Gudianus, Menapius: cum mentae verum radicem et ad renes. Vossianus Andeg.

cum mente venor radicem et ad: sed potior, cum mentae venor radicem et ad renes. Nimirum scribendum est: Semen hydropicis et coeliacis dedit tritum cum menta Eue- nor, radicem et adrenes. Ha- bens nomen idem et L. XXI.

31. laudatum vero a Diocle et Euenore, a Timaristo etiam carmine. Et reposcit id Plinius paullo superius hoc ipso XVI. capite: Epiphoris oculorum e vino radicem eius rufam imponit Iollas; ipsum cum croco. Hic quoque Helenius addidit e vino, quo carebant priores éditiones. Margo monet in Ms. fuisse, euenor radicem. Vos- siani tres et Academicus, oculorum euenenor radicem. Gudianus, euentor radicem. Et manus quidem secunda in meliore tentauit, et ve- nena; sed vera lectio est: Epiphoris oculorum Euenor radicem eius rufam imponit; Iollas

dicemⁱ ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum apio : item vuluarum dolori: deditque bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis h. quoque² illiniuit recens cum polenta. Sic et infantibus comitiale vi- tium, aut contractions i. sentientibus. Pythagoras quidem negat corripi vitio comitiali in manu habentes: Ideoque quamplurimum domi seren- dum. Parere quoque facilius olfactantes. Et sta- tim

1. et ad renes. *Dal.* e vino rad. Gr. et Al. 2. Sic
ex MSS. em. H. illeuit recens. M. illinunt vel recens
Gr. et Al.

Iollas ipsum cum croco, pari modo, et vino, etc. Haec scripsoram confisus Dalecampiana, et ratus, quidquid esset in superioribus boni, id eum, vt decebat, adoptasse. Dein didici Jacobum Cadomensem nimio minus quam diligenter vsum obseruationibus magni Pintiani: in quibus complura inueniebam praeflorata, quae nunc primum me proditum speraueram. Iamque aduersus ea omnia spongiam parabam: neque enim solemus actum agere: dein praestare visum relinqu, vt erant, nostra; ita tamen, vt quae ille praeceperat, auctori suo redderentur, adiuta codicis huius auctori- tate, quando illius, quae dederat, ratio habita non erat. Accedit, quum fere

verbo tantum iaciat, sic legendum, aut melius esse, vt non sit obuium, nedum cuius, quid viderit, quid sequutus sit, quamobrem aliud atque aliud preeferat, diuinare, atque explicatius eadem tradi haudquaquam sit sperandum. Ex vni- nibus igitur illis, quos Pintianus ante seculum, et quod excurrit, quasi auibus certis obiecit, est utroque loco medici nomen. *Gron.*

Euenor) Ita rursum MSS. omnes: non vt libri editi, e vino. H.

b. *Phreneticis quoque illi- nunt*) Illiniuit in codice antiquo, non illinunt, vt re- feras ad eumdem Dalionem. *Dal.*

i. *Contractions*) Neruo- rum σπασμος. *Dal.*

Aut

tim a partu dandum potui polenta aspersa. Sosimenes contra omnes duritias ex aceto usus est eo, et contra lassitudines, in oleo decoquens additum nitro. Semine eius poto, lassitudinis auxilium viatoribus spospondit. Heraclides ad inflationes stomachi semen tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mullo dedit. Similiter ad ventris aut intestinorum inflationes. Et orthopnoicis, quod ternis digitis ¹ prehenderit feminis, tantumdem hyoscyami cum lacte asinino. Multi ^{k.} vomituris ² acetabula eius, et folia lauri decem trita in aqua, bibenda inter coenam suadent. ³ Strangulatus ^{l.} vuluae, si manducetur et linatur calidum, vel si bibatur cum castoreo ⁴ in aceto et melle, sedat. Vertigines a partu cum semine cucumeris et lini pari mensura ternum digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Tlepolemus ^{m.} ad quartanas ter-

nis

^{i.} prenderit. *Cb.* ^{2.} *acetabulum.* *V.* ^{3.} *Sic et Cb. Strangulationes Gr. et Al.* ^{4.} *in. in M. d.*

Aut.) Ad verbum haec H.

k. Multi vomituris) Ut robustior sit ad vomitionem perficiendam ventriculus. *Dal.*

l. Strangulationes vuluae, si manducetur) Scribe, *Strangulatus ex vetusto codice, non Strangulationes, solita Plinii consuetudine, quae alii nomina aliis usurpant inflectionibus, quarta semper usurandi. Pint.*

Strangulus) Ita MSS. non *strangulationes.* Vteri-

na suffocatio, quae Dioscoridi $\dot{\nu}\zeta\epsilon\varrho\mu\eta\pi\nu\xi$, Plinio saepenumero vuluae conuersio, et vulua conuulsa dicitur: Est vteri ad superna decursus, quo fit ut strangulari et suffocari feminae videantur. H.

m. Tlepolemus) Vide N. et Em. N. XXVII. (hic adi.) *Tlepolemus)* Hoc medicamentum dum Q. Serenus a Tlepolemo, Plinioue, transcriberet, pro aniso, anethum reposuit. Sic enim ille, c. de quartana medi-

nis digitis feminis anisi et feniculi usus est in aceto et mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos, cum amaris nucibus illitum. Sunt n. qui et aspidum venenis aduersari naturam eius putent. Vrinam o. ciet. Situm cohibet. Venerem p. stimulat. Cum vino sudorem leniter praestat. Vester quoque a tineis defendit. Efficacius q. semper recens, et quo nigrius. Stomacho tamen inutile est, praeterquam r. inflato.

LXXIV. (XVIII.) Anethum s. quoque ructus mouet, et tormina sedat. Aluum sifit. Epiphonis

medicanda: Sume tribus digitis appreusum semen anethi, Tantumdem marathri, mulsum nec desit aceti: In cuius cyatho praedicta salubriter hauris. Nisi forte amanuensium id incuria factum est, qui pro anesi, ut vetustiores libri omnes manu exarati habent, anethi de suo inferuerint. H.

n. Sunt) Virulentorum animalium venenis aduersari ait Diosc. III. 65. H.

o. Vrinam) Dioscor. I. c. H.

p. Venerem) Diosc. I. c. H.

q. Efficacius) Commendat in primis Dioscor. I. c. quod recens, quod odore vehementi, quod plenum, ac minime farfurosum. H.

r. Praeterquam) Nam prodest ad inflationes, πρὸς ἐμπνευματώσεις Diosc. I. c. Et Plinius ipse supra. H.

s. Anethum quoque ructus mouet) Rhodiginus cap. 16. Lib. XXVII. notat ἀνηθίνω Graecis florem quemuis dici απὸ τῆς ἀνθεινέσθος. Anethi comae et feminis decoctum inflationes discutunt Diose. Dal.

Anethum) Nempe, ut animus, de quo dictum est paulo ante. Plin. Val. id paulo vberius IV. 27. de anetho: Stomachi querelas, inquit, coctum in aquae cyathis tribus potum, miro modo reluat: indicio est ructus, per quem intelligere datur aperta omnia quae clausa torquebant, digestiones adiuuat: ventrem videtur inhibere. Diosc. III. 67. Ἀνηθε ξηρὰς τῆς κόμης καὶ τὰς ηχερπάς τὸ ἀφέψημα πινόμενον . . . σροφεῖς τε καὶ ἐμπνευματώσεις πάνει. Aquam anethinam cum melle commendat ad sedanda tormina Marc. Emp. c. 27.

ris t. radices illinuntur ex aqua vel vino. Singultus v. cohabet semen feruens, olfactum. Sumptum ex aqua, sedat x. cruditates. Cinis y. eius vuam z. in faucibus leuat: oculos a. et genituram hebetat: xo. i. iugosflio. sy.

LXXV. 1 Sacopenium b., quod apud nos ignitur, in totum transmarino c. alienatur. Illud d. enim Hammoniaci lacrymae simile, sagapenon vo-
g. catur.
immo. Sacopenio, quod, etc. transmarinum. Dal.

p. 176. et cap. 28. p. 201.
Nostris, Aneth, Pingitur a
Dedonaeo, p. 296. H.

t. Epiphoris) Plinius
Valerius I. 14. Ad
epiphoras oculorum et iu-
mores. anethi radix ex
vino trita illinitur. Et IV.
27. de anetho: Tritae radices
et impositae feruoribus me-
dendent oculorum. H.

v. Singultus) Diosc. III.
67. H.

x. Sedat) Plin. Val. IV.
17. Q. Serenus cap. 19. p.
137. At male digestis si cra-
pula saeuiet escis, Aut cubi-
tum pergens succum cape tri-
stis anethi, etc. H.

y. Cinis) Plin. Val. IV.
27. de anetho Cinis eius su-
spendit vuam faucibus ingra-
uescentem. Q. Serenus,
c. 16. p. 135. Si vero affli-
ctam languor deiecerit vuam
Tunc horas aliquot pronus re-
cubare memento: Aut illam
puluis iosti releuabit anethi,

Aut cinis ex cochlea, vel tor-
rida brassica flammis. H.
z. Vuam in faucibus leuat)
Condylomata, Dioscoridi;
Plinius legisse videtur novi-
tas. Dal.

a. Oculos) Diosc. totidem
verbis III. 57. Αμβλύνει
τε τὰς ὄψεις, καὶ γονὴ
σβένινοι συνεχῶς πινού-
νον. Leontius in Geop. XII.
34. pag. 355. Τὸ διηθόν
ἐσθίομενον ἀμβλύνει τὴν
ὄψιν. H.

b. Sacopenium) Sagape-
num nostras, quod Sacope-
nium Plinius vocat, ut no-
mine a transmarino diuidat-
ur, succus est ferulae no-
stratis, qui caule ad radi-
cem vulnerato fuit, Diosc.
vide supra cap. 8. Lib. XIX.
Dal.

c. Transmarino) Longe
discrepat a transmarino. H.

d. Illud) Transmarinum
videlicet, de quo Diosc.
III. 95. Σαγαπηνὸν ὅπος εἴσι
τόας

catur. Prodest *e.* laterum et pectoris doloribus, conuulsis, tussibus vetustis, exscretionibusque *f.* praecordiorum tumoribus. Sanat *g.* et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. *h.* Datur *i.* et olfactandum ex acetoli strangulatu vuluae. Ceteris et potui datur, et cum oleo infricatur. Prodest et contra mala medicamenta.

LXXVI. 2 Papaveris *k.* satiui 3 tria diximus genera: et sponte nascentis alia 4 promisimus. E satiuis *l.* calyx ipse teritur, et e vino bibitur somni causa.

1. Exscretionibus, praecordiorumque tumoribus. *V.*
2. Sic ex MSS. em. Hard: Papau. sat. dix. gen. —
Jed satiui albi calix, Gr. et Al. 3. ita dix. Ch.
4. proxime. *M.*

πόας ναρθηκοειδῆς, γεννωμένης ἐν Μηδείᾳ. Sagapenum ferulaceae herbae liquor est, quae quidem in Media nascitur. Id et frutici et liquori, qui manat ex fructe, nomine esse, Galenus ait, de fac. simpl. med. VIII. p. 226. In officinis Sagapenum et Serapinum appellatur, quoniam odore pinum refert. Describitur a Charasio in Pharmac. p. 298. H.

e. Prodest) Haec totidem verbis Diosc. III. 95. H.

f. Exscretionibusque) Quoniam crassos humores pulmoni molestos expurgat, inquit Diosc. I. c. H.

g. Sanat) Dioscorid. I. c. H.

b. Perfrictiones) Διδόται πατεψυγμένοις, inquit Dioscor. Datur perfrigeratis, frigidis, quorum vel pars aliqua corporis, vel totum pariter perfrigescit. H.

i. Datur) Dioscorid. I. c. H.

k. Papaveris) L. XIX. 53. H.

l. Sed satiui albi calyx ipse teritur). Scribendum, E satiuis albi calyx, etc. ex vet. cod. Pint.

Sed satiui albi calyx ipse teritur et e vino) Rursum Tale vino, interposuit Genenius. Vossiani duo teritur et vino bibitur. Idque sufficere censeo. Sed praestantior etiam, et satiuis, ut et satiui ita diximus, quod

causa. Semen elephantiasi medetur. E m. nigro papauere ¹ sopor n. gignitur ² scapo inciso, vt Diagoras suadet, quum o. turgescit: vt Iollas, quum deflorescit p., ³ hora q. sereni diei, hoc est, quum ros

i. Sic et Cb. opium. V. opus. Alii. sapor Gr. et Al.

2. capite. Dal. 3. Sic ex MSS. em. Hard. hora diei sereni Gr. et Al.

quod e Chiftetiano quoque notatum. Emenda: *Papaveris satiui tria diximus genera, et sponte nascentis alia promisimus.* E satiuis albi calyx ipse teritur et vino bibitur somni causa. Locus quem respicit est Lib. XIX. 8. *Papaveris satiui tria genera: candidum, cuius semen, etc.* Et mox: *De reliquis generibus papaveris sponte nascentis dicemus in Medicinae loco.* Similiter peccatum Lib. XXI. 6. Partem horum, nempe utrobique legendum, E satiuis, odoratus est et Pintianus. Gron.

E satiuis) Haec pariter Diosc. IV. 65. H.

m. E nigro papauere sapor gignitur) Lege, sapor, non sapor, ex eodem, vt paulo ante: bibitur somni causa, et paulo post: non vt soporifera modo. Quorum verborum ordinem inuertendum censeo, legendumque non soporifera modo vi. Idem E nigro papauere) E nigro potius, quam albo papauere,

opium fieri nusquam Dioscorides scribit. Valentius e nigro colligi verisimile est, imbecillus ex albo. Dal.

n. Sapor gignitur) Saporis vocabulo τὸν χυλὸν Graecorum Plinius voluit exprimere, dupli error: altero quod liquor is ὄπος sit, id est, manans sponte lacryma, non autem χυλὸς, id est, succus herba trita expressus: quod ad id papaveris albi, non nigri, scapus inciditur. Dal.

Sapor) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. etc. tum hoc loco, tum in huius libri indice: non sapor. Soporem poetice usurpauit, quem opium vocant, vt mox dicetur. H.

o. Turgescit) Grandescit, et ad florem properat. Dal.

Quum) Quum germinat, et florere incipit. H.

p. Cum deflorescit, hora diei sereni) Pintianus e veteri exemplari: hora sereni diei, quod etsi leue est, non fastidiendum tamen, quia

ros ^{r.} in eo exaruerit. Incidi iubent sub ^{s.} capite ¹ et calyce. Nec in alio genere ipsum inciditur caput. Succus et ² hic, et herbae cuiuscumque lana excipitur: aut si exiguis est, vngue pollicis,

1. aut. D.

2. huius. Dal.

et sic duo Vossiani. Sed alter horum etiam utilior. Quae namque illa *bora sereni diei?* circa meridiem, inquit Dalecampius. Immō multo citius. Sic enim membranae egregiae: *bora sereni diei tertia, hoc est, cum ros exaruerit.* Nimirum cum fere πληθσσα est αγορά, et ut canit Martialis, *Exercet raucois tertja caufidicos.* Sextam autem meridiem intelligimus. Columella XI. 2. pruinis et gelicidiis nocturnis adhuc rigentes materiae ferrum reformidant. itaque dum haec regelare sinnuntur usque in horam secundam vel tertiam, poterunt vepres attenuari. Et ibidem: quascumque vineas culturi sumus ne per aestum, sed mane usque in tertiam, et a decima usque in crepusculum fodamus. Sextam horam, meridiem intelligi oportet. H.

r. Cum ros in eo exaruerit)
Circa meridiem. *Dal.*

s. Sub capite et calyce) Sub capite, ante florem: et calyce, post florem. *Dal.*

Sub cap.) Dioscorid. I. c.
Οπίζοντας δὲ δεῖ μετὰ τὸ τὰς δρόσες ἀνιψιασθῆναι, περιγεφειν μαχαιρίω τὸν ἀσερίσιον, ως μὴ εἰς τὰ ἐντός διατρῆσαι· καὶ ἐκ πλαγίων δὲ τῆς ιωδίας ἐπ' εὐθείας ἐπέμνειν ἔξεπιπολῆς, etc. *At opii faciendi ratio* haec est: *Quum ros exaruerit, stellulam quae in summō papaueris capite visitur, cunctello ita scarificare oportet,* ut ne penitus intro adigatur: *et a capitis lateribus per direc-*

q. Hora) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic coll.) *Hora* Sie libri omnes, etiam conditiui, quos vidimus: R. Colb. Th. etc. Rectius forsan, ut in suis membranis vidisse Gronouius contestatur, *hora sereni diei tertia:*

cis, ¹ vt *t.* lactucis, et postera die magis quod inaruit. Papaueris *v.* vero ² largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi *x.* soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per *y.* ³ somnos: opion *z.* vocant. Sic scimus *a.* interemptum ⁴ P. Licinii Caecinae Praetorii

*1. aut conchyiae. Diosc. 2. largior. V. 3. somnum
Gr. et Al. 4. Sic et Ch. Licin. Gr. et Al.*

etum summam cutem incidere, et erumpentem lacrymam digito excipere, etc. H.

t. Ut lactucis) Constantinus legit, aut conchis, in dictione ὄπος. Ego nihil muto. Glaucio enim et silvestribus lactucis succum detrahi solitum Dioscorides prodit, quo verum opium adulteratur. Dal.

tc) Perinde, inquit, vt in lactucis fieri mos est, quum ex iis incisis succus lacteus excipiatur. Sic Diosc. IV. 65. δακτύλῳ digito hunc succum excipi iubet, et in conchulam deinde abstergi. Hunc idem adiicit succo silvestris lactucae saepe adulterari. H.

v. Papaueris) Haec pariter Diosc. l. c. H.

x. Vi soporifera modo) Virgilius IV. Aeneidos: Hesperidum templi custos, epulasque draconi quae dabat, et faeros seruabat in arbore ramos, spargens lumida mella soporiferumque papauer. Idem

Vol. VI.

*VI. quum ait, melle soporatum et medicatis frugibus offam, medicatas fruges papauere conditas intellectisse videtur. Victorius capite 3. IV. Dal.
y. Mortifera per somnum opion vocant) Voss. duo et Gud. per somnum sopion vocant: vt et Acad. nisi quod sopio. Scribendum ex optimo: mortifera per somnos opium vocant. Gron.*

Per) Ita recte R. 2. alii que: non per somnum. H.

z. Opion) Ὀπίον, succus lacteus, qui papaueris seapo inciso manat. Ὁπός succumi lacteum sonat, qui non sponte, vt lacryma, id est, τὸ δάγεον emanat, sed castratione, scarificatione, terebratione, vel alio quoquis vulnere effluit. H.

a. Sic scimus interemptum Licinii Cecinnae Praetorii vi- ri patrem in Hispania Bauili cum valetudo impabilis odium vitae fecisset) Romana et Par- mensis, et quaedam alia re- centiora exemplaria sic le- gunt:

R. r.

torii viri patrem in Hispania¹ Bauili, quum vale-tudo

1. Bilbili. Dal.

gunt: *In Hispania baiulicum, etc.* Legendum fortasse in totum hoc pacto: *Sic scimus interemptum post, Licinii Cecinnae pratorii viri patrem in Hispania Bubilium, cum ei valerudo impetibilis odium vitae fecisset.* Nam codex antiquus post Licini legit: et impetibilis legit, non impatibilis, ab impetu videlicet, non a patior. De Babilio vero, aut hoc, aut alio eiusdem nominis, Plinius VII. c. de moribus repentinis: *Bebius iudex dum Babilium differri iuber. Pintianus. Sic scimus interemptum, etc.*) Leget: *Sic scimus interemprum Licinii Caecinae praetorii viri patrem in Hispania Bilbili, cum valerudo impetibilis odium vitae fecisset.* Perperam vulgo impatibilis, violentani, acerbam, difficilem valetudinem significat. Et cap. 20. eiusdem libri: *Praetorii viri pater est Hispaniae princeps, quem scio propter imperibiles tuae morbos filo suspensam e collo gerere.* Sic in aliis locis ubicumque impatibile hoc sensu reperiatur apud Plinium, reponendum erit, imperibile: Vide Salmas. p. 876. a.

In Hispania Bauili) Vel Baiuli potius: ut nomen

id magistratus fuerit, quem nos Baillif vocamus. Vide N. et Em. N. XXIX. (hic pos.) P. Licinii) In MSS. R. 1. 2. etc. Postcili. Forte pro Postumii Licinii. Sed quod ad vocem Bauili attinet, quam libri omnes pertinaciter retinent, ea si mutari debet, non in Bilbili, quod nomen oppidi quidem in Hispania est, sed quod a veteris scripturae vestigiis recedit sane longius quamquam ea fuit. Dalecampii coniectura, quam Salmasius auide arripuit, in Solin. p. 876. Sed in Baiuli potius, quod multo affinius est, quum totidem plane vox ea constet apicibus, conueri crediderim oportere. Fuisse enim iam tum videatur in Hispania, ut modo in Gallia, id praetoris nomen: Nam quos Balliuos dicimus, a voce Baiulos dictos omnino constat, ut egregie obseruauit V. C. D. Du Cange in Gloss. p. 436. apud quem et Baiuli vocem pro Balliuo usurpari saepe, et pro Mercatorum Praetore, et pro aliis magistratibus, videre licet. Stabilit egregie coniecturam nostram, quod is ipse qui nunc in Hispania Baiulus appellatur, idem

tudo b. impatibilis odium vitae fecisset: item ple-
R r 2 rosque

idem paulo mox s. 81. His-
paniae princeps vocatur.
H.

b. *Cum valetudo impatibi-
lis odium vitae)* Omnes im-
petibilis. Neque hic modo,
sed etiam cap. 20. propter
imperibiles vuae morbos. Et
Lib. XXV. 5. ne nubilo die
*detur, imperibiles quippe cru-
ciatus existunt.* Notauit et
in suis Ferdinandus Nonius
Pintianus, ab *impe-
tu* videlicet, (inquit) non
a patior. A quo haud scio
an acceperit, sed tamen
quum Apuleius in Apolo-
gia dixisset, *sceleri aduersus
parentem nefando, immanni,
imperibili:* miram hac notio-
ne vocem eam pronuntia-
uit Is. Casaubonus, quam
legerent plures intelligentibus:
proprie enim *impe-
tibile* esse id, quod petitioni
obnoxium est, quod facile
potest impeti: sic Solinum
de chamaeleonte: *Impetibi-
lis est coraci, a quo cum in-
terfectus est, victorem suum
permittit.* nec, nisi fallat
niemoria, esse antiquiorem
Solino, qui eam vocem usur-
parit. Postea cepisse acci-
pi de re turpi et reprehensi-
oni obnoxia, ut apud Apu-
leium et Symmachum L. IX.
epist. 103. in alia omnia ire
Glossarium: *Impetibile, ἀγε-*

πιχείητον, ἀνεπιτήδευτον.
quasi praepositio haberet
vim negandi, neque absurd-
e, sed non ita se usurpatum
legisse. Sic ille: nec por-
tuit vir tantus labi, quin
multis lubricum relinqueret.
Neque ego Fr. Iure-
tum moror, qui quod Glos-
sae, *Impetibile, improbum,*
*seuum, reddit scae-
uum:* non Scip. Gentilem,
cui *impetibile* ab *impetendo*,
quasi petitioni et reprehensi-
oni obnoxium: non Gev.
Elmenhorstium, cui *impe-
tibilis impurus*: non Ioh. Pri-
caenum, qui, ut aliquid noui
addat, pro *impetuoso dictum*
censet, translatione, ut ait,
nimis obvia, quae sceleri-
bus violentiam tribuat. Ipse
Salmasius pag. 876. Solinia-
num, *imperibilis est coraci,*
in eodem ludo edoctus ex-
pli-
citat, a corace impeti so-
let, obnoxius est *impetitio-
ni corui.* Tum, Alias *im-
petibile*, inquit, Latini usur-
pant etiam agentis significa-
tionem, pro eo, quod impe-
tere solet, non quod impé-
titur. huc Plinii duo refert
et Apuleii loca. Deinde,
Sane recentiores Latini pro-
re mala et inhonestata facta
et nefanda eam vocem pos-
suerunt: id probat ex Sym-
macho. Tantum, quidquid
malum

rosque alios. Qua de causa magna concertatio exstitit. ¹ Diagoras c. et Erasistratus in totum damnauere, vt mortiferum, infundi vetantes: praeterea, quoniam visui noceret. Addidit d. Andreas, ideo

i. Diagoras; vt scribit Erasistratus, usum eius in totum damnauit oculorum lippitudini, et aurium vitiis infundi vetans, quoniam visui, etc. Ex Dioscor

malum esset et odiosum et intolerabile (Βαλλ. ἔτως) sic vocarunt: nam *imperibile*, quod impetrat, vel cum impetu venit; non tantum quod impetratur. Qui labor? quantus aestus? et tamen aliud agebat, haec scriberet, vt et caeteri. *Imperibile*, o principes studiorum, nihil est aliud quam *imperibile*, et pro hoc illud receptum est, vt *compesto* et *depectus* a *pacto*, *imperco* et *compercunt* a *porco*, *confessus* a *fassus*, *conspergo*, a *spargo*, *dispeffis* manibus a *passis*, *defterisco* a *fatisco*. Vna autem eius significatio antiquissimis, mediis, recentissimis, non ferendum nimium, intolerandum, siue ob dolorem, siue ob inimicitiam aut dissidentiam, siue ob turpitudinem, crudelitatem, et similia. Iam autem M. Tullius de finibus Lib. II. 17. dolorem, quem vos, quum improbis poenam proponitis, imperibilem facizis; cum sapientem semper orboni plus habere vultis, me-

abilem. Sic est apud me in bona fide membranis, et si vulgo *imperibilem*. Sed nihil inter haec duo interest, nisi quod aurium fastidia vastiorem in ea voce primam literam, leniorem quintam putauerunt. Pintianus autem hoc etiam loco: *cum ei valerudo*. Nostri hac parte nihil mutant. Sed omnis locus ita concipiendus: Sic scimus interemptum P. Licinii Caecinae praetorii viri patrem in Hispania Bilbili, cui valerudo imperibilis odium vitae fecisset. Gron.

Valetudo) In MSS. omnibus *imperibilis*, quod idem valet: hoc est, non ferenda, nimia, intoleranda. H.

c. Diagoras) Ex Diagora quoque et Erasistrato, opii usum damnat Diosc. IV. 65. tum in aurium doloribus, tum in lippitudine oculorum: quoniam et visus aciem hebetet, et somnum inducat. H.

d. Addidit) Diosc. l. c. Αὐδέας δέ Φησιν, ὅτι εἰ μή

ideo non protinus excoecari eo, quoniam adulteraretur Alexandriae. Sed e. postea usus eius non improbatus est medicamento nobili, quod f. diacodion vocant. Semine g. quoque eius h. trito in pastillos, e lacte utuntur ad i. somnum: item k. ad capitis dolores cum rosaceo: cum l. hoc et aurum dolori instillatur. Podagrī m. illinitur cum lacte mulierum. Sic et foliis ipsis utuntur. Item n. ad sacros ignes et vulnera ex aceto. Ego o. tamen

R r 3

damna-

i. pastillo electo utuntur ad somnum. Ch.

*μὴ ἐδολεῖτο, ἔτυφλεῖτο ἀνοι ἐγχειόμενοι ὑπ' αὐτῷ.
Addidit Andreas, protinus excoecatum iri, quo illinirentur, nisi adulteraretur. H.*

e. *Sed postea) Mnesidemus usum dumtaxat olfactandi probauit conciliando somno, Dioscor. Dal.*

f. *Quod) Διὰ ποδειῶν, vt dicetur s. 79. H.*

g. *Semine) Dioscorid. I. c. H.*

b. *Eius trito) Nigri Diosc.*

Dal.

i. *Ad somnum) Illito ex aqua fronti et temporibus. Dal.*

k. *Ad capitis) Hoc de opio Dioscorides. Dal.*

Item) *Dioscorides I. c. H.*

L *Cum hoc) Cum amygdalino, croco, myrrha. Diosc. Dal.*

Cum hoc) Hoc est, cum rosaceo, quod et rosam ve-

teres appellauere, vt ceram pro cerato dixerunt. Marc. c. 9. p. 87. *Virentis papaveris succus cum rosa, vel amygdalino . . . infusus dolentibus auribus prodest.* Adhibet Diosc. I. c. amygdalinum, myrrham et crocum. H.

m. *Podagrī) Diosc. I. c. H.*

n. *Item) Diosc. I. c. Καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα δὲ καὶ τραύματα σὺν ὅξει. H.*

o. *Ego) Ita Galenus οὐτὰ τοπὺς III. I. p. 369. collyria ex opio multis fuisse detrimento ait, vt etiam ἀμβλυωπίαν καὶ βαρηκτίαν visus hebetudinem et aurum grauitatem induxerint. Sunt autem collyria et medicamenta oculorum, et glandulae quae ano, et pesti qui vuluae subduntur, et quae induntur naribus. H.*

damnauerim collyriis addi: multoque p. ¹ magis quas vocant lexipyretos, quasque pepticas et coeliacas. ² Nigrum tamen coeliacis in vino datur. Satium ³ omne maius: rotunda q. ⁴ ei capita: At r. filuestri ⁵ longa s. ac pusilla, et ad omnes effe-
ctus

- s. magis confectionibus quas. V.* *2. Nigri semen. Dioscorides.* *3. Sic ex MSS. em. Hard. Satium omne magis rotundat capita. At filuestri longum et pusillum in valentiora Gr. et Al.* *4. caput. V.*
- 5. longa et pusilla, et ad omni. ef. valentiora. Ch.*

p. Multoque) Rectius in veteri exemplari lexipyretus, ex instituto Graecae linguae, quod sit adiectuum compositum. Expende porto an sit commodior lectio alexipyretus, hoc est febris expultrices. Pinz.

Quas vocant lexipyretas) Voss. lexepyretius. Voluit, quod vidit Pintianus, lexipyretus, Graeca terminatio. Nimirum ληξιπυρέτας. Male autem prouectus ulterius Pintianus facit. ἀλεξιπυρέτας: nam απὸ τὸ ληγεῖν dicitur. Marcel. de medicam. cap. 16. Prodest et iis, qui sine horrore circuitu febrium vexantur: quamobrem lexipyretos haec compositione dicitur. Gron.

Multoque) Subintellige, damnauerim, addi iis, quas, etc. H.

q. Rotundat capita) Satiuo caput oblongum Diosc. D.al.

Lexipyretos) Ληξιπυρέτας Medicinae sunt, quae febres fugant: ἀπὸ τὸ ληγεῖν. Marc. Emp. c. 16. p. 114. Prodest et bis qui sine horrore circuitu febrium vexantur: quamobrem lexipyretos haec compositione dicitur. Alex. Iatros. III. 66. Lyxoperita epithimata febrentibus: lege Lexipyreta epithemata. Interpres eo loci in margine, feruores apta lenire reddit. Πεπτικοὶ sunt quae abscessuum collectiones maturant, et quae stomachi concoctionem adiuuant. Κοιλιακοὶ quae coeliacis medentur. Succum papaueris nigri, concoctionem eam iuuare, et coeliacorum affectibus auxiliari, scribit Diosc. IV. 65. H.

*r. At) Diosc. l. c. H.
s. Longum ac pusillum et ad omnes effectus valentius) Proferunt e Chist. longa et pusilla et ad omnes effectus valen-*

Etus valentiora. Decoquitur *t.* et bibitur contra vigilias, eademque aqua ¹ fouent ora. Optimum in siccis, et ubi raro ² et pluat. Quum *v.* capita ipsa et folia decoquuntur *x.*, succus meconium vocatur, multum opio ignauior. Experimentum opii est primum in ³ odore: sincerum enim perpeti *y.* non est; mox *z.* in lucernis, vt pura luceat flamma, et ⁴ vt extinctum demum oleat: quae in fucato non eueniunt. Accenditur quoque difficilior, et crebro extinguitur. Est *a.* sinceri experimen-

R r 4 tum

1. fouentur. V. 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf.
Ch. pluit Gr. et Al. 3. Sic et Ch. primum odore Gr.
et Al. 4. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. flamma,
aut ex. Gr. et Al.

lentiora. Vossianus amplius: maius rotunda et capita ac siluestri longa et pusilla et ad. Vnde scribas licet: Satiuum omne maius: rotunda ei capita, ut siluestri longa et pusilla, sed ad omnes effectus valentiora. Sic Lib XXI. 6. de croco: Satiuum latius maiusque et nitidius. Gudianus quoque et Menapius, maius. Sed et Pintianus e suo maius et rotunda. Andegau, maius rotunda et capita ac siluestri longa aut pusillus et ad omnes effectus valentiora. Gron.

*t. Decoquitur) Diosc. 1. c.
H.*

*v. Quum) Μηνώνιον, siue
μηνώνειον parari, tuis pa-
paueris capitibus, prelo
expressis, tritis in mortario
digestisque demum in pa-*

stilos, docet Dioscor. l. c.
Sed, priusquam torculari
exprimantur, excoqui folia
et capita iuuat. H.

x. *Decoquuntur*) Tunduntur, prelo exprimuntur, et in mortario trita digeruntur in pastillos, *Dioscor.* *Dal.*

y. Perpeti non est) Quia soporiferum, et caput gra- uans. Dal.

Perpeti) Quoniam vel solo odore soporem inducit: ἐν τῇ ὄσμῃ παρωτικός, inquit Diosc. l. c. H.

*z. Mox) Haec omnia pa-
riter* Dioſc. l. c. H.

a. Experimentum et in
aqua, quia nebula) Voss. quo-
niam ut nūbculā innatat. Lib.
XXVIII, 6. Mala et in qua
(vrina) veluti furfures at-
que nubeculae apparent. Ne-
bcula et Pintianus. Gron.

tum et in aqua, quoniam *b.* in nubila innat: fictum in pustulas coit. Sed maxime mirum, aestiu: Sole deprehendi. Sincerum enim sudat, et se diluit, donec succo recenti simile fiat. *z.* Mnesi: des optime seruari putat hyoscyami semine adie: cto: alii in faba.

LXXVII. (XIX. *c.*) Inter sativa et silvestria medium genus, quoniam *d.* in aruis, sed sponte nasceretur, rhoeam *e.* vocauimus et *z.* erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calyce mandant. Aluum *f.* exinanient capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, et somnum faciunt.

LXXVIII.

i. quia nebula innatet Gr. et Al. *2. Mnesicles Gr.*
et Al. *3. Empraticum. Ch.*

b. Quoniam) Quoniam in nubium morem sparsum diluitur, et in aqua innat: adulteratum contra in grumos coit, instar pustularum. Diosc. I. c. Praestantissimus est ... qui facile aqua diluitur, . . neque asper, neque grumosus: Κράτισος δέ ἐσιν ὅπος . . εὐχερώς διειμένος ὑδατι . . & τρεχὺς, οὐτε θρομβοειδῆς, etc. Ita porro MSS. omnes: aliis magis placet, *quoniam in nubecula:* qua forma dictum est ab eodem Plinio, XXVIII. 19. de vrina: *Mala*, et in qua veluti furfures et nubeculae apparent. H.

c. De erratico, etc.) Theophr. cap. 13. Lib. IX. hist. *Dal.*

d. Quoniam in aruis; Ratio illa est, quod medium genus censeatur, non quod rhoeas vocetur. Vide cap. 8. Lib. XIX. *Dal.*

Quoniam) Theophrast. Hist. IX. 13. Εν ταῖς ἀρέσκεις, μάλιστα ἐν ταῖς περιθαῖς, maxime inter hordea quae cibaria sunt et sativa; sed ipsum tamen inter illa sponte, non satu prouenit: idcirco medii generis censem: tur. H.

e. Rhoeam vocauimus etc.) Rhoeadem. ἡστὰ malum Punicum est, ἡστὰ papauer. *Dal.*

Rhoeam) Lib. XIX. 53. H.

f. Aluum) Paulo aliter Diose. IV. 64. Ait enim ca: pita

LXXXVIII. Siluestrium *g.* vnum genus, cera-
titin *i.* vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice
erassa et corticosa, calyculo *h.* inflexo, vt corni-
cula. Folia minora, et tenuiora quam ceteris sil-
uestribus. Semen *i.* exile, tempestuum *k.* est mes-
fibus: aluum *l.* purgat dimidio acetabulo in mul-
so. Folia *m.* trita cum oleo, argema iumentorum
fanant. Radix *n.* acetabuli mensura cocta in duobus
sextariis ad dimidias, datur ad lumborum vitia et

R r 5

iocine-

i. vocant, siue nigrum. Theophr.

pita papauerum quina vel
sena, in vini cyathis tribus
decocta, dum ad duos re-
deant, somnum porta indu-
cere: semen autem acetabu-
li mensura ex aqua mul-
sa potum, aluum leniter
emollire. Theophr. Hist.
IX. 13. hoc tantum, παθαι-
ης δὲ οὐτω. H.

*g. Siluestrium) Haec toti-
dem verbis Theophr. I. c.
Μήνιωνες δέ εἰσιν ἄγριαι
πλείσται: η μὲν περιττίς πα-
λαισμένη, lego, η δὲ μέλανα.
Papauer, vt remur, cornicu-
latum violaceum est, quod
in horto Regio vidimus, qua-
le depictum est a Clusio
Hist. rar. plant. V. 6. p. 92.
Aliud praeferera cornicula-
tum vidimus luteo, aliud
phoeniceo flore. H.*

*b. Calyculo) Siliqua lon-
ga, in corniculi modum in-
flexa, vnde et nomen acce-*

pit, inquit Diosc. IV. 66.
Καρπὸν δὲ μακρὸν, καμπύ-
λον ὥσπερ πέρας . . . ὅθεν
καὶ ἐπωνόμασαν. H.

*i. Semen) Diosc. IV. 66.
Σπέρμα δὲ μικρὸν, μέλαν,
etc. H.*

*k. Tempestuum) Theophr.
l. c. Συλλέγεται δὲ περὶ πυ-
ροτομίας, per messem legitur.
H.*

*l. Aluum) Theophr. Δύ-
ναται δὲ παθαισιν ποιλίαν.
Τὸ δὲ σπέρμα πλῆθος δέν-
βάφει ποθὲν σὺν μελιφρ-
τῷ, ποιλίαν ἐπιειμῶς παθαι-
σει. H.*

*m. Folia) Theophrast. et
Diosc. ll. cc. Huius verba
sunt: Τὰ δὲ Φύλλα καὶ τὰ
ἄνθη . . . ἐγχεισθέντα, τὰ
ἐπὶ ιτηνῶν ἀργεμά καὶ νε-
φέλια ἀποκαθαίρει. H.*

*n. Radix) Dioscorid. l. c.
H.*

iocineris. Carbunculis o. medentur ex melle folia. Quidam hoc genus glaucion p. vocant, alii pp. paralion. Nascitur q. enim in r. afflatu maris, aut s. nitroso loco.

LXXIX. Alterum t. e silvestribus genus heraclion vocatur, ab aliis¹ aphron, foliis (si procul intuea-

t. aphrodes. Diosc.

o. Carbunculis) Diosc. l. c.
Τὰ δὲ Φύλλα . . . ἐσχάρας περιέργηται, παταπλασθέντα σὺν ἔλαιῳ. Illata ex oleo folia crustas emarginant., crustulas hulcerum erodunt, carbunculos rumpunt. H.

p. Glaucion vocant, alii paralion) Quidam falsi cognatione foliorum, ex hoc glaucion fieri arbitrati sunt. Diosc. Dal.

Glaucion) Atque idecirco, ut ait Diosc. l. c. Glaucion ex eo factitari (qui succus herbae est in Syria nascens, foliis similibus corniculato papaueri, ut idem ait III. 100.) falso existimarent, decepti quadam foliorum similitudine. H.

pp. Alii) Diosc. l. c. Μήκων κερατῖτις, οἱ δὲ παράλιον, οἱ δὲ ἀγρίαν μήκων, οἱ δὲ θαλάσσιον, quod nempe in mariimis praesertim sponte nascitur: nunc vbiique satum prouenit. Galen. de fac. simpl. med. VII. 208. Καλεῖται δὲ ἀπό τινων παραλία μήκων, ἐπειδὴν τὰ

πολλὰ πλησίον τῆς θαλάττης Φύεται. H.

q. Nascitur enim, etc.) Lege, Nascitur enim in afflatu maris, aut in petroso loco; τὰ παραθαλάσσια reddit Plinius, maris afflatum. Salmasius p. 247. b.

r. In afflatu maris) Sponte vbiique satum prouenit. Dal.

s. Aut) Quoniam nitri natura haud multum a sale, marinique afflatus virtute distat. Ita MSS. Theophrastus Histor. VI. 13. addit etiam petroso loco prouenire: Φύεται δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν, & ἀν ἡ πετρώδη χωρία. H.

t. Alterum) Theophr. l. c. Μήκων Ἡράκλεια. Diosc. IV. 67. Μήκων ἀφεώδης, ὑπὸ δέ τινων Ἡράκλεια κληθεῖσα etc. Papaver sanguineum: ab aliquibus Heracleum vocatum, etc. Niisi Latino ritu ac sono Graeca saepius pronunciaret Plinius, rectius sane aphrodes, ut XXVII. 93. quam aphron dice-

intuearis) speciem *v. passerum* ¹ praebentibus, rati-
dice

*i. Sic ex MSS. em. Hard. praesentibus V. represen-
tantibus Gr. et Al.*

diceret. Spumeum porro appellatum est a colore: nam spumam candore refert, inquit Galen. l. c. Pепlos est, siue esula rotunda picta a Ioh. Bauhino T. III. p. 669. et a Dodonaeo p. 371. Vista a nobis in hor-
to Regio. Nostris vulgo dicitur Réveille matin des vignes. Sic etiam Ruellius, p. 654. et Dalecamp. XVI. p. 1658. H.

*v. Speciem passerum) Struthio similibus Diosc. ineptif-
simus hic Plinius. Dal.*

*Speciem passerum
praesentantibus)* Tentauit hunc locum ὁ πά-
νω ad Solinum pag. 1356. vt tamen magnam partem
idem dicat, quod priores.
nam τὸ aphrodes, ἀντὶ τὸς
apro iamdudum ex Diosco-
ride inculcabant margines:
Plinium autem Graeci au-
ctoris τὸ σφεδίον, quae her-
ba erat, pro passere accepisse
aut se suspicatum scribit
Dalecampius, et ante vtrum-
que Hermol. Barbarus ob-
seruavit. Qui, quemadmo-
dum et Salmasius aduocat
repraesentantibus. Liber optimus et editio Parisiensis anni 1514. praesentibus. Vn-

de legendum, *speciem passe-
rum praebentibus*, dictione
Liuiana: apud quem simile
vulnus curauimus Lib. XXV.
16. Noster Lib. XXIV, 15.
orbiculato foliorum ambitu,
speciem lecti pedum praehenti.
Sic enim et Voss. L. XX, 9.
Sed tanta vis est, ut auidius
baustum tintæ animæ momen-
to aliquo speciem praebeat.
Gron.

Speciem) Sicuti σφεδίον,
hoc est, herba lanaria, siue
radicula, de qua XIX. 18.
cui id nomen quoque indi-
tum a similitudine aliqua
cum ea aue. Vide N, et
Em. N. XXX. (hic adi.) *Fo-
liis)* Quoniam Theophta-
lus Hist. IX. 31. de papa-
uere Heraclio ita prodidit:
τὸ μὲν Φύλλον ἔχεσθαι οἴον
σφεδίος, ὃ τὰ ὄθονια λευ-
καίνεστι. Hoc est, folium
habet simile struthio, quo lin-
tea dealbantur. Idcirco ge-
minum errorem a Plinio
nunc admisum clamat Sal-
masius in libello quem in-
scripsit, *Praef. in Plinium*
pag. 110. Flurimum, quod
vocis σφεδίος ambiguitate
deceptus, de passeribus in-
terpretatus est, quod de
struthio herbadicere debuit,
qua

dice x. in summa terrae cute, semine spumeo.
Ex y. hoc lina splendorem trahunt aestate. Tun
ditur

qua de egimus XIX. 18.
Alterum, quod virtutem
eam dealbandi lina, quia
ad passerem non poterat,
ad heraclium papaver
transstulit, quod strathii her-
bae proprium ac peculiare
est. Sed ne hoc primum
a Salmatio animaduersum
putes, id antea Herm. Bar-
barus, et Leonicenus Plini-
nomastix, id deinde Mat-
thiolus in Diosc. IV. p. 1061.
id Dalecampius in Nott. au-
tore nostro iam pridem ob-
iecerant. Sed frustra omnes.
Est enim ille tum Plinii
mos; tum herbariorum
omnium, vt non herbas
modo, sed et animalia, res-
que surdas interdum, ac
diuerfissimas in exemplum
afferant. Quod si, vt nominis,
ita et formae simi-
litudinem aliquam cum pas-
sere $\xi\varphi\vartheta\tau\circ\iota\circ\sigma$ herba habet,
qui causae demum esse pot-
est, cur non et cum eadem
aue affinitatem habeat papau-
er heraclium, quod ei her-
bae simillimum vltro agno-
scitur, quae cum ea aue
quamdam cognitionem for-
mae ac nominis habeat?
Sic enim in silvestris quo-
que papaveris genere, cor-
niculatum vnum dici Theophrastus ipse scribit, quod

fructus inflexi, vt cornicula
figurantur. Sic quum psyl-
lium describunt herbarii,
flores caninis capitibus simi-
les pingunt: quum echion,
vipereis: quum antirrhini
fructum, vitulinis naribus:
quum alectorolophon, cri-
stis gallinaceis etc. Plura
apud Collinitium vide, in
defensione Plinii aduersus
Leonicenum, vnde haec fe-
re decerpsumus. Sunt et
apud nos quae ab huiuscem-
odi affinitate nomen ver-
naculum habent, *Pied d'a-
louette*, *Gueule de loup* etc.
H.

x. Radice.) Radice per-
quam tenui. Herbula tota
candida et spumosa est: fru-
ctu inter folia candida.
Dioscorid. Pro $\xi\varphi\vartheta\tau\circ\iota\circ\sigma$ δέ λε-
πτήν ἐπιπλέον, Plinius le-
git ἐπιπλάγεσταν. *Dal.*

(Radice) Theophr. Histor.
IX. 13. $\xi\varphi\vartheta\tau\circ\iota\circ\sigma$ δέ λευκὴν ἐπि-
πόλαιον.. Diosc. IV. 67.
 $\xi\varphi\vartheta\tau\circ\iota\circ\sigma$ δέ λεπτὴν ἐπιπλέον,
lege ex Theophr. ἐπιπό-
λαιον. Sic ipse Diosc. IV.
66. radicem papaveris cor-
niculari tradidit $\xi\varphi\vartheta\tau\circ\iota\circ\sigma$ ἐπιπολῆς
Φυρμένην, per summa ce-
spitum nasci. H.

y. Ex hoc lina splendorem
etc.) Suspicio Plinium, quum
apud auctorem, vnde haec
sumfit

ditur *z.* in pila comitialiibus *a.* morbis, acetabuli mensura in vino *b.* albo; *vomitionem* *z.* enim facit. Medicamente, quod diacodion *c.* et arteriae *d.* vocatur, utilissimum. Fit *dd.* autem huius papaueris aut *e.* cuiuscumque silvestris capitibus

z. vomitionem. Ch.

2. autem. V.

sumpsit, legisset¹ papauer hoc foliis paruulis esse, similibus struthio, quo aestate lanae purgantur ab eriopolitis, et candorem trahunt, nec assequutus τεξερθίς significatum esset, incogitanter vim purgandi lina tribuisse huic plantae. Diocorides eius facultatis nusquam meminit. *Dal.*

Ex hoc.) Supra XIX. 4. Est inter papauera genus quoddam, quo candorem linteum praecipuum trahunt. H.

z. Tunditur.) Hoc est, in mortario, ut alibi monuimus. H.

a. Comitialiibus.) Acetabuli mensura, inquit Diosc. I. c. in aqua mulsa sumptum, vomitione purgat: priuatumque huiuscemodi purgatio comitialiibus prodest. Theophr. hoc tantum: Καθάρισι ἄνω ταύτης ἡ ἐίσα. Χρῶνται δέ τινες προς τὰς ἐπιλήπτες εν μελιμετάω ex mulso. H.

*b. Vino albo.) Mulsa, Diosc. vino mulso, Theophr. *Dal.**

c. Diacodion.) Διὰ κώ-

δειῶν, hoc est, ex capitibus papaueris, est enim οὐδεῖα papaueris caput. Compositionis huius concinnandae modos multiplices vide apud Galenum οὐτὰ τόπες c. 2. p. 535. H.

*Diacodion.) Antiquum exemplar Decadion et arteriae vocatur, praefert. Considera an sit verior lectio Dodecadion, hoc est duodenarium, quod sit ex duodecim rebus conflatum, de quo infra. *Pint.**

d. Arteriae.) Est arteriae, omne medicamentum ad arteriae asperae vitia faciens, ut auctor est Aetius, serm. 8. cap. 51. p. 38. H.

*dd. Fit autem huius papaueris.) Diocoridi diacodion tantum fit ex satiui papaueris capitibus. Fallitur Plinius. *Dal.**

e. Aut.) Vide N. et Em. N. XXXI. (hic consp.) Fit) Hic falli Plinium Dalecampius iterum affuerat: quod Diocorides ex satiuo tantum papauere diacodion concinnari dicat. Bene se res habet. Exhausisse naturam omnem, viresque singulorum

bus f. cxx. in aquae caelestis sextariis tribus bido maceratis, in eademque decoctis: deinde g. saccatis h., iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Addidere postea drachmas i. senas croci, hypocisthidis, thuris, acaciae, et passi Cretici sextarium. Haec ostentatione: simplex quidem et antiqua illa salubritas paupere et melle constat.

LXXX.

i. decoctis: deinde siccatis. V. Legitur et siccato, in Ch. et mox decocto ad dimid.

rum rerum attigisse, Dioseoridem unum putat. Quid igitur fiet Critoni medico, et qui Critonem sequitur, Galeno, qui L. *κατὰ τόπ.* VII. 7. p. 535. ad arteriacem parandam *νωδεῖαις ἀγρίαις* desiderat? Quid Damocerati, cuius haec carmina apud eundem exstant, pag. sq. Μῆνωνος ἦν λέγεσιν οἱ γεηπόνοι Μῆνωναι ἀγρίαιν. οὐδὲ γάρ πω σπεί-
εσται. Κεφαλαὶ ἔτι χλω-
ρίαι, ἃς λέγομεν καὶ νωδύαις
Quid denique Scribonio Largo, ut et Latinos affe-
ram, qui Comp. med. 18. Ad tumorem et rauicitatem ar-
teriae, et vocis abscissionem,
num. 73. Ad tumorem arte-
riæ, inquit, papaueris sil-
uatici iam maturi, viridis ta-
men adhuc, capita quam plu-
rima vase fictili coniiciuntur,
aqueaque superfunduntur, etc.
Hoc medicamentum ad arre-

riae tumorem et ad tuſſim fa-
cit. H.

f. Capitibus) Sequitur fe-
re in arteriace paranda Her-
ae medici placitum apud
Galenum l. c. H.

g. Deinde) Id est, colat-
is. Sic Heras medicus
apud Galen l. c. p. 563.
Καὶ διηθήσας, etc. H.

b. Saccatis) Colatis. Haec
voce posthac utitur, cap. 2.
Lib. XXIX. Vide Turn.
cap. 14. Lib. XIII. Aduer-
sar. Dal.

i. Drachmas) Heras apud
Galenum Lib. VII. *κατὰ τόπους*, harum rerum tan-
tum unam drachmam miscet:
ineptissimum est, quod pa-
paueris generibus ob nomi-
nis similitudinem tithyma-
lum Plinius interponit. Dal.

Drachmas) Non singulo-
rum, sed omnium simul ge-
nerum. Sic Heras, Damo-
crates,

LXXX. Tertium *k.* genus est ¹ tithymalon, mecona vocant, alii ² paralion, folio *l.* 3 lini, albo, capite *m.* magnitudinis fabae. Colligitur *n.* vua florente. Siccatur in umbra. Semen *o.* potum purgat aliuum, dimidio acetabulo in mulso. Cuiuscumque autem papaveris caput viride, vel siccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino meraculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita eius vel folia terantur.

LXXXI. (XX.) Est *p.* et ⁴ porcilaca, quam *q.* peplin vocant, ⁵ non *r.* multum satiuā efficacior:

Cu-

i. tithymalos. Dal. *2. arballion. Ch.* *3. ex Diosc.*
laeui Gr. et vulgg. *4. portulaca Gr. et Al.*
5. non, in V. d.

erates, Soranus apud Galenū *l. c. H.*

k. Tertium) De quo Dioſc. IV. 165. Ο δὲ παράλιος τιθύμαλος, ὃν ἔνοι τιθυμαλίδα ἡ μήκωνα ἐπάλεσαν. Vidimus hoc genus in horto regio, quale a Dodonaeo pingitur, p. 366. Dicitur de eo rursum, Lib. XXVI. 41. In Indice quoque R. *i.* etc. paralium vocatur. *H.*

l. Folio) Vide N. et Em. N. XXXII. (hic adi.) Alii) Prius legebatur, folio laeui. In MSS. R. Colb. etc. folio leni. Nos intrepide lini rescribimus, a Dioscoride admoniti, cuius haec oratio est, in describendo tithymalo paralio, L. IV. 65. Φύλλα εοιμότα λιγώ. H.

m. Capite magnitudinis fabae) Capite in caulis summo rotundo, in quo fructus erui magnitudine, colore varius: flos albus. Dalecamp.

Magnitudinis) Capite inquit Dioſc. l. c. in cacumine orbiculato, in quo semen erui simile continetur: οὐφαλὴν δὲ ἐπ' ἄηρε περιφερῆ, ἐν ᾧ ὁ οὐρηπός ως ὅροβος. Est autem faba, quemadmodum eruum, plane rotunda, ut diximus, XVIII. 30. H.

n. Colligitur) Theophr. Hist. IX. 12. H.

o. Semen) Dioſcorid. l. c. πλῆθος ἡμίσχες ὀξυζάφε ποτιζόμενα. H.

p. Est) Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indi-

ce

Cuius memorabiles usus traduntur. Sagittarum s.
venena, et serpentium haemorrhoidum et preste-
rum

ce huius libri. Editi, est
et portulaca, quam peplion.
Hippocrates tamen peplion
vocat, inquit Oribas. XII.
p. 211. H.

q. Quam peplion vocant)
Inepte Plinius siluestrem
portulacam eiusdem gene-
ris ac naturae cum satiua,
nisi quod sponte prouenit,
confundit cum Peplio her-
ba diuersissima, ideo tantum,
quod peplion agrestem por-
tulacam nonnulli vocau-
runt. Quidam legunt, te-
leuion quoniam sedum tertium
acre et vicerans Diocorides,
et agrestem por-
tulacam nominari scribat,
et telephium. *Dal.*

*r. Non multum satiua effi-
cacia)* Ob magnam acri-
moniam et feroorem. *Dal.*

Non) Quod sane mirum:
quoniam in reliquis fere
herbarum generibus, vis
efficacior siluestris est. Sa-
tiua certe, siue hortensis,
ac domestica, quae ἀνδρα-
χνη Dioscoridi II. 150. vt di-
ximus L. XIII. 40. vulga-
tissima est, *le Pourpier*, *le*
Pourpier doré. Siluestris
angustifolia, visa a nobis in
horto Regio, a Dodonaeo
pingitur pag. 650. De ea
Diosc. in Nothis: Ἀνδρα-

χνη ἀγρία . . . οἱ δὲ τηλέ-
Φιον, Πρωτεῖοι πορτελά-
ναι etc. H.

s. Sagittarum venena) An-
te castigationes Hermolai
haemorrhoidum et praefigrum
legebatur: ipse pro verbo
illo *praefigrum*, *presterum*
substituit; quod mihi non
probatur. Potius scriben-
dum credo pro et *praefigrum*,
ait Petrichus: vt sit nomen
auctoris cuius in elenco
fit mentio. virtiose tamen in
impressis omnibus codicibus
Petridius legitur pro *Petri-
chus*. Patet id tum ex anti-
quo exemplari, tum ex
Nicandri interprete in Ther-
riacis, *Petricum in Ophiacis*
citante. Vtitur et eius
testimonio Plinius infra
c. 23. qui et cum Nicandri
interprete Ophiaca eum
composuisse in elenco tra-
dit. Item *restinguiri*, in
exemplari vetusto habetur,
non *restringi*. Ceterum
quod attinet ad *presteras*, vt
vix fidem castigationi meae
facit quod Libro XXXII.
capite tertio, circa finem,
rursus *praefigrum* fit mentio.
quamquam ibi pro *praefigras*,
presteras correctiores scrip-
rint. Quamobrem amplio
iudicium. *Pint.*

xum ¹ restingu: pro cibo sumpta, et plagis imposta, extrahi. Item hyoscyami, potae passo expresso succo. Quum ipsa non est, semen eius simili effectu prodest. Resistit v. et aquarum vitiis, capitibus x. dolori, hulceribusque, in vino tusa et imposta. Reliqua hulcera commanducata cum melle sanat. Sic y. et infantium cerebro z. imponitur, umbilicoque prociduo. In epiphoris vero omnium, ² fronti temporibusque cum polenta. Sed ipsis oculis, e lacte et melle. Eadem, si a. ² procident oculi, foliis tritis cum corticibus fabae.

Pustu-

1. restringi. V. 2. Sic et Dal. fronte Gr. 3. Sic
ex MSS. H. cons. Ch. procident, prodest fol. Gr. et Al.

z. Et) Ad haemorrhoi, dipsadisque mortuis, portulacam pariter commendat Diosc. in Theriac. cap. 30. Est autem prester serpentis genus non absimile, de quo Lucanus IX. p. 722. Oraque distendens auidus spumantia Prester. H.

v. Resistit et aquarum vitiis.) Peplion bilem, pituitam, aquas educit. Dal.

Et ag.) Prohibet ne aquae potae noceant. H.

x. Capitis) Impositam cum polenta capitibus dolori Diosc. mederi dixit II. 150. Καταπλαστομένη μετὰ ἀλφίτων οὐφαλῆς ἀλγήμασι καὶ δρθαλιῶν Φλεγμονάῖς, καὶ ταῖς αἷλαις, καὶ σομαχταῖς πυρώσεσι, etc. H.

y. Sic et infantium) Ad Vol. VI.

satiuam iam haec pertinent.
Dal.

z. Cerebro imponitur) Inflammato seiriasi morbo.
Dal.

a. Si procident, prodest) Oculi. Hoc vitium nunc πρόπτωσι Graeci vocant, nunc ἐκπιεσμόν. Dal.

Eadem si procident, prodest foliis) Voss. vnicus: si procident oculi, foliis tritis cum corticibus fabae. sine τῷ prodest. Intelligitur ex superioribus, imponitur. Sed procident praefero ob vulvas procidentes, et procidentiam alui, et sedem prociduam: quae alibi apud nostrum reperies. Gron.

Si) Subintellige, tunc imponitur, ex antecedentibus

Pustulis cum *b.* polenta et sale et aceto. Hulcera
oris tumoremque ginguarum *c.* commanducata
cruda sedat: item dentium *d.* dolores. *e.* Tonsil-
larum hulcera, succus decoctae. Quidam *f.* adie-
cere paulum myrrhae. Nam¹ et mobiles dentes
stabilit² commanducata. Cruditates sedat, vo-
cemque firmat, et *g.* sitim arcet. Ceruicis dolores,
cum galla, et lini³ semine, et melle, pari mensura
sedat. Mammarum yitia, cum melle, ⁴ aut Ci-
molia creta. Salutaris est suspiriosis, semine cum
melle

- 1. et, in M. d. et Ch.* *2. manducata. Cruda. Ch.*
3. Sic ex MSS. H. conf. Ch. semine pari Gr. *4. Sic*
ex MSS. H. conf. Ch. et Gr. et Al.

bus. Oculorum procidentia, morbus est vueae tunicae prociduae, ab erosione aut ruptura corneae. Celsus VI. 6. Nonnumquam, inquit, *ingens inflammatio erumpit tanto imperu, ut oculos sua sede propellat: πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidant, Graeci appellant.* Scrib. Larg. comp. 27. *Vastus tumor, quem quia a loco interdum videtur propellere oculum, πρόπτωσιν vocant.* H.

b. Cum polenta et sale et aceto) Eruptionibus papularum in capite, cum vino Diose. *Dal.*

c. Ginguarum) Quin si ex gingivis sanguis exit, inquit Cels. IV. 4. portulacam manducasse satis est. H.

d. Dentium) Stuporem,

inquit Diosc. I. c. αἰμωδία�, et Galen. de fac. simpl. med. IV. 43. p. 156. post Arist. sect. I. probl. 38. p. 683. Marc. Emp. cap. 12. p. 94. *Porrulaca assidue commanducata, stridorem dentium tollit.* H.

e. Dolores) Stupores, Diosc. *Dal.*

f. Quidam adiecere paulum murrae. Nam et mobiles dentes stabilit³) Codex citatus, *Quidam adiecere paulum murenum.* Mobiles dentes stabilit⁴. Legendum forte, non paulum murenum, sed paulum murrhini. hoc est vini myrrha conditi, de quo supra. *Pint.*

g. Et sitim) Auctor Gepon. XII. 42. Τὸ δὲ Φύλλον ὑποτιθέμενον τῇ γλώττῃ ἀδιψοτέρης ποιεῖ. *Folium eius*

melle hausto. Stomachum *b.* in acetariis sumpta corroborat. Ardentibus *i.* febribus imponitur *k.* cum polenta. Et *l.* alias manducata refrigerat et- iam intestina. Vomitiones sistit. Dysenteriae *m.* et vomicis *n.* estur ex aceto, vel bibitur cum cu- mino. Tenesmis *o.* autem cocta, et comitialibus cibo vel potu prodest. Purgationibus *p.* mulierum, acetabuli mensura in sapa. Podagrī calidis, cum sale illita, et sacro igni. Succus eius potus renes iuuat, ac vesicas. Ventris *q.* animalia pellit. Ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta imponitur. Neruorum duritias emollit. Metrodorus, qui

S s 2

i. in, in Ch. d. C. s. s. i. in
eius linguae subditum, sicutim Dioscor. Dal.
arcer. H. i. Et alias) Sic etiam

b. *Stomachum in acetariis, etc.*) *Stomachi et intestinorum ardores, et aestum placat.* *Diosc.* *Dal.*

Stomachum) Marcell. 20.
p. 141. *Portulaca*, inquit,
coquitur diligentissime: et co-
ctum bene edetur ex aceto, ab
eo qui stomachum dolebit,
vel viriosum habebit: cito
proderit. H.

i. Ardenzibus) In febribus
etiam potu prodesse scribit
Diosc. l. c. Impositam ven-
tri et hypochondriis, ae-
stuantes iuuare plurimum
in febribus hecticis, Galen.
de fac. simpl. med. VI. 156.
H.

k. Imponitur cum polenta)
Ventri et Hypochondriis.

*m. Dysenteriae) Hoc est,
cruentis exscretionibus;
πρὸς ἀίματός τε πτύσιν, ηγή^η
δυσεντερίας. Dioscorid. II.
150. Cels. IV. 15, inter dy-
senteriae remedia, affert
et illud: *Portulacam vel co-
ctam, vel ex dura mūria edis-
se.* H.*

*n. Vomicis) Cruentis ex-
screationibus Diosc. Dal.*

o. Tenesmis) Haemorrhoidibus. Diosc. Dal.

p. Purgationibus mulierum) Immodicis, et nimis effusis, sic et mox. Dal.

*Purgationibus) Profluvio
mulierum fistendo, com-
mendat Galenus, l. c. H.*

q. *Ventrīs*) *Diosc.* l. c. ελ-

ἐπιτομὴν τῶν ἔργων μεγάλων scripsit, purgationibus a partu dandam censuit. Venerem inhibet, Venerisque somnia. Praetorii r. viri pater est, Hispaniae princeps, quem scio propter imparibiles vuae morbos, radicem eius filo suspensam e collo gerere, praeterquam in balineis: 2 ita libertum incommodo omni. Qui etiam inueni apud auctores, caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Oculos tamen hebetare putatur.

LXXXIII. Coriandrum s. inter t. siluestria non inuenitur. Praecipuum tamen esse constat Aegyptium. ² Valet contra serpentum genus unum, quod amphisbaenas vocant, potum impositumque. Sanat et alia vulnera. Epinyctidas v., pustulas, tritum. Sic x, et omnes tumores collectionesque

² *imperibiles.* vt saepe monuimus. 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et ita Gr.

μυρδας σεογγύλας, tereres lumbicos. H.

r. Praetorii) Licinii Cae- cinae, de quo superius, f. 76. H.

s. *Coriandrum*) Non est, inquit, silvestris coriandri forma dispar a satiuo, nec sunt vires diuersae. Alias enim et sponte sua prouenit in pratis, campestribus que locis. Et Nicander in Ther. p. 63. aduersus serpentes et scorpiones, laudat in primis ναγητὸν ὄφρενός ιοπίστο, montani coriandri semen. Nicandri Schol. satiuum a silvestri quibusdam notis secernit:

sed nemine ipsis, quod qui- dem sciam, suffragante. Nostris aequa, ac Latinis, Coriandre. Pingitur a Dodonaeo, p. 300. H.

t. *Inter siluestria non inue- nitur*) Satu tantum, non sponte, nascitur. Nuper tamen silvestre repertum in Hispania. Dal.

v. *Epinyctidas*) Diosc. III. 71. sanari has ait, coriandro, cum melle et vua passa, im- posito. H.

x. Sic) Plin. Val. iisdem verbis IV. 4. de testium pri- uatim tumoribus, Th. Prisc. I. 24. H.

cum melle, aut vua passa. *Panos* *y.* vero ex aceto tritum. Seminis *z.* grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante accessionem: vel plura illini fronti. Sunt *a.* qui et ante Solis ortum ceruicalibus subiici efficaciter putent. Vis *b.* magna ad refrigerandos ardores viridi. *Hulcera* *c.* quoque, quae *d.* serpunt, sanat cum melle vel vua passa: item *e.* testes, ambusta *f.*, carbunculos, aures: cum *g.* lacte mulieris epiphoras oculorum: ventris *h.* et intestinorum fluxiones semen ex aqua potum. Bibitur et in choleris cum ruta. Pellit *i.* animalia interaneorum, cum mali Punici succo et oleo

S s 3

y. Panos) Et strumas. *Dioscorid. Dal.*

Panos) *Dioscor.* I. c. panos ait et strumas discutere cum faba fresa, μετὰ ἐρεγμένης. *H.*

z. Seminis) *Plin. Val.* I. c. *H.*

a. Sunt) *Plin. Valer.* I. c. *H.*

b. Vis magna) *Diosc.* III. 71. Δύναμιν ἔχει φυτικήν. *H.*

c. Hulcera) *Plin. Val.* I. c. ad verbum. Addit hoc loco Dalecampius ex Dioscoride, etiam ignes sacros coriandro sanari, cum pane aut polenta. At eo nomine reprehendi Dioscoridem a Galeno de fac. simpl. med. VII. pag. 174. bonus medicus nesciuit. Id igitur a Plinio caute praetermissum. *H.*

d. Quae serpunt) *Herpe-*

tas et ignes sacros sanat cum pane aut polenta: item testes inflammatos. *Dioscor. Dal.*

e. Item) *Plin. Valer.* I. c. *H.*

f. Ambusta) Igneas summae cutis inflammationes, *Dioscor.* πυρώδεις Φλεγμονάς κατὰ τὴν ἐπιφανεῖαν. *Dal.*

g. Cum) *Plin. Val.* I. c. et I. 14. *Coriandrum viride tritum*, et mixtum lacte mulieris, super tumorem oculorum inungues: et statim sanat. Habet eadem *Marc. Emp. cap. 8 p. 56. H.*

b. Ventris) *Plin. Val.* ad verbum, IV. 4. *H.*

i. Pellit) Lumbricos vide- licet. Ita *Diosc.* III. 71. et *Plin. Valer.* I. c. *Apul. cap. 102. tit. II.* infundi clysteribus iubet. *H.*

oleo semen potum. Xenocrates ^{k.} tradit ¹ rem mirum, si vera est: menstrua contineri uno die, si vnum granum biberint feminae: biduo, si duo: et totidem diebus, quot grana sumpserint, Marcus Varro, coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam aestate seruari putat.

LXXXIII. Atriplex ^{l.} et siluestre et satiuum est. ² Pythagoras, tamquam faceret hydropicos, morbosque regios, et pallorem, concoqueretur ³ difficillime: ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quidquam, nisi languidum, ⁴ culpauit. Addidere Dionylius et Diocles, plurimos gighi ex eo morbos. Nec nisi mutata ⁵ saepe aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines et papulas gigne-

1. Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. rem, si vera

Gr. et Al. 2. Sic ex MSS. H. et satiuum accus.

M. V. et siluestre est; accusatum a P. Gr. et Al.

3. Sic ex MSS. H. coqueretur Gr. et Al. 4. pu-

tauit. V. 5. Sic et Ch. Jaepius Gr.

^{k.} Xenocrates) Haec Plin. Val. iisdem verbis, l. c. H.

^{l.} Atriplex et siluestre est accusatum a Pythagora) Ms. Voss. siluestre et accusatum manus etiam antiqua posuit satiuum. Vnde nonnulli codices, siluestre est et satiuum accusatum, quemadmodum et quatuor alii Ms. et ex Io. Andrea priscae editiones. Sed videtur Plinius fecisse: Atriplex et siluestre et satiuum est. Pythagoras, tamquam faceret hydropicos morbosque regios et pallorem, concoqueretur difficillime, ac ne

in hortis quidem iuxta id nasci quidquam, nisi languidum, culpauit. Gron.

Atriplex) Diosc. II. 145. Ατρίπλαξις, οἱ δὲ χρυσολέχανον. Cael. Aurel. Chron. V. II. Atriplex, quam Graeci ἀγδεῖφαξιν vocant. Genera sedecim diuersa in horto regio obseruata a nobis. Satiuam Galli vocant Arroche et Bonne-Dame. Iconem satiuae apud Lobeliium videsis in Obfl. p. 127. Siluestriū apud Matthiolum p. 460. 461. 462. H.

re. Miror, quare difficulter in Italia id nasci m. tradiderit Solon Smyrnaeus. Hippocrates n. vuluarum o. vitiis id infundit cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos p., furunculos incipientes, duritias omnes, vel cocto vel crudo utiliter illini putauit. Item q.

Ss 4

ignem

Tradiderit Solon Smyrnaeus) Voss. in Italia nasci tradiderit id Solon Smyrnaeus. Ut et sequenti cap. extremo: Adiecit Solo (ne quid omittamus) bupalathron radicis tantum altitudine differens et erga dysentericos effectu potum ex vino. Sic et Chiftetianus. Sed ille insuper pota. Itaque scribendum: radicis tantum altitudine differens et ergo dysentericos effectu potae ex vino. Radicis, inquit, altitudine et eiusdem ex vino potae effectu. Gelesius fecerat: efficaci effectu potu ex vino. Sic Lib. XXV, 8. Themiso, ut et Chift. et Pin-tiani, qui alias Themison. Gudianus et Menap. nasci tradiderunt id solo et mineus. Acad. nasci tradiderunt id solo et mineus. Andegau. nasci tradiderit id Solon mirneus. Altero loco quatuor coniurarunt in adiecto sale. Gron.

n. Hippocrates) De morb. mul. II. text. 57. pag. 588. Μητρέων ὀδύνης ἔγχυτον: ην ὀδύνη μενεν ἡ σπερχυη καὶ βίασ, ἀχλὺς ἐν τῇσι

μῆτρησιν ἐνι, καὶ ἐν ἔξεισι τῷ πνεῦμα, ἀλλ' αὐτόθι μένει μενόν. Δεῖ δὲ ἔτως θεραπεύειν. Ἀνδραφάξιος ἀγείης παρπόν, καὶ τεῦτλα τριψας ὅμοις λεῖα, χλινας τε ἔγχεον εἰς τὰς μῆτρας. Ad dolorem uterorum medicamentum quod infundi debet. Si dolor solum fuerit vehementis ac violentus, caligo in uteris ineft, nec flatus exitum habet, sed manet ibi. Malum. Oportet igitur sic curare: Atriplicis silvestris semen, et betas, simul trita ac reperfacta in uteros infundito. Haec vuluarum vitia, quam falso Dalecampius, et medicus tamen, inflammationem uteri interpretatus fit, ex Hippocrate liquet, cui similia Plinius refert. H.

o. Vuluarum vitiis) Inflammationibus. Dal.

p. Panos) Haec deinceps verbis iisdem Plin. Val. IV. 7. Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 161. H.

q. Item) Plin. Val. I. c. de atriplice: Ignes sacros sedat: podagrae feruorem cum

ignem sacrum, cum *r.* melle, ¹ aceto nitroque: similiter podagras. *Vngues* *s.* scabros detrabere dicuntur sine hulcere. Sunt *t.* qui et morbo regio dent seimen eius ² cum melle, arterias *v.* et tonsillas nitro addito perfricent, aluum moueant: cocto ³ vel per se, vel cum malua aut lenticula, concitantes vomitiones. Siluestri capillos tingunt, et ad supra ⁴ scripta vtuntur.

LXXXIV. (XXI. x.) E contrario in magnis laudibus malua *y.* est vtraque, et satiuia et siluestris.

Duo

1. acetoque nigro. *Man.* *aceto nigro,* *Ch.* *2. Cum mulsa.* *Diosc.* *3. vel, in V. d.* *4. Sic ex MSS.*
H. V. et Ch. dicta Gr. et Al.

cum nitro et acero, cum melle
restinguit. *H.*

r. Cum melle) *Mulsa.* *Dioscor.* *Dal.*

s. Vngues) *Plin.* *Val.* *I. c.*
H.

t. Sunt) *Vt* *Dioscor.* *II*
145. Galenus loco mox citato et *Plin.* *Val.* *IV. 7.* *H.*

v. Arterias et tonsillas)
Acri fluxione exasperatas.
Dal.

x. Lapatho) *Lapathi* *Dioscoridi* quatuor genera oxy-lapathum siluestre: oxy-lapathum satium: oxalis rotunda silvestris, nos et satium habemus: oxalis sive anaxyris. Quatuor his generibus idem addit hippolapathon, nulla facta mentione aut hydrolapathum, aut bulapathi. Hydrolapathum auctoris, est *Dioscoridis* hippolapathum, in paludi-

bus nascens. Hippolapathum auctoris lapathi silvestris genus, amplio et lato folio, descriptum a Dodonaeo pro tertia specie lapathi. Bulapathum vero, planta, quam *Totambonam* officinae vocant. *Dal.*

y. Malua) *Satiua*, quae et hortensis appellatur, flore simplici, in Eystetensi horto: eadem malua maior vincaulis, apud Matthiolum p. 457. Praeter istos etiam et a Dodonaeo pingitur, p. 641. priore loco: a colore florum roseo nostris dicitur, *Rose d' Outremer*, ou de Tremier. Vidimus in horto Regio. Silvestris communè retinuit nomen, *Mauve*. *Pumila*, proceriorque pingitur a Dodonaeo, p. 642. *H.*

Duo z. genera earum amplitudine folii discernuntur. Maiorem a. Graeci malopen vocant in satiis. Alteram b. ab emolliendo 2 ventre dictam putant malachen. E 3 c. siluestribus, cui grande fo-

S 5

lum

1. molochen. Ex Ath. lopen. Ch. 2. ventrem. Ch. 3. et Gr.

z. Duo) Duo satiuae genera, totidem siluestris. H.

a. Maiorem) Quae malua hortensis, multiplici flore apud Dodon. p. 641. Malua maior Matthioli p. 456. H.

b. Alteram) E satiis scilicet: quae malua hortensis prior Dodonaei, p. 641. H.

c. Et siluestribus, cui grande folium et radices albae, althea vocatur, ab excellenza effectus a quibusdam Aristalthea) Diuersa est codicis antiqui lectio. Scribo igitur sic: E siluestribus cui grande folium et radices albae, Althaea vocatur, ab excellenza effectus. Quibusdam Plistolochia. Nam ab excellenza effectus dictam esse Althaeam, satis indicat Diosc. Lib. IV. nomen illi asserens a multiplice potestate et vsu esse factum. Seribitur autem ea dictio cum Aediphongo in secunda saepius deduci enim videtur a verbo Graeco, ἀλθαίω, quod apud nos medeοr valet. apud Galenum autem VII. de sim-

plicibus, et Theophrastum IX. de plantarum historia, cum e simplici scriptum inuenio, quod potest tolerari, ut descendat a verbo ἀλθώ, eiusdem qua ἀλθαίω significationis: etsi alias apud eumdem Theophrastum cum Aediphongo inueniatur. Porro altheam vocatam esse alio nomine Plistolochiam Plinius supra ostendit hoc ipso Lib. cap. 4. his verbis: *Pastinaceae simile bibiscum, quod molochen agriam vocant, aliqui Plistolochiam.* Molochen autem et Althaeam idem esse et Dioscorid. III. et Theophrast. IX. auctores sunt. Hermolaus tamen Aristaltheam, vocem, ut nos putamus, adulterinam et commentitiam, in Corollario in Dioscoridem agnoscit pro vera et legitima a Plinio tantum desumptam: perperam, ut censemus. Certe in exemplari nostro *Plistolochia* non *Aristalthea* legitur, et neque Dioscorides, neque Galenus, Paulus, medicorum aut quod sciām illus, eius vocis meminit. Pro persuasio vero habeo

lium et d. radices albae, althaea e. vocatur, ab f. excellentia effectus: a quibusdam ¹ plitolyxia g. Omne solum, in quo serantur, pinguius faciunt. Huic h. contra omnes aculeatos ictus ² efficax vis,

prae-

1. *Plitolia*. Ch. *aristalthaea* Gr. et Al. 2. Sic ex
MSS. em. H. cons. V. et Ch. *efficacior vis* Gr. et Al.

habeo sciolum aliquem eam commentum esse, quod Graecae linguae ignorantia nesciret quomodo haec vox excellentiam effectus significaret. nouam igitur ipse excogitauit; satis euidenti exemplo, quanto disciplinarum periculo indocti audent se corrigendis libris immiscere, et receptam priscaenque antiquorum codicium lectionem mutare. Pint.

Ab emolliendo) Μαλάχην Graeci dixerunt, ἀπὸ τῆς μαλάσσειν, a ventre molliendo. Vnde Martialis Epigr. III. 89. *Vtere lactucis, et mollibus utere maluis.* Nam faciem duram, Phoebe, cacantis habes. Forte dictum in Vespasianum, qui erat vultu veluti nitens, inquit Sueton. in eius vita, cap. 20. Schola Salernitana: *Dixerunt maluan veteres, quod molliat aluum*, etc. H.

d. *Et radices) Intus albae,* ἐίζαν λευκὴν ἔνδοθεν, inquit Diose. III. 163. Sed dum is folia althaeae attribuit, quae sint ut cyclamino ro-

tunda, Φύλλα περιφερῆ ὥσπερ υπλάμινος, et ceteris aduersatur, nec visam a se althaeam prodit. H.

e. *Althaea*) Diosc. l. c. Αλθαῖα . . . ἔνιοι δὲ ιβίσκον μαλάχην, μαλάχην ἔσιν ἄγριας εἶδος . . . Ωνόμωσαν δὲ ἀλθαῖα, διὰ τὸ πολυάλθεσσιν καὶ πολύχρονον αὐτῆς. Apul. cap. 38. *Graecis appellatur althaea; aliis althaeæ rhizan, alii claeomolochen, alii molochen agriam . . . Itali Ibiscum vocant.* Ibiscus Dodonaei est, p. 644. Nostris Guimauve. Capitulare de Villis, c. 70. *Bismaluas*, hoc est, alteas. H.

f. *Ab exc.) Διὰ τὸ πολυάλθεσσιν*, vt ait Diose. a verbo ἀλθαῖνω, siue ἀλθέω, medeor, euro, fano. H.

g. *Plitolyxia*) Πλεισολυνία, forte quod instar Lycii medicamenta præheat plurimi effectus: Alii πλεισολοχία malunt: quo nomine et altera nominatur herba, XXV. 54. In R. 1. 2. Colb. 2. Chiff. *plitolyxia*. In Indice *plitolocia*: Interpolatores *aristalthaea* hic scri-

praecipue scorpionum, vesparum, similiumpque,
et muris aranei. Quin i. et trita cum oleo qua-
libet h. earum peruneti ante, vel habentes eas, non
feriuntur. Folium impositum scorpionibus torpo-
rem assert. Valent l. et i contra venena. Acule-
os omnes extrahunt illitae crudae ² cum nitro:
potae m. vero decoctae cum radice sua, leporis
mari.

i. contra presterum venena. M. contra phystim venena
Ch. 2. cum anetho. M. V. cum anitro. Ch.

scripsere, nempe ex Diosc. H.
b. *Huic contra*) Haec Diosc.
totidem verbis l. c. Theodo-
dor. Prisc. I. 22. de apum
percussibus, vel scorpionum,
etc. H.

i. *Quin*) Habet eadem
Nicander in Ther. pag. 7.
Descriptis ab eodem etiam
Diosc. II. 144. H.

k. *Qualibet*) Nempe sil-
vestrium H.

l. *Valent et contra venena*)
Valent et contra psitum vene-
na, in antiquo cod. vt for-
te legendum sit non psitum,
sed psimitum, hoc est, cerus-
fae, quam venenatam esse
et Dioscorides et Nicander,
et medici omnes testantur.
valere autem contra cerus-
fae, maluae decoctum Dio-
scorides tradit libro ultimo.
Pint. *Valent et contra ve-*
nena) Si ius decoctarum a
bibentibus continuo reub-
matur. Diosc. *Dal.*

Valent) Vide N. et Em.
N. XXXIII. (hic adi.) Va-

lent) Sic libri omnes editi.
In MSS. R. 1. Colb. 1. 2.
Valent et contra phystim ve-
na. In R. 2. et contra psitum
venena. Ut legi videantur
oportere, *valent et contra pre-*
sterum venena. Est enim pre-
ster e serpentum genere,
quarum de venenis in praes-
enti agitur. Vel certe, *Va-*
lent et contra psimitum vene-
na; hoc est cerusfae: nam
contra cerusfae epotam, va-
lere maluae cum radicibus
decoctum, auctor est Diosc.
II. Εὐπορ. c. 163. p. 125.
Ψιμιθίς δὲ ποθέντος . . .
μολοχῆς ἀφέψημα σὺν τᾶς
εἰςας. H.

m. *Potae*) Plin. Val. III.
54. Auicenna, T. II. L. IV.
p. 201. semen althaeae lau-
dat, contra venenum lepo-
ris marini. Alibi iuuare
ait et maluae caulinulos, et
althaeae folia recens elixa-
ta. Caules cum radice,
Diosc. Εὐπ. II. 156. p. 123.
H.

marini¹ venena² restinguunt: et n. vt quidam dicunt, si vomatur. De eisdem mira et alia traduntur. Sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis caritetur. o. Hulcera manantia in capite sanant in vrina putrefactae, lichenas et hulcera oris cum melle. p. Radix decocta, surfures capitales et dentium mobilitates. q. Eius, quae vnum caulem habet radice circa dentem qui 3 doleat³ pungunt, donec desinat dolor. Eadem strumas et parotidas panosque, addita hominis saliuia, s purgat citra vulnus. Semen in vino nigro potum a pituita et nauseis liberat. r. Radix mammarum vitiis occurrit, adalligata in lana nigra. s. Tussim in.

1. venenum. Man. cum radice succo, Iep. mar. venenum restinguitur. Ch. 2. Sic ex MSS. H. cons. V. restringunt Gr. et Al. 3. dolet. M. 4. Sic ex MSS. H. perunge. V. pungit. Ch. lego, pungito. punge Gr. et Al. 5. pungunt. Ch.

n. Et vt) Hos sequutus Aetius, serm 13. cap. 53. p. 263, de iis qui leporis marini venena sentiunt: His, inquit, lac asinimum recens, mulctum cum passo assidue praebeatur: aut si hoc non adsit, bubulum, aut maluae decoctum: indeque confestim vomant, etc. Dioscor. quoque II. 144. H.

o. Hulcera) Diosc. II. 144. et Marc. Emp. c. 4. p. 40. Malua erratica cum vrina humana, id est, puerili, trita et imposta, valde siccata capitis humores. De capitis hulceribus ibi sermo. H.

p. Radix) Diosc. I. c. Q.

Seren. cap. 4. p. 227. Porrigini depellendae. Et insensibilis morbus, sed noxia forma. Cum caput immensa pxum porrigine ningit, Copia farris vii freudentibus edita saxis: Hanc poterit maluae radix decocta leuare. H.

q. Eius) Plin. Val. IV. 5. Radix vnius caulis, inquit, admota denti, pellit dolorem. Haec malua maior vnicaulis Matthioli, de qua superius dictum est. H.

r. Radix) Plin. Val. IV. 5. H.

s. Tussim) Maluam in cibo commendat pariter ad tussim Celsus IV. 4. H.

in lacte cocta, et sorbitionis modo sumpta, quinis diebus emendat. Stomacho ¹ inutiles t. Sextius Niger dicit. Olympias Thebana, abortiuas esse cum adipe anseris: aliqui purgari feminas, foliis earum manus plenae mensura in oleo et vino sumptis. Vtique constat parturientes foliis substratis celerius ² solui: v. protinus a partu reuocandum, ne yulua sequatur. Dant et succum bibendum parturientibus iejunis, in vino ³ decoctae hemina. Quin et semen ⁴ adalligant brachio, x genitale non continentium. Adeoque eae Veneri nascuntur, vty. semen vnicaulis aspersum genitali, seminarum

aui-

1. *viles. M* 2. *solui: sed id protinus. V. solui,*
sed protinus a partu reuocanda. V. alii. 3. *deco-*
cta Gr. 4. *Sic ex MSS. H. Conf. Ch. semen tri-*
tum adal. Gr. et Al.

t. Sextius) Et qui Sextium transscribit, etsi eumdem in praefatione vituperat, Diocor. II. 144. Κανοσόναχος δὲ τῷ εὐνοῖτος, etc. Plin. Val. IV. 5. Olympias Thebana abortiuas esse putat malas cum adipe anserino genitali parti subiectas. Sextius Niger et Diocorides stomacho inutiles arbitrantur. H.

v. Protinus) Remouendum a partu medicamentum. H.

x. Genitale) Seminis profluvio laborantium. Genitale pro semine accipi monuimus, s. 53. H.

y. Adspersum genitali femi-
narum) Pro genitali habent curationis quinque manus exaratae membranae. Num-

quid adspersum cubaribus foeminarum. Lib. X. 57. Medicina in fame, et cubatus in fano. Vbi tamen cubitus MSS. si malis cubitus. In contrarium effectum de vitice L. XXIV. 9. matronae Theosphorii Atheniensium castitatem custodientes his foliis cubitus sibi sternunt. Cogitabam etiam aliquando: lauationibus. Sic infra, in solia balinearum additum. Prima editio Io. Andreae Romae 1470. cuius usum etiam mihi praebuit egregius Gudius, cubili: alia Parisiensis vetus, cubilibi: pro quo ex Hermolaio usurparunt. opinor, genitiali. Gron.

Semen) Maluae maioris vnicaulis, de qua dictum est

auditates augere ad infinitum Xenocrates tradat:
 1. Itemque tres radices iuxta adalligatas; tenesmo
 et dysentericis utilissime infundi. 2. Item sedis vi-
 tiis, vel si soueantur. Melancholicis quoque suc-
 eus datur cyathis ternis tepidus: et insipientibus,
 2 quaternis. Decoctae comitialibus heminae succi.
 3 His et calculosis, et inflatione, et torminibus,
 aut 4 opisthotonico laborantibus, tepidus illini-
 tur. a. Et sacris ignibus, b. et ambustis, deco-
 eta in 5 oleum folia imponuntur: et ad vulnerum
 impetus cruda cum pane. c. Succus decoctae ner-
 uis prodest, et vesicae, et intestinorum rationibus.
 Vulvas et cibo d. et 6 infusione emollit in oleo:
 fuc-

1. Sic ex MSS. H. cons. Ch. item tres Gr. et vulgg.
 2. quaternis, in M. deest. 3. Is V. 4. opistho-
 zono. V. 5. oleo V. 6. infusione. V.

est superius. Plin. Val. IV.
 5. de radice maluae vnius
 caulis: *Eadem femori alliga-
 ta stimulat Venerem.* H.

z. Item) Diosc. II. 144.
 H.

a. Et Althaeae hanc vim
 Dioscor. attribuit III. 163.
 quam et ad haec morborum
 genera efficaciorum esse re-
 liquis, Plinius ipse mox tra-
 dit. Erysipelatis sanandis
 maluam idem commendat,
 II. 144. H.

b. Et amb.) Plin. Val. III.
 36. Ambustis sanandis: Mal-
 ueae folia ex aqua decoquun-
 tur, et ex ea aqua souen-
 tur combusta. Dioscor. item II.
 144. Theodor. Prisc. I. 17.

De vnfione calidae, vel ignis..
Maluarum folia elixa, et cum
oleo superintrita impones. H.

c. Succus) Diosc. II. 144.
 Apul. cap. 40 t. I. Ad ve-
 sicae dolorem. Et tit. 2.
 Ad neruorum dolorem. H.

d. Et inf.) Clysteribus.
 Alii infusione legunt, inui-
 tis MSS. Diosc. I. c. Τὸ δέ
 ἀΦέψημα αὐτῆς μαλακτι-
 νὸν ἐγκαθίστηκα υἱέρεως· εἰς
 τε ἑνεματα πρὸς δηγμάτες
 ἐντέρων καὶ μήτρας καὶ δακ-
 τυλίς αἴμοδιον. Eius de-
 coctum infusione vulvas emol-
 lit: quin et ad intestinorum,
 vulvae, sedisque rationes,
 commode infunditur. H.

succus decocta¹ pori et meatus suaves facit. f. Althaeae in omnibus supra dictis efficacior radix: praecipue conuulsis ruptisque. Cocta in aqua aluum sifit. g. Ex vino albo strumas, et parotidas; et h. mammarum² inflammationes, et i. panos³ i. in vino folia decocta et illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, quamlibet perniciose tussi citissime medentur. Hippocrates vulneratis, 4 sitientibusque k. defectu sanguinis, radicis decoctae succum bibendum dedit: et ipsam vulneribus cum melle et resina: item 5 contusis, luxatis, tumen-

ti-

1. vrinae V. decoctae pótus halitus suaves. Alii. V. orisque meatus suaves, Alii. per meatus Ch. 2. inflationes. Ch. inflammationes tollit. 3. Panos in vi. fol. dec. et illita Eadem. V. 4. siccescentibusque V. 5. conuulsis. M.

e. Pori) Italibri editi cum Colb 1. At R. I. et Colb. 2. cum Ch. Permeatus. Vrinae credo meatum intelligit: nam vesicae utiles maluae caules esse prodidit Diose. I. c. οἱ κανδοὶ κύσεις φέλιμοι. H.

f. Althaeae) Plin. Valer. IV. 5. H.

g. Ex vino albo) Aut cum mulsa. Dioseor. Dal.

Ex vino) Dioseorid. III. 163. Εψηθεῖτα γὰρ ἐν μελιφατῷ η̄ οἰνῳ . . ποιεῖ πρὸς τελυματα, παρωτίδας, χοιράδας, ἀποσήματα, μαστες φλεγμανοντας, etc. H.

h. Mamarum) MSS. Inflammationes, quod fere idem valet: quum ex inflatione inflammatio fere consequi-

soleat. Th. Prisc in Gynaeciiis, siue Lib. III. I. Mammillas cum tensione tumentes vel dolentes, quod post partum mulieribus quam maxime enenire consuetuit, quas ex eo etiam grauis dolor inquietat, etc. Et mox: Si indignantia illa his minime potuerit prohiberi, et lactis aggregatio maximum feruorem locis incusserit, etc. H.

i. Panos) Abscessus. Dioseor. Dal.

Ex panos) Ita Galen, de fac. simpl. med. VI. p. 170. Πεπτικὴ Φυμάτων δυσπέπτων, panos difficiles concoquit, siue discutit. H.

k. Defectu sanguinis) Atrophia. Dal.

tibus, ¹ et musculis, ¹ neruis, articulis imposuit:
² et ^m asthmaticis ac dysentericis in vino bibendum
dedit. ⁿ Mirum, aquam radice ea ³ addita ad-
densari o. sub ⁴ dio, atque ⁵ lactescere. ^p Effic-
eior autem, quo recentior.

LXXXV. Nec ^q lapathum dissimiles effectus
habet. ^r Est autem ⁶ et silvestre, quod alii oxali-
dem

^s. et, in V. d. ². ut vis spasticis, dys. Ch. ³. ad-
dita in M. d. ⁴. diuo. Ch. ⁵. Intescere. V.
laetescere Quidam. id est, in latice verti. ⁶. et,
in M. d.

^l. Neruis) Ad neruos ar-
ticulosque vulneratos al-
thaeae radicem Galenus
commendat, κατὰ γένη III.
7. p. 729. H.

^m. Et asthmatis.) MSS. R. et
Colbe. Imposuit, ut supra:
spasticis, dysentericis, etc.
De dysentericis subscrribunt
Dioscor. III. 163. et Gale-
nus de fac. simpl. med. VI.
5. p. 170. H.

ⁿ. Mirum aquam radice ea
addita addensari sub dio at-
que lactescere) Multo etiam
fidelior hac in parte codex
noster, Mirum aquam radi-
ce addita ea addensari sub
dio, atque glaciecere. Theophrastus libro nono, capite
decimonono: Spinam enim
quamdam enarrant que
aquam, iniecta congelet: et
radicem althaeae posse adden-
sare aut, si tritam inieceris,
sub dioque bumorem posueris.
Quae Theophrasti verba in-
uenies a Dioscoride tralata

tertio eius libro, cap. de
Althaea. Pint.

Mirum) Diosc. III. 163.
Πήγυντι δὲ ἡ ἐρίσακη ὑδωρ,
μιγεῖσα λεῖα, καὶ συνεξα-
θειασθεῖσα. Accepit a
Theophr. ex Hist. IX. 19.
H.

^o. Sub dio) MSS. omnes,
sub diuo. H.

^p. Efficacior autem, etc.)
Nam peptica et malaetica
vis spatio temporis elan-
guescit. Dal.

^q. Nec lapathum dissimiles,
etc.) Non hoc dicit, Lap-
thum herbam esse silvestrem,
sed praeter sativum esse et-
iam aliud lapathi genus fil-
uestre. Quare melius legi-
tur adiecto, et. Est autem
silvestre. Gelen.

Nec) Hortense videlicet,
Dodonaei Lápathum sati-
vum, p. 637. Gallis, la Pa-
tience. H.

^r. Est) Id esse quod Gal-
licum vulgus oxalim adhuc
imi-

dem appellant, ⁱ sapore proximum, foliis acutis, colore betae candidae, radice minima: nostri s. vero ruminem t., alii lapathum v. cantherinum, ad x. strumas cum axungia efficacissimum. Est y. et alterum

i. Sic ex MSS. H. cons. Ch. satiuo pr. Gr. et Al.

imitatione Graeca nuncupat, aliqui ozellam, p. Ozeile: alii vinegam: e recentioribus herbariis plerique asseuerant: quibus ut assentiar, vehementer labore: quum absit ab ozellae foliis color betae candidae: sunt enim e nigro viridia. De hoc genere Diosc. II. 140. εἰ δὲ καὶ τέταρτον ἔιδος, ὁ ἔνιος ὀξαλίδα, η ἀναξυγίδα, η λάπαθον παλέσι. H.

s. Nostri) Quum in hortis sevirur. Sed et alii ruminem filuestre lapathum nominarunt: vt Plin. Valer. I. 38. H.

t. Ruminem) Supra c. 12. Lib. XIX. Lapathum satiuum rumex dicitur, non filuestre. Dal.

v. Lapathum cantherinum) Vt Columella Lib. I. c. 9. hexastichon hordeum cantherinum vocari ait, quod cantheriis, id est, equis pabulum detur, sic lapathum cantherinum hoc ruminis genus vocari probabile est, quod eo valde cantherii delectentur. In equis cantherii quod in porcis maiales, in oīum genere verueces. Lucilius, Penula, si quaeris,

Vol. VI.

cantherius, seruus segestre. Ut ilior mibi, quam sapiens. Romicem secundum, epitheto peculiari, auctor Moreti vocat. Dal.

Lapathum) Forte quod cantheriis, hoc est iumentis pabulo datur. Sic hordeum cantherinum vocat Columella, II. 9. pag. 55. quod et animalia quae ruri sunt melius quam triticum, et hominem salubrius quam malum triticum pascit. H.

x. Ad str.) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic consp.) Lapathum) Num mutata interpunkione legi in hunc modum oporteat, Lapathum cantherinum. Ad strumas cum axungia efficacissimum est et alterum genus fere, etc. Scrupulum Apuleius iniicit. Is enim c. 33. t. I. Si qua duritia in corpore: Herba oxylapathon, inquit, cum axungia vetere pisata, et cum pane domestico facta quasi malagma, et imposita mirifice sanat. Sed oxylapathon is pro oxalide acceptit haud dubie, quam et oxylapalin appellari prodidit Scholiares Nicandri in Ther. p. 39. "Οξαλίς, καὶ ὀξύ-

T

alterum genus fere, oxylapathon z. vocant, satiuo
idem similius, et acutiora habet folia ac rubriora,
non nisi in palustribus nascentes. Sunt a. qui
hydrolapathon tradunt in aqua natum. Est b. et
aliud hippolapathon maius satiuo, candidiusque,
ac spissius. Siluestria c. scorpionum ictibus me-
dentur,

i. Sic ex MSS. H. et M. id est. V. satiuo id quidem
similius, sed Alii V. item Gr. et vulgg.

οξυλάπαθης, καὶ ἀναξυγίς
καλεῖται. H.

y. Est et alterum genus fe-
re, oxylapathon appellant,
satiuo idem similius) Legen-
dum reor, feri, hoc est, sil-
uestris, non fere. Vetus
quoque codex item legit,
non idem. Pint.

Est et) Ita libri omnes:
nequidquam feri, hoc est,
siluestris, reponere tentante
Pintiano. Fere hoc genus
alterum recte a Plinio dici-
tur, quod sit nempe satiuo,
etiam quam illud quod est
proxime antea memoratum,
similius, affiniusque: vix ut
diuersi generis esse putas.
H.

z. Oxylapathon) Id ei no-
men ob acutiora folia datum:
ob id officinae nostrates La-
patium acutum nominant.
Grandem oxillam officinae
dicunt: vulgus Parellam,
Pareille. Lapathum silue-
stre seu oxylapathum Do-
donaei est, p. 637. H.

a. Sunt qui hydrolapathon.)
Integra et nihil mutata le-

ctione, quidam a Plinio si-
gnificari volunt lapathi
aquatici genus quarto loco
descriptum a Dodonaeo, in
nostris staguis frequens.
Dal.

Sunt) Hanc hippolapatho
congenerem herbam esse
nemo diffitebitur, quum
aquarum vernacula et ea sit,
ambaeque paludibus exsiliant: sed oleribus repudiatur.
Galen. de fac. simpl.
med. VII. p. 201. Ιππολά-
παθον, ἐν ἑλεσι γεννᾶται.
H.

b. Est) A folii amplitudi-
ne id nomen sortitur: "Ιπ-
πος enim in compositione
amplitudinem supra modum
designat. Hoc genus ple-
riique Rhabarbarum Mona-
chorum nominant, quod
eius radice rhabarbari loco
nonnulli vtuntur. Sic An-
guillara part. 7. pag. 110.
Pingitur a Dodonaeo p. 637.
H.

c. Siluestria) Seu semen,
seu radix decocta bibatur.
Diosc. II. 140. H.

dentur, et ferire prohibent habentes. Radix *d.*
aceto decocta *si* coletur, succus dentibus auxilia-
tur: si vero bibatur, morbo *e.* regio. Semen *f.*
stomachi *g.* inextricabilia vitia sanat. Hippolapa-
thi *h.* radices priuatim vngues scabros detrahunt.

T t 2

Dys-

1. feriri. *V.* 2. si colluantur succus. *V.*

d. Radix aceto decocta *si* coletur, succus dentibus auxiliatur) Scribe, Radix ace-
to decocta, *si* colluantur, den-
tibus auxiliatur, ex V. C.
Quae lectio fauorem ha-
bet Dioscoridem Lib. II.
de lapatho, sic prodentem:
*Decoctis in vino etiam ru-
micibus, in dolore dentes et
aures utiliter colluuntur.* Pintianus.

Radix) Si per vas aliquod
aut linteolum pauxillatum
stillatimque exprimatur. Vi-
de N. et Em. N. XXXV.
(hic pos.) *Radix)* Si colluan-
tur, aliqui legi malunt, ad
differentiam bibiti. Sequit-
ur enim, *Si vero bibatur,*
morbo regio. Fauere ei con-
iecturae Marc. Emp. videtur
cap. 12. p. 95. *Lapathi ra-*
dix, inquit, *in aceto acer-*
rimo coquitur, atque eo ace-
to dentes colluuntur, vel fo-
uentur. Plin. Valer. l. 38.
Agrestis lapathi, quod alii
rumicem dicunt, radix . . .
cum aceti cyathis quinque co-
cta, in ore acero tento, dolo-
rem dentium tollit. Diose.

quoque II. 140. Παρηγορή-
σι δὲ . . ὁδονταλγίαν ἐψη-
θεῖσας ἐν οἴνῳ, καὶ διαιλυ-
ζόμενα. Nihilominus
omnium exemplarium, quae
videre licuit, fidem sequutus,
nihil muto. Colari
enim radicis succum opor-
tere Plinius ait ad vtrum-
que medicamentum: siue
ad dentium dolorem lenien-
dum, quos eo collui neces-
se est: siue ad potum, re-
gio morbo pellendo Plin.
Val. II. 59. *Lapathi radices*
conteres ex vino austero, co-
labisque, et potui dabis: mi-
re auriginem tollit. H.

e. Morbo) Plin. Val. II.
59. et Diose. l. c. Item Afri-
canus in Geop. XII. 38.
p. 357. H.

f. Semen) Stomachi tan-
tum fastidia, ἀσην γομά-
χε, semine poto depelli
Diose. prodidit l. c. H.

*g. Stomachi inextricabilia
vitia sanat.)* Stomachi fasti-
dia, τὴν ἀσην. Diose. et
coeliacos affectus. Pint.

b. Hippolapathi) Plin. Val.
IV. 8. de lapatho. Scabros
vngues

Dysentericos *i.* semen duabus drachmis in vino ¹ potum liberat. Oxylapathi *k.* semen lotum in aqua caelesti, sanguinem reiicientibus adiecta acacia lentis magnitudine prodest. Praestantissimos *l.* pastillos faciunt ex foliis et radice, addito nitro et ² thure exiguo. In vsu aceto diluunt.

LXXXVI. Sed satium in epiphoris oculorum illinunt ³ frontibus. Radice *m.* ⁴ lichenas et le-

pras

- 1. optimum Ch.*
- 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Cor-
nar. iure Gr et Al.*
- 3. fronti et temporibus. V.*
- 4. radice meliceridas et lep. Gr.*

vngues sine iniuria detrahit. Theod. Prisc. I. 30. Scabiosos, veluti elephantiosos, si quis forte vngues babuerit ... lapathi agrestis radix in acetato cocta ei contrita curat. Et Diosc. II. 140. λεπράς, ὄνυχας λεπρές. H.
i. Dysentericos) Plin. Val. I. c. et Diosc. Πίνεται ὡφελίμως μεθ' ὑδατος ή οἴνῳ πρὸς δυσεντερίας. Galen. quoque de fac. simpl. med. VII. p. 201. H.

k. In aqua caelesti prodest sanguinem reiicientibus) Deleuit hic τὸ prodest Gelen. , vbi retinent Acad. Menep. Gud. transpositum, *sanguinem prodest reiicientibus*; non Vossiani duo: sed nec, vbi reliquit Sigismundus, in fine huius periodi membranae id vllae agnoscunt. Reète ut puto: modo τὸ reiicientibus mutes in reiicientes. Ita enim conceperat Plinius:

Dysentericos semen duabus drachmis in vino optime liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua caelesti sanguinem reiicientes, adiecta acacia, lentis magnitudine. Intelligitur enim ex praecedenti membro liberat. Et sic amat saepe Plinius verba lucrificare. Scripsimus etiam optimo, pro potum: nam et Voss. et Chift. optimum. Gron.

l. Praestantissimos pastillos) Ad scabiem, lepras, impetigines. Dal.

Pastillos) Τροχίσινξ Graeci vocant ab orbiculari forma. Pastilli medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino vel acetato incocta, quae a coctione rursus inaruerunt: quae quum vtendum sit, subinde eiusdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus illinuntur: non

pras curant. In n. vino vero decocta, strumas, et parotidas, et calculos: 1 Pota o. vino et 2 lienes il-

T t 3

lita,

i. Sic ex MSS. em. H. semine poto e vino Cornar.
poto vino et lienes, coeliacos Gr. et Al. 2. lienes
inlita coeliacos. Ch.

non autem imponuntur, vt
emplastrum. Ita Budaeus.
H.

m. Radice meliceridas et
lepras curant) Scribo, lichenas
et lepras, ex antiquo
exemplari, suffragante et
iam Dioscoride Lib. II. Sa-
nare, inquit, rumicum
omnium radices in aceto coctae,
crudeaque mox emplastri mo-
do impositae, lepras, impe-
tigines scabrosque ungues.
Sic enim melius legetur
quam vt Hermolaus castiga-
uit, qui pro cherias, vt antea
in codicibus excusis le-
gebatur, melicerias ipse sub-
stituit. Quod et si Diosco-
rides quoque scribat, tamen
accedenti ad alteram eius
sententiam, de antiquissimi
et emendatissimi codicis scri-
prura, nullus relinquitur du-
bitationis locus. Esse au-
tem lichenas Graece, quae
a Latinis impetigines dicantur,
apertius est quam vt
expositione egeat. Pint.

Radice meliceridas et lepras
curant) Agnosco meliceridas,
Lib. XXI. 20. extremo.
Psellus περὶ οὐρανῶν ὀνομά-
των τῷ ἐν νοσημασίᾳ Με-

λικηγίς, ἀπόσημα σώματι
χλιαρῷ ἔσινος. Sed hic
quatuor scripti Radice che-
rias; vt erat vulgo ante Her-
molaum Barbarum. Prin-
ceps liber: Radici licherias
et lepras curant. Forte li-
chenas Sic Lib. XXI. 19.
Lichenas et lepras et furfu-
res in facie emendant L. XXII.
22. Vrinam ciere praccipue
traditur, sanare lichenas et
lepras ex acero: ibidem Xe-
nocrates et lichenas et psoras,
radice iu aceto decocta tolli
dicit. Vbi Vossianus: Xe-
nocrates et lichenas, psoras,
lepras radice, etc. Vide
Lib. XXVI. 1. Monuerat
et Pintianus. Gron.

Radice) In MSS. R. I. 2.
etc. licherias male. Sed
vnde lichenas erui sincerius
a nobis intelligas, quam
ab Hermolao, ceterisque,
qui sunt deinde subsequuti,
meliceridas. Impetigines siue
lichenas radice lapathi cum
aceto decocta ad tertias, sa-
nari ait Marc. Emp. c. 19.
p. 129. H.

n. In) Plin. Val. IV. 8.
et Diosc. II. 140. H.

o. Poto vino et lienes)

Cum

lita, coeliacos aeques, et dysentericos, et tenesmos. Ad p. eademque omnia efficacius ius lapathi: ¹ et ructus facit, et vrinam q. ciet, et caliginem oculorum discutit: item r. pruritum corporis, in folia balnearum additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat s. et commanducata radix dentes. Eadem decocta cum vino, sistit aluum: folia t. ² soluunt. Adiecit ³ Solon (ne quid omittamus) bulapathon v., radicis tantum altitudine differens,

1. quod. V. 2. soluunt adiecto sale. Neque hic
omittimus. M. 3. Solo Ch.

Cum aceto, *Dioscor.* Legit Cornarius, Semine poto e vino lienes, etc. *Dioscorides* vero habet: silvestris (nempe mollis) et oxylaphi, oxalidis semen ex aqua aut vino bibitur contra dysenterias, coeliacos affectus, stomachi fastidia, etc. nulla lienis facta mentione. *Dal.*

Pota) Ita Colb. I. recte: non poto. *Marc.* *Emp.* 27. p. 194. *Herba oxylaphathos* cum semine suo arida, concreta et ex vino arido poto, magnum incontinentiae venoris praefstat remedium. *Plin.* *Val.* I. c. Radices ex aceto coctae et positae, duritiem lienis confringunt. Idecirco scilicet, et potari *Plinius* et *illini* voluit. H.

p. *Ad*) *Plin.* *Val.* ad verbum, IV. 8. H.

q. *Et vrinam ciet*) *Menses.* *Dioscor.* *Dal.*

v. *Item*) Ita *Diosc.* I. c. Πρεπένει δὲ καὶ μησμάς τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἐπαντλέμενον, ἢ λέγεω μηγνύσυσνον. Radicum decoctum pruritus corporis sedat, vice fotus affusum, aut in folia balnearum additum. H.

s. *Firmat*) Ita fere *Marc.* *Emp.* cap. 12. p. 92. H.

t. *Folig*) Lapathi folia pariter aluum soluere, semen vero sistere, scribit *Galen.* de theriaca ad Pis. 4. p. 935. H.

v. *Bulapathon*) Quodidem cum hippolapatho videtur, aut affine certe: Nam βές et ἵππος apud Graecos in compositione solam magnitudinem indicant: non similitudinem ullam cum bove; nisi ea forte utraque compositae vocis parte designetur: vt in βέγλωσσον, et βε-

rens, et *x.* erga dysentericos ¹ effectu, ² potae ex vino.

LXXXVII. (XXII.) Sinapi *y.*, cuius in *z.* satius tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum *3* sublime vis feratur, iudicavit, quoniam non aliud magis in nares et cerebrum penetret. Ad *a.* serpentium ictus et scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum *b.* venena discutit. Contra *c.* pituitam tenetur in ore, donec liquefaciat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur: ad *d.* vuam gargarizatur cum aceto et melle. Stomacho *e.* utilissimum

T t 4

1. efficacius. M. *2. Sic ex MSS. H. potum ex vino*
Gr. et Al. *3. in sublime. V.*

Βενέρως, linguae cornuque bubuli notatur effigies. H.

x. Et erga dysentericos effectu, potum ex vino) Ut intelligamus hoc quoque differre a reliquis lapathi generibus, quod peculiarem vim contra dysenteriam habeat. Gelen.

y. Sinapi) L. XIX. 54. H.

z. In satiis tria genera diximus) Lib. XIX. cap. 8. Dal.

a. Ad) Haec Plin. Val. ad verbum IV. 28. H.

b. Fungorum) Plin. Val. I. c. et Dioscorid. Εὐπ. II. 160. pag. 124. et in Alex. cap. 23. H.

c. Contra pituitam tenetur in ore) Mansum capitum pi-

tuitam elicit. ἀποΦλεγματίζει. Diosc. Dal.

Contra) Marc. Emp. c. 5. p. 45. Mellis et sinapis triti aequaliter mixtae partes tepefiunt: et humor multus e capite post longam gargarizationem deducitur. Sic Diosc. II. 184. ἀποΦλεγματίζει διαιματσηθὲν, commanducatum ad pituitam capitum elicendam valet. H.

d. Ad vuam gargarizatur, etc.) Ad tonsillas, diuturnaque et callosas arteriae scabritias succus mixtus cum mulsa gargarizatur. Dil.

Ad vuam) Plin. Val. I. 43. H.

e. Stomacho) Marc. Emp. 20. p. 150. H.

mum contra omnia vitia, pulmonibusque. Exscretiones faciles facit in cibo sumptum: datur et suspiriosis. Item f. comitalibus tepidum cum succo cucumerum. Sensus g., atque sternutamentis caput purgat, aluum mollit, menstrua et vrinam ciet. Hydropicis h. imponitur cum fico et cumino tu-

sum

i. imponitur cum fico et cumino, etc.

f. Item) Diosc. II. 184. In MSS. non *tepidum*, sed *comitalibus redi* legitur: unde *taediis* forsan legendum, ut Pellicerius in Not. MSS. monet. H.

Item *comitalibus tepidum cum succo cucumerum*) Vossiani duo *tepidus*; melior, *comitalibus tedis cum*. Lege, *taediis*. Sic vritur eo vocabulo Lib. XXIII. I. *utique ulcerum phagedenias at gangraenis tibiarumque taediis cum sale illinuntur*. L. XXIV. IO. *Succus bederae taedia narrum graueolentiamque emendat*. Lib. XXVI, I. *Causticis namque curabatur, nisi usque ad ossa corpus exustum esset rebellante taedio*. Eodem Lib. cap. 13. *Taminia quidem in aceto decocta etiam vestes eo taedio liberat*. Gron.

g. Sensus) Plin. Val. IV. 28. H.

b. Hydropicis) Celsus quoque III. 21. et ad hydropices crebrius imponi ventri sinapi iuber, donec eutem

erodat. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic consp.) *HydropicisHydropicis imponitur, cum fico et cumino rufum tribus partibus comitali morbo: vuluarum conuersione suffocatas excitat odore, aceto mixto*. Erroris admonuere scriptores duo: alter qui de hydropicis, alter qui de epilepticis, et vuluarum conuersione suffocatis eadem prodidere. Plin. Val. III. 12. de hydropisi: *Sinapi, inquit, et ficus et cuminum, aequis partibus rufa, ventri impununtur*. Cael. Aurel. Chron. I. 4. de epilepsia: *Articulos quoque omnes, inquit, ligatione constringentes, sternumento commoto ex aceto, naribus interius flato, cum sinapi . . . vel iis quae ad matricis praefocationes incendenda posuerunt*. H.

sum ¹ ternis partibus. Comitiali *i.* morbo, ² et vuluarum conuersione *k.* suffocatas excitat odore, aceto mixto: item *l.* lethargicos. Adiicitur *m.* tordylon. Est *n.* autem id semen ex seseli. Et *o.* si vehementior somnus lethargicos premat, cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto. Veteres *p.* dolores thoracis, lumborum, coxendi-

T t 5

cum,

i. ternis partibus comitiali morbo. Et vuluarum Gr.
et Al. *2.* Ex. V.

i. Comitiali) Diosc. II.
184. Επιληπτικοὶ τε βοηθεῖ, καὶ ύσερπως πνιγομένους διεγείρει. H.

k. Conuersione) Strangulatu. Diosc. Dal.

l. Item) Cels. III. 20.
Principueque proficit, et ad excitandum hominem, naribus admotum, et ad morbum ipsum depellendum, capiti frontiue impositum finapi. Quin et in sopore qui ex vuluae conuersione oritur, finapi iubet idem, IV. 20. superimum ventrem tertio quoque aut quarto die imponi, donec corpus rubeat. H.

m. Adiicitur) Diosc. III.
63. Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σέσελι Κρητικὸν καλοῦσι. Eiusdem nominis fuerit, cum ipsa herba, semen id quod ex ea prodit. De Cretico seseli sive tordylio, dictum est superius, f. 18. "Ορδυλον a Nicandro dicitur in Theriac. p. 60. Additum a Diosc. articulum ut Tōρ-

δυλον diceret, a Nicandro neglectum, ait Auguillara, parte. 5. p. 91. H.

n. Est autem id semen ex seseli) Tordylium quidam Creticum seseli vocant. Diosc. Dal.

o. Et si vehementior somnus) Vox somnus non est in optimo conspicua. Ut suspicer eam insertam, postquam vocabulum praecedens sic corruptum edi coepisset; Plinio autem fuisse: *Et si veterinus lethargicos premat.* Gron.

Et si) Diosc. II. 184. Καὶ ἐπὶ ληθαργιῶν παταπλάττεται ἔνηθείσης τῆς οὐφακῆς. Quin et lethargicorum capiti derafo illinitur. Plin. Val. IV. 28. Ajunt et lethargos excitari, si pedes eorum simul tritis finapi et ficu arida perfricentur. H.

p. Veteres) Et hic quoque ficos admisceri vult Diosc. I. c. Μιγὲν δὲ σύνοις, καὶ ἐπιτεθέν ἄχρι φοι-

cum, humerorum, et in quacumque parte ¹ corporis ex q. alto vitia extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat, pustulas faciendo. ² At in magna duritia sine fico impositum: vel si vehementior ³ ustio timeatur, per r. duplices pannos. Utuntur s. ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases t., ⁴ lithanicos v., opisthotonicos. Inungunt x. quoque scabras genas, aut ⁵ caligantes

¹. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. in quacunque corporis Gr. et Al. ². Ad magnam duritiem. M.

³. Sic et Ch. virgo Gr. et Al. ⁴. tetanicos. ⁵. calig. oculi succo cum melle, qui tribus modiis (sub. seminis) exprimitur, et in fictili deinde Sole modice crassescit. Exit et e caul. suc. lactescens, qui ita, etc. partim ex Manusc. partim e coniectura. Manuscr. habent, oculos melle, succoque tribus modiis, etc. deinde, succus latens ei ne. cui ita, etc.

Φονίζεως, ἀρμόζει ιεχιάδας, σπλῆνας, καὶ παθόλου εἰς πᾶν χρόνιον ἀλγημα. Plinius quoque tacite sicum subintelligit hic adhibendam: quum proxime sequatur, At in magna duritia, sine fico. MSS. omnes paucilo post ustio, non, ut editi, virgo exhibent. H.

q. Ex) Quum ex alto in summam cutem euocare humores animus est, translato scilicet in extimam partem morbo interius latente: ὅπου μετάγειν τι ἐν τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν βελόνεθα, τῷ τῆς ἑτεροπαθείας λόγῳ. Diosc. II. 184. Hanc curationem medici sinapisum vocant:

cuius vis huiusmodi est, ut quemadmodum Caelius Aurelian. loquitur II. I. corpus valeat papulare lacefendo, hoc est, pustulas facere. H.

r. Per duplices pannos) Inter duplicatum pannum. Dal.

Per) Supra, vel per duplicatum pannum. H.

s. Utuntur) Diosc. I. c. H.

t. Phthiriases) Q. Seren. c. 6. de phthiriasi arcenda p. 128. Saepius ergo decet mordax baurire sinapi. H.

v. Lithanicos) Ita libri omnes. Alii tetanicos: ego lichenas malim. H.

x. Inungunt) Diosc. II. 184. H.

tes oculos cum melle. Succusque ^{y.} tribus modis exprimitur in fistili, calefcitque in ¹ eo Sole modice. Exit ^{z.} et e caulinco succus lacteus, qui ita quum induruit, dentium dolori medetur. Semen ^{a.} ac radix, quum immaduere musto, conterruntur, manusque plena mensura sorbentur ad ² firmandas fauces, stomachum, oculos, caput, sensusque omnes: mulierum etiam lassitudines, ³ saluberrimae ^{b.} genere medicinae. Calculos quoque discutit potum ⁴ in aceto. Illinitur ^{c.} et liuoribus suggillatisque cum melle et adipe anserino, aut cera Cypria. Fit ^{d.} et oleum ^e ex eo semine madefacto in oleo expressoque, quo vtuntur ad neruorum rigores, lumborumque et coxendicu perfictiones.

LXXXVIII. Sinapis ^{e.} naturam effectusque eosdem habere traditur adarca ^{f.}, inter ^{g.} filuas tacta,

- | | | |
|----------------------------------|---------------------------------|-----------------------------|
| ^{1.} eo in Sole Gr. | ^{2.} confirmandas. Ch. | ^{3.} Sic |
| et Cb. saluberrimo Gr. et Al. | | ^{4.} Sic ex MSS. |
| H. conf. Ch. ex aceto Gr. et Al. | | ^{5.} Sic et Ch. ex |
| | semine Gr. | |

^{y.} Succusque) E semine, radice, caulinco. De succo eo, qui debet in fistili a Sole calefcere, Diosc. I. c. H.

^{z.} Exit e caulinco succus lacteus) Falsum hoc: non enim planta haec lacteum succum fondit. Dal.

^{z.} Exit) Plinius Val. ad verbum, IV. 28. Est et alius succus qui caule colligitur: hic quum expressus fuerit, lacteum facit guttam; utilem dentibus, si in dolore illiniatur. H.

^{a.} Semen) Plin. Val. I. c. totidem verbis. H.

^{b.} Saluberrimae) Sic MSS. omnes H.

^{c.} Illinitur) Iisdem verbis Plin. Val. III. 47. H.

^{d.} Fit) Plin. Val. ad verbum IV. 28. H.

^{e.} Sinapis naturam, etc.) Lege, Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur Adarci instar salis coacta, in cortice calamorum nascens. Salmal. 1301. a.

^{f.} Adarca) Hoc est L. XVI.

tacta, in cortice calamorum sub ipso coma nascente.

LXXXIX. Marrubium *h.* plerique inter primas herbas commendauere, quod Graeci prasino vocant, alii linostrophon, nonnulli philopaeda, aut philochares, notius quam ut indicandum sit. Huic folia semenque contrita prosunt contra *i.* serpentes, pectorum et lateris *k.* dolores, tussim veterem. Et *l.* iis qui *m.* sanguinem reiecerint, ex-

angione *uella* *i.* reiiciunt, *M.*

XVI. quo silvestrium arborum naturae pertractuntur, obiter indicata ibi, s. 66. in arundinum tractatione, circa quas adarca nascitur. *H.*

g. Inter silvas tacta, etc.) Lib. XVI. cap. 36. quo tractantur arbores in silvis nascentes. Inepte Plinius et illic et hic ardacen inter plantas memorat. Vide supra cap. 36. Lib. XVI. et infra cap. 10. Lib. XXXII. circa finem. *Dal.*

b. *Marrubium*) Diosc. in Noth. p. 457. Πράσιον, οἱ δὲ εὐπατώρειον οἱ δὲ Φιλοχαρεῖ . . . Ρωμαῖοι μάρροις βιουμ. nostris, du *Marrube.* *H.*

i. Contra) Et sane in theriacae compositionem adsciscitur marrubium virens, ab Andromacho apud Galen. de ther. ad Pison. I. 7. p. 939. *H.*

k. Lateris) Sic Diosc. III.

119. Apul. 45. *I.* ad tussim grauem: Herbam marrubium decoques ex aqua, et dabis bibere eis qui grauiter tussiunt: mire sanat. Et Q. Serenus, cap. 35. p. 148. Praeiuit omnibus Cels. IV. 4. qui ad tussim veterem iubet porri vel marrubii succum assumi. *H.*

l. Et iis) Plin. Val. I. 64. Ad exscrectionem cruentram . . . Mariubii quoque scopae cum pane, (ex Plinio nostro scribe, cum panico,) decoquuntur: aequo ex aqua bibuntur. Marcell. Emp. c. 16. p. 119. Marrubii viridis fasciculum, et ambrosiae fasciculum . . . postea decoque ad crassitudinem mellis: ex eo vteris iejunus . . . ad sanguinis reiectionem sedandam, et stomachum confirmandum. *H.*

m. Qui sanguinem reiecent) Tabidis. Diosc. *Dal.*

mie vtile, scopis *n.* eius cum panico aqua decoctis, vt asperitas succi mitigetur. Imponitur o. strumis cum adipe. Sunt qui viridis semen quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei et salis, ¹ sorbere ieiunos ad tussim iubeant. Alii *p.* nihil comparant in eadem causa marrubii et feniculi succis ad sextarios ternos expressis, decoctisque ad sextarios duos, ² tum addito mellis sextario, rursus decocta ad sextarios duos, si cochlearii mensura in die sorbeatur in aquae cyatho. Et *q.* virilium vitiis tuisum cum melle mire prodest. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, conuulsis, spasticis *r.* neruis salutare. Potum aluum soluit cum sale et aceto. Item *s.* menstrua et secundas mulierum. Arida *t.* farina cum melle ad *v.* tussim sicciam efficacissima est.

1. sorberi ieiunis. *M.* et *Ch.* *2. Sic ex MSS. em.*
Hard. conf. Ch. cum add. Gr. et Al.

n. Scopis) Fasciculis manualibus. *Dal.*

Scopis) Consentit cum *Dal.* *H.*

o. Imponitur) Marcellus Emp. c. 15 p. 109. Apul. c. 45. tit 8. *Ad omnem duritiam: Herba marrubium rufa cum axungia, et imposita, mire sanat.* *H.*

p. Alii) Ita fere Marcell. Emp. cap. 16. p. 116. sq. *H.*

q. Et virilium vitiis, etc.) Folia cum melle illita, sordida ulcera purgant, nomen fistunt. *Diosc.* *Dal.*

Et vir.) Hulceribus sordi-

dis genitalium. *Dioscor.* III. 119. *H.*

r. Spasticis) Contractis ac rigentibus. *Apuleius*, c. 45. *t. 9. Si quis ab opere lassus inciderit in languorem, et neruorum babuerit dolorem et spasmum: herbae marrubii succo cum oleo rosaceo permixto perunges eum; sine mora sanabitur.* *H.*

s. Item) *Dioscor.* I. c. et *Q. Serenus* cap. 35. p. 148. ex ed. *Pithoei.* *H.*

t. Arida) *Dioscorid.* I. c. *H.*

v Ad tussim sicciam efficacissima est) Ob humoris crastinem. *Dal.*

est. Item ad gangraenas *x.*, et pterygia. Succus *y.* vero auriculis, et naribus, et morbo *z.* regio, minuendaeque bili cum melle prodest. Item *a.* contra venena inter pauca potens. Ipsa *b.* herba sto-

x. Gangraenas et pterygia) Cancrum esse gangraenam putat Nonius, quamuis eas aegritudines medici distinguant. Lucil. Lib. I. Sat. — serpere viti gangraena malum atque Herpes ita posset. Varro περὶ ἔξαγωγῆς, Non vituperamus, cum sciamus digitum praecidi oportere si ob eam rem gangraena non sit ad brachium ventura. Idem Lib. II. de vita Pop. Roman. metaphorice: Quo facilis animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangraenam sanguinolentam permeasse, nempe morum labem et corruptionem. Dal.

Et pter.) Celsus, VI. 19. In digitis recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit: πτερύγιον Graeci appellant. Sunt ab his diuersa πτερύγια τὰ ἐν ὄφ. Θαλμοῖς vngues in oculis orientes: de quibus idem Celsus VII. 7. *Vnguis vero, quod πτερύγιον Graeci vocant, est membranula neruosa, oriens ab angulo, quae nonnumquam ad pupillam quoque peruenit, eique officit. Saepius a naritur, interdum*

etiam a temporum parte nascitur, etc. De priore πτερύγιον genere, τὰ ἐν δακτύλοις hic locus accipiendus est. Concinit Plinio Diosc. III. 119. H.

y. Succus) Dioscor. l. c. Galen. quoque de fac. simpl. med. VIII. p. 221. H.

z. Morbo regio) Naribus morbum regium purgat. Diose. Dal.

a. Item) Contra aconita, Nicander in Alex. p. 130. Diosc. Euπ. II. 137. p. 120. Apul. c. 45. tit. I. Contra venenum, si quis sumfit: Herbae marrubii succum dabis ex vino vetere, etc. H.

b. Ipsa) Vide N. et Em. N. XXXVII. (paulo post) et Apuleium adi, cap. 45. tit. 2. Ad stomachi dolorem: Herbae marrubii succus potus, etc. *Ipsa)* Prius legebatur, pectoris purgat. Cum iride et melle urinam ciet. Vitiosam hanc interpunctionem esse Dioscorides admonuit, cuius haec verba III. 119. de marrubio agentis: Ἀνάγει τὴν πάχος ἐν θώρακος, ἵστος ἔηρας μιγείσης. Crassam quoque pituitam pectori contentam, admixto iride

stomachum et ¹ exscretiones pectoris purgat, cum iride et melle. Vrinam ciet: Cauenda c. tamen exhulceratae vesicae, et renum vitiis. Dicitur d. succus et ² claritatem oculorum adiuuare. Castor e. marrubii duo genera tradit: nigrum, et quod magis probat, candidum. In f. ouum inane succum additis, ³ ipsum quum infundit melle aequis portionibus, tepefactum; vomicas g. rumpere, purgare, persanare promittens: illitis h. etiam vul-

*1. Exscretiones pect. purgat cum iride et melle vrinam
Gr. et Al. 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch.
succus clarit. Gr. et Al. 3. ipsumque infuso melle,
etc. persanare promittit: illinit etiam vulnera a
cane facta tufo. V.*

de sicca, exscretione purgat.
H.

c. *Cauenda*) Dioscor. III. 119. Κύστη μέν τοι καὶ νευροῖς ἀθετεῖ. H.

d. *Dicitur*) Cum vino et melle inunctus. Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. VIII. p. 221. Oleo quoque in quo marrubii folia manduerint. Theod. Prisc. I. 10. de oculorum causis. H.

e. *Castor*) Hoc etiam Di- scorid. l. c. hoc et Theophr. Hist. VI. 2. hoc alii faciunt. Πράσιον candicans a Diosc. describitur III. 119. Μέλαν πράσιον, quod nigrum est Castoris marrubium, βαλλώτη etiam Graece dicebatur: de qua Diosc. idem l. c. c. 117 βαλλώτη, οἱ δὲ μέλαν πράσιον παλέστι. Nigri marrubii formam ac-

vires persequitur vberius paulo Plin. XXVII. 30. Huius iconem Dodonaeus exhibet pag. 90. Candidi Matth. in Diosc. III. p. 828. Vtrumque in horto Regio vidimus. H.

f. *In ouum*) Marc. Emp. hoc medicamentum ita di- gerit cap. 17. p. 125. Ouum incoctum in calycom defun- ditur, et testa eius suco mar- rubii impletur, et in ipsum calycom defunditur, et mel- lis optimi despumati tantum- dem: omnia haec in se per- miscentur, ac tepefacta bau- riuntur: miro modo vomicas rumpunt, et ad sanitatem la- borantem stomachum perdu- cunt. H.

g. *Vomicas rumpere*) In- ternos abscessus. Dak.

h. *Illitis*) Ad verbum haec

vulneribus a cane factis ¹ tufo cum axungia veteri.

XC. Serpyllum a k. serpendo putant dictum. Quod l. in silvestri euenit, in petris maxime. Satium m. non serpit, sed n. ad ² palmae altitudinem increscit. Pinguius o. voluntarium, et candidioribus foliis ramisque, aduersus p. serpentes efficax, maxime q. cenchrin, et scolopendras terrestres

ac

1. tufum cum ax. vetere, Cb. 2. palmi Gr. et Al.

haec Plinius Valer. III. 51.

H.

i. Serpyllum) Et Graece ἔρπυλλος ὀπώ τῷ ἔρπειν inquit Diosc. III. 46. quoniam radicatur, quacumque sui parte terram attingit. H.

k. A serpendo putat dictum) A serpendo putant dictum, quod in satiuo euenit in petris maxime. (a maceriis demissum prolixius crescit. D.) silvestre ac voluntarium non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. Satium origano simile foliis ramisque, sed candidioribus. Dioscor. Dal.

l. Quod) Et illud serpyllum vulgare repens, quod a Clusio pingitur Hist. rar. plant. III. p. 359. visum a nobis in horto Regio. H.

m. Satium) Ut Theophr. Hist. VI. 7. sic etiam Plinii satium serpyllum, siue hortense, non aliud est quam silvestre Dioscoridis in hor-

tis satum, vt ante nos Matthiolus, etsi paulo obscurius, animaduertit in Diosc. III. p. 725. Vt intelligas temere Dalecampium Censoriam animaduersionem hoc loco in Plinium distinxisse, perinde ac si satiuo silvestrisque serpylli formam imprudenter miscuerit. H.

n. Sed ad palmi altitudinem increscit) Parui: nimis ad quatuor digitorum, siue trium pollicum altitudinem. Dal.

Sed) Ita recte Colb. 2. non palmi, vt editi: vel palmum, vt alii MSS. H.

o. Pinguius) Illud ipsum, quod in hortis seritur, quum sponte prouenit: quamobrem silvestre, vt diximus, a Diosc. appellatur. H.

p. Aduersus) Diosc. III. 46. Καὶ πρὸς ἔρπετὰ πινόμενος τε καὶ παταπλασσόμενος. H.

q. Maxime) Genus id serpentis est, quod et νεγχεῖδιον

ac marinas, et scorpiones, decoctis ex vino rami foliisque. Fugat *r.* et odore omnes, si *z.* vratatur. Et *s.* contra marinorum venena praecipue valet. Capitis *t.* doloribus decoctum in aceto illinitur *tt.* temporibus ac fronti cum rosaceo. Item *v.* phreneticis, lethargicis: contra *x.* tormenta, et vrinae *z.* difficultates, anginas, vomitiones, adrachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur et ad *y.* iocinerum *4.* *z.* desideria. Folia *a.* obolis quatuor dantur

z. Sic ex MSS. *H.* cons. *Ch.* vino Gr. et *Al.* urentur. *Ch.* *3.* difficultates. *Ch.* *4.* ardores, phlegmonas. *Diosc.* dolores. *V.* desiderium. *Ch.*

διον *Diosc.* in Ther. nominat, c. 22. Pluribus hunc maculis variatam tingere aluum *Lucanus* docet IX. 713. quae quoniam milii seminibus similes sunt, quam frugem Graeci *κέρχεον* vocant, nomen hoc serpenti fecerunt. *H.*

r. Fugat) *Plin.* *Val.* IV. 38. *H.*

s. Et contra marinorum venena, etc.) Consentit cum *Hard.* *Dal.*

Et contra) Leporis mari-
ni, draconis, paitinaceae. *H.*

t. Capitis) *Diosc.* III. 46, *Plin.* *Val.* I. c. et *Apuleius* cap. 99 tit. 1. ambo iisdem verbis. *Scrib.* *Larg.* *Comp.* *med.* cap. 1. Ad capitis dolorem. *H.*

tt. Illinitur temporibus) *Kos-*
Vol. VI.

ταβεξεται *Dioscor.* affunditur. *Dal.*

v. Irem) *Diosc.* I. c. *H.*
x. Contra) *Diosc.* et *Plin.* *Val.* II. cc. *Marcell.* *Emp.* c. 27. p. 196. *Serpulum ad ad pondus victoriati argenteum tritum bene valenti ex vino, febriculento ex aqua porui datum, omnes ventris dolores sedat.* *H.*

y. Ad) Ad ea omnia, quae iecur desiderat, quae opus habet. Sic oris desideria dicit idem XXII. 50. Thoracis praecordiorumque desideria, XXVII. 109. Corporum desideria superius XI. III. Ad iocineris inflammations prodeesse serpulum scribit *Diosc.* I. c. *H.*

z. Desideria) Ardores, phlegmonas. *Diosc.* *Dal.*

a. Folia) *Plin.* *Valer.* IV. 38. *H.*

tur ad lienem ex aceto. Ad b. cruentas exscretiones teritur in cyathis duobus aceti et mellis.

XCI. Sifymbrium c. silvestre a quibusdam thymbraeum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod d. in riguis nascitur, simile nasturtio e. est. Vtrumque f. efficax aduersus aculeata.

b. Ad cr. Plin. Valer. I. c. H. sib. serpyllum. serpyllum. Dioſc.

b. Ad cr. Plin. Valer. I. c. H. sib. serpyllum. serpyllum. Dioſc.

Sifymbrium silvestre a quibusdam) Sifymbrium a quibusdam appellatum silvestre serpyllum. Dioſcorid. Apud Aristophanem sifymbrio sponsi coronantur hilaris alioqui, et nuptiarum expectatione laeti, unde νυμΦίων βίος, solutus et voluptarius, νυμεῖς μὲν ἀγρα ζῆτε νυμΦίων βίον. Rhod. cap. 24. L. XXVIII. Dal.

Sifymbrium) A quibusdam serpyllum silvestre appellatum, inquit, Dioſcor. II. 155. Σισύμβριον, οἱ δὲ ἐρπυλλον ἀγρειον παλέσιν. Theophrastum, credo, indicat, qui hift. VI. 7. ἐρπυλλον ἀγρειον in montibus ait θυμφρεῳ nasci, thymbrae similem: atque inde thymbraei appellatio sifymbrio indita. Sifymbrium

est hortense Matthioli, in Dioſc. II. p. 485. H.

d. Quod) Hoc sifymbrium Dioſcoridis alterum II. 156. Σισύμβριον ἔτερον . . . ἐνδρός εἰς πόα. Prius enim in culto solo oritur; ἐν χερσοῖς Φύεται. Aquaticum a Dodonaeo pingitur, p. 97. idem sifymbrium silvestre Matthioli in Dioſcorid. II. p. 486. Mente sauvage, quoniam silvestris mentae genus est. H.

e. Simile nasturtio est) Guſtu, Dioſc. Dal.

Simile) Nasturtium guſtu repreſentat, atque idcirco cardaminen vocant, inquit Dioſc. II. 156. Καρδαμίνην ἐνιοι λέγοσι, διὰ τὸ ἐοινένα παρδάμω τὴν γεῦσιν. H.

f. Vtrumque efficax) Prius, Dioſc. Dal.

Vtrumque) Hoc de solo priore quod in secco nascitur, Dioſcorides prodidit, qui concisae nimium breuitati studens, multa praetermisit. H.

animalia, ut crabrones, et similia. Quod g. in seco ortum, odorum est, et inseritur coronis, angustiore h. folio. Sedant i. vtraque capitinis dolorem. Item epiphoras, ut Philinus tradit. Alii panem addunt: alii per se decoquunt in vino. Sanat k. et epinyctidas, cutisque l. vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus impositum, diebusque detraictum. Vomitiones m., singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet, siue in cibo sumptum, siue succo potum. Non edendum grauidis, nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum eiicit. Mouet n. vrinam cum vino por-

Vv2 tum;

i. Sic ex MSS. em. Hard. cons. V. epiph. ut Plinius tradit. Ch. corrupta, sed ex qua lectione illa Veteris confirmetur. Epiphoras. deleteris, ut Philinus Gr. et Al.

g. Quod in seco ortum, etc.) Quod in seco ortum mentae hortensi simile est, odoratus, latiore folio, et coronis inseritur. Dioscor. Dal.

Quod) Hortense Matthioli sifymbrium, ut diximus: quod, quemadmodum Dioscorid. ait l. c. foliis latioribus est, quam mentahortensis, odoratus idem, et coronis inseritur. H.

b. Angustiore) Quam quod in riguis nascitur. H.

i. Viraque capitinis) Prius Diosc. idque folio fronti et temporibus illito. Dal.

Sedant) Hoc de solo priori rursum Dioscorid. II. 155. sed negligentius, ut opinor: Τα δέ Φύλλα επιπλάσσεται πρὸς κεφαλαλ-

γίαν κατὰ τῶν αροτάφων καὶ τὰ μετώπα. H.

k. Sanat) Hoc vero de solo posteriore siue aquatico, Diosc. II. 156. Ἀπομαθαί-
γει δὲ καὶ Φακές καὶ ἐΦη-
λιν καταπλασθέντα δι' ολῆς
τῆς νυκτὸς, ἐωθεῖν δὲ ἀπο-
κλυσθέν. H.

l. Cutisque vitia) Ephelidas, maculas sole contractas, et lentigines in sole contractas, et lentigines in facie. Dioscorides mulierum, non addit, atque id de posteriore. Dal.

m. Vomitiones) Haec de priore pariter, quod in seco oritur, Diosc. II. 155. Galen. de fac. simpl. m. VIII. p. 229. H.

n. Mouet vrinam cum vi-
no potum) Vtrumque et mox,
filue-

tum; silvestre o. et calculos. Quos p. vigilare opus sit, excitat infusum capiti cum aceto.

XCII. Lini semen cum aliis quidem in usu est: et q. per se mulierum cutis r. vitia emendat in facie. Oculorum faciem succo adiuuat. Epiphoras cum thure, et aqua, aut cum myrrha ac vi-
no sedat: parotidas t. cum melle, adipe, aut ce-
ra: stomachi 3 solutiones inspersum polentae mo-
do: anginas v. in aqua et oleo decoctum, et cum
aniso

v. ejicit. V. 2. cum melle aut adipe Gr. et Al.
3. dissolutiones. Dal. ut paulo ante.

silvestre, prius. Dioscorid.
Dal.

Monet) Hoc de utroque etiam Dioscor. prodit, II. p. 155. 156. Marc. item Empir. cap. 26. p. 180. et Apul. cap. 105. t. I. *Ad vesicae dolorem, et stranguriam: Herbae sisymbrii con- triti exceptos succos uinciis duabus . . . ex vino potui da- to, etc.* H.

o. Silvestre) Illud silue-
stre, quod in sicco oritur,
Diosc. II. 155. H.

p. Quos vigilare opus sit) Somnolentos, veterinosos, lethargicos. Dal.

Quos) Adstipulatur. H.

q. Et per) Sine villa ad-
mixtione rei cuiuscumque:
quo sensu per se usurpatur
a Scribonio Largo Comp. 2.
10. 19. 23. 189. etiam et
Comp. 108. *Vomitus per se*
factos, id est, sponte. H.

r. Cutis vitia emendar) Ephelidas, et varos, crudum illitum cum nitro et fi-
co Dioscor. Dal.

Cutis) ΕΦήλεις etiam, hoc est, vitia cutis in facie ab insolatione Dioscor. II. 125. H.

s. Epiphoras cum thure) Omnem inflammationem cum aqua, melle, exiguo oleo, aut cum melle cocto. Dioscor. Dal.

Epiphoras) Omnem inflam-
mationem Dioscor. l. c. H.

t. Parotidas) Iisdem ver-
bis Plin. Valer. l. 13. At pro melle lixiuum Diosco-
rides adhibet, l. c. σὺν κο-
νίᾳ. H.

v. Anginas) Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic pos.)
Ang.) In MSS. ubique, vti monimus, hoc loco *anefo* pro *aniso* scribitur. Sed anethum legerunt, Marcell.
Emp.

aniso illitum. Torretur, ut aluum fissat. Coeliacis x., et dysentericis imponitur ex aceto. Ad iocineris dolores estur cum vua passa. Ad y. phthisin utilissime e semine fiunt ecligmata. Musculorum, nervorum, articulorum, ceruicum z. duritas, cerebri a. membranas mitigat farina semenis, nitro, aut sale, aut cinere additis. Eadem cum

Vv 3

t. ceruicis Vett.

Emp. cap. 15. p. 106. Lini semen, inquit, et anethum, cum sale: et oleo, et aceto decoctum, bene contra faucium dolores gargarizabitur. Et p: 108. ad fauces curandas rursum anethum adhibet. Et Plin. Val. I. 52. cui lemma inscriptum, Anginae mendendo: Lini semen, inquit, et anethum in oleo et aqua decoctum ad tertias, imponitur: acetum item et sal gargarizetur. Et cap. 45. de tonsillarum vitio: Lini semen, inquit, et anethum in oleo et aqua decoctum imponitur, et acetum gargarizatur. H.

x. Coeliacis) Dioscor. II. 125. H.

y. At phthisin) Plin. Val. I. p. 63. Quid sit phthisis ex Celso disces III. 22. Tertia est, inquit, longeque periculosisima species tabis, quam Graeci Φθίσιν nominaverunt. Oritur fere a capite; inde in pulmonem defillat: huic exbulseratio ac-

cidit: ex hac febricula leuis fit quae etiam quum quieuit, tamen et repetit. Frequens ussis est, pus exscreatur, interdum cruentum aliquid. Quidquid exscreatum est, si in ignem impositum est, malis odoris est. Educi ea quae pectori intus haerent, eo ecligmate etiam Diosc. affirmat l. c. Et Theophr. Prisc. II. p. 2. cap. 10. de empyricis: Eclegmate utor, quod ex lini semine frixo, cum nucleis et melle despumato conficitur. H.

z. Ceruicum) Rigorem. Marcell. Emp. c. 18. p. 127. Farina lini semenis addito nitro ex vino calido, in modum malagmatis temperatur, et imponitur: ceruicum doleri statim medetur. H.

a. Membranas mitigat) Inflammatas. Dal.

Cerebri) Inflammatas. Inde est quod ad dolores capitis puerorum lini semen tritum ex aqua commendat Marc. Emp. c. I. pag. 88. Et

ficoⁱ idem concoquit ac maturat. Cum *b.* radice vero cucumeris silvestris extrahit quaecumque *c.* corpori inhaereant. Sic *d.* ² et fracta ossa. Serpere *e.* hulcus in vino decocta prohibet, eruptiones *f.* pituitae cum melle. Emendat vngues scabros cum *g.* pari modo nasturtii: ³ testium *h.* vitia et ramicos cum resina et ⁴ myrrha: et gangraenas ex aqua. Stomachi dolores cum feno Graeco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa. Intestinorum et thoracis perniciosa vitia, clystere in oleo, ⁵ aut melle.

XCIII. Blitum *k.* iners *l.* videtur ac sine sapore, aut acrimonia vlla. Vnde conuicium feminis

- i.* et idem. *M.* totidem. *V.* item. *Dal.* ² effracta. *Ch.*
- 3.* Sic et *M.* et testium *Gr.* et *Al.* ⁴ murrha *Gr.*
- 5.* Sic ex MSS. *H.* conf. *Ch.* oleo et melle *Gr.* et *Al.*

Et phreneticorum, iquibus iugis insomnias est ex meningis tensione, succo lini seminis irrigari articulos praecepit Theodor. Prisc. II. p. I. c. **2.** *H.*

b. Cum rad.) Ad verbum haec Marc. Emp. cap. 34. p. 233. et Plin. Val. III. 49. *H.*

c. Quaecumque) Aculeos, spicula. *H.*

d. Sic et MSS. R. Colb. *Ch.* sic effracta. *H.*

e. Serpere) Plin. Val. III. 22. pariter in vino decocta. Marc. Emp. cap. 4. p. 42. ex melle adposita. *H.*

f. Eruptiones) Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. *H.*

g. Cum pari) Adiicit Diocorid. II. 125. et parem etiam mellis mensuram. *H.*

b. Testium) Marc. Emp. cap. 33. p. 228. Farina lini seminis, cum resina et myrrha pari pondere permixta, et imposta testiculis, dolori ac tumor eorum subuenit. Sic etiam Plin. Valer. II. 42. Adde et Th. Prisc. I. 25. ad veretri dolores. *H.*

i. Stomachii) Plin. Valer. iisdem verbis II. 15. *H.*

k. Blitum) Ad verbum haec Plin. Val. IV. 9. Gallis Blattes, ou Betes. Iconem apud Lobelium vide in Obss. p. 125. In Narbonensi Gallia Turgon vocant, inquit Ruellius II. p. 356. *H.*

nis *m.* apud Menandrum faciunt mariti. Stomachο *n.* inutile est. Ventrem *o.* adeo turbat, ut cholera faciat aliquibus. Dicitur *p.* tamen aduersus scorpiones potum e vino prodesse, et clavis pedum illini: item lienibus, et temporum *q.* dolori, ex oleo. Hippocrates *r.* menstrua *s.* sibi eo cibo putat.

XCIV.

i. cieri. Ex Hipp. *l.* II. de diaet. Ch.

l. Iners videatur ac sine sapore) Εὐηθὲς, εὔτελες, μωρὸν λάχανον. Dal.

m. Vnde conuitum feminis, etc.) Βλιτάδες eae dicuntur, εύτελεῖς Plauto luteae, et bliteae, a luto et blito. Catullus: Non affis facies, o blitum lupanar, id est, meretrix fatua Scalig. in Varr. Plautus in Trucul. Lutea contemptissima, nullius pretii, e luto facta. Βλάξ, stolidus, ineptus, insulsus. Βλιτας γυνὴ Suidae iners, stupida, fatua. Βλιτουμός Aristophani, stolidus more puellorum. Inde vox Gallica, Belire. Dal.

Vnde) Plautus in Truc. Act. IV. sc. 4. Blitea et lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam. Viles, abiectas, fatuasque mulieres βλιτάδας antiqui vocabant. Suidas Βλιτάδας οἱ παλαιοὶ τὰς εύτελεῖς γυναῖς ἔλεγον. Quod nomen adhuc in nostrum vulgus manauit, sorordes ignavosque homines

Beliteros Graeca imitatione nominans, inquit Ruellius l. p. 75. Festus: Blitum, genus oleris a saporis stupore appallatum esse e Graeco putatur, quod ab his βλάξ dicitur stupidus. At Graecis quoque βλίτον est Ηεσych. Βλίτον, λαχάνες εἶδος. Schol. Arist. Βλίτον μωρὸν εἶναι δοκεῖ λάχανον. Blitum videatur esse olus insipidum; H.

n. Stomachο) Tamen bonam aluum facere Diosc. vere dixit II. 143. H.

o. Ventrem adeo turbat) Theopompus comicus apud Athen. XIV. παῦσαι κυβεῦσον μειράνιον, καὶ τοῖς βλιτοῖς διαχρῆ το λοιπὸν, ποιδίαν συληρῶν ἔχεις, τὰ πετρᾶια τῶν ἵχθιδιών ἀπέσθιε. Victorius c. 13. Lib. III. Dal.

p. Ventrem) Haec totidem verbis Plin. Val. IV. 9. H.

q. Dicitur) Plin. Val. I. c. H.

q. Temporum) Sic Appolonius apud Galen. πατά

XCIV. (XXIII.) Meum s.¹ in Italia non nisi a medicis feritur, et iis admodum paucis. Duo genera t. eius. Nobilius Athamanticum vocant, illi tamquam ab Athamante inuentum, hi quoniam laudatissimum in v. Athamante reperiatur; foliis x.² aniso simile, et caule aliquando 3 bicubitali

1. Sic et Ch. Meon. M. Meu. Gr. 2. anetho. Diosc.
et V. 3. bipedali. Ch.

τόπ. I. p. 368. Βλίτον τεί-
ψας σὺν ἐλάσῳ διέτι, χρῶ.
H.

r. Hippocrates) Ita libri omnes, et Plinius quoque Val. IV. 9. Hippocrate, inquit, praecipiente ad sistenda omnia menstrua feminarum in cibo dandum. Hippocrates sane de diaeta II. 26. Βλίτον θερμὸν, & διαχωριτικόν. Blitum calidum est, non mouens alatum. H.

s. Meum.) Dioscor. I. 3. Μῆον τὸ παλέμενον Ἀδαμαντιὸν γεννᾶται πλεῖστον ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Ἰσπανίᾳ. Galeno de Antid. I. 7. p. 878. Μῆον Ἀδαμαντιὸν. Vidimus in horto Regio, quale depingitur a Diodoreo p. 320. Meum in Italia reperiri, et in Calabria, quidem ab incolis Imperatrice appellari, in Montibus Nursinis Spicula, alibi alterius, scribit Anguillara, L. de simpl. part. I. p. 20. etiam et in Gallia obium. Describitur a Charasio in

Pharm. p. 134. Nostris officinis, inquit Ruellius II. p. 284. anethum silvestre hodie vocatur, quod anethum plane videatur imitari foliis, et umbella, et caule: unde quidam herbarii tortuosum anethum appellaure. H.

t. Duo genera eius) Macedonicum scilicet et Hispanicum. Non quidem ea duo diuersa genera sunt: ceterum iis in locis plurimum dignit. Dal.

v. In Athamante reperiatur) Monte Phthiotidis Thessaliae, supra cap 8. L. IV. Dal.

x. Foliis) Vide N. et Em. N. XXXIX. (hic coll.) Foliis) Et hic rursum in MSS. omnibus R. Colb. etc. ut proxime ante monuimus aniso legitur. Verum haud dubie anetho legendum, res ipsa et similitudo mei anethique foliorum admonet. Adde Diosc. I. 3. Μῆον . . . ὄμοιον καυλῷ καὶ τοῖς Φύλ-

tali y., radicibus multis ¹ et obnigris z., quibusdam altissimis: Minus rufum, quam a. illud, alterum. Ciet b. vrinam in aqua ² potum, radice c. trita vel decocta. Inflationes d. stomachi mire discutit. Item tormina, et e. vesicae vitia: vuluarumque f. ³ articulis cum melle, infantibus g. cum apio illitum imo ventri vrinas mouet.

XCV. Feniculum h. nobilitauere serpentes gustatu, vt i. diximus, senectam exuendo, oculorumque aciem succo eius reficiendo: vnde k. intellectum

i. oblongis, nigris. M.

2. potum. Radice tr. vel de-

cocta inflationes. V.

3. art. cum melle prodest. In-

fant. V. articulis dolentibus prodest: thoracis item fluxionibus cum melle. Infant. Alii. V.

Φύλλοις ἀνθεῖσι παχύτεροι δὲ τὰς ἀνθές. Habet eadem quoque interpres Oribasii L. XI. f. 206. H.

y. Bicubitali) Sic Diosc. I. 3. Δίπηχύ πτεράνεασαι γον. Sic Oribasii interpres XI. f. 206. Sic reruni ipsa natura postulare videtur. Tamen MSS. omnes R. Colb. Ch. bipedali. H.

z. Et obnigris) In MSS. R. Colb. etc. obolis, nigris. Forte oblongis, nigris. Diocor. μαρεῖς. Oribasii interpres, longis. H.

a. Quam) Quam Athamanticum. H.

b. Ciet) Diosc. I. c. Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 209. H.

c. Radice trita vel decocta) Citra coctionem. Diocor. Dal.

d. Inflationes) Dioscorid.

I. c. Galenus quoque I. c. sed hanc exceptionem iste adiicit, quod simul caput laedat: si tamen largius bibatur, inquit Dioscorid. H.

e. Vesicae vitia) Farctae ac praeclusae. Diosc. Dal.

Et ves.) Diosc. I. c. H.

f. Vuluarumque) Subintellige ex sequentibus, illitum vrinas mouet. H.

g. Infantibus) Diosc. I. 3. apium praetermisit. H.

b. Feniculum) Haec iisdem verbis Plin. Val. IV. 24. H.

i. Ut diximus) L. VIII.

41. Habet et istud Diocor. III. 81. H.

k. Vnde intellectum est, etc.) Nicander in Theriacis:

— μαράθες εὐηχυτος ορ-

πης

lectum est, ¹ hominum quoque caliginem praecipue eo ² leuari. Colligitur hic *l.* caule turgescente. In Sole siccatur, inungiturque ex melle. Vbi que hoc est. ³ Laudatissimus *m.* in *n.* Iberia e *o.* lacrymis fit, et ex semine recenti. Fit *p.* ⁴ etiam et e radicibus, prima germinatione incisis.

XCVI. Est et in hoc genere silvestre, quod alii hippomarathron, alii *q.* ⁵ myrsineum vocant, foliis maioribus, gustu acriore, procerius, brachia-

- 1. hominem, etc. leuare. Ch.* *2. releuari. M.* *3. Lau-*
datissimus ramen in lb. V. *4. Sic ex MSS. H. cons.*
Ch. etiam e rad. Gr. *5. murrbineum, quod murr-*
bam oleat radix: vel murrhinum. Dal.

πηξ Βοσυτεῖς ὡκύντε καὶ
αὐγήντα τιθησι. Dal.

Vnde int.) Plin. Val. l. c.
Q. Seren. cap. 14. p. 133.
 Si tenebras oculis obducit pi-
 gra senectus, Expressae ma-
 ratbro guttae cum melle li-
 guenti Detergere malum po-
 terunt: vel vulturis atri Fel-
 lä, chelidoniae fuerint queis
 gramina mixta. Adde Ga-
 len. de fac. simpl. med. VII.
 p. 206. H.

l. Caule turgescente) Escapo,
 foliis, viridi semine,
 ramulis, et radicibus prima
 germinatione. *Dioscorid.*
Dal.

Caule) Quod fit, quum
 primo germinat, κατὰ τὴν
 πρωτὴν ἐνθλασην, inquit
 Diosc. III. 81. H.

m. Laudatissimus) Diosc.
l. c. Caulem, inquit, me-

dium, dum floret herba,
 demetunt indigenae, igni-
 que admouent: quo facili-
 us vi caloris veluti exsfu-
 dans, lacrymam seu gummi
 remittat. H.

n. In Iberia) In Iberia
 caulem medium, dum flo-
 ret, rustici demetunt, et
 igni admouent. Calfactus
 is succum lacteum (δόπον)
 exudat gummi similem, al-
 tero succo efficaciorem ad
 oxydercica et ocularia me-
 dicamenta. *Dioscor.* con-
 fuse et perturbate hoc Pli-
 nius. *Dal.*

o. E lacrymis fit) Gumi-
 moso liquore, quem igne
 vicinus caulis veluti lacry-
 matur. *Dal.*

p. Fit) Isdem verbis Dio-
 scor. l. c. H.

q. Alii) Mallem trajecta
 litt-

li crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles *r.* et aliud hippomarathri genus tradit, longo et angusto folio, femine coriandri. Medicinae *s.* in satiuo, ad scorpionum iectus et serpentium, semine in vino poto. Succus *t.* et auribus instillatur, vermiculosque in his necat. Ipsum condimentis prope omnibus inseritur: oxyporis etiam aptissime. Quin *v.* et panis crustis subditur. Semen *x.* stomachum dissolutum adstringit, vel in febribus sumptum. Nauseam *y.* ex aqua tritum sedat. Pulmonibus *z.* et iocineribus laudatissimum. Ventrem *a.* fistit, quum modice

i. satiuo. Ch.

litterula *smyrneum* legi. Nam Anacreon in L. rei herbariae, seu *περὶ ἐγρούμης, συνεγένειον* vocari scribit, teste Nicandri Schol. Ther. p. 28. Smyrnum porro dici potuit, quod, ut de altero smyrnio Plinius refert XIX. 62. myrrham radice resipit. Vidi mus in horto Regio quale describitur a Lobelio in Aduu. p. 347. H.

r. Diocles; Haec Diosc. III. 82. totidem verbis, tacito modo Dioclis nomine Galen. item de fac. simpl. med. VII. p. 206. Sed id feniculi genus a nemine adhuc cognitum ait Matthiol. in Dioscor. III. pag. 777. H.

s. Medicinae; Iisdem verbis haec Plin. Val. IV. 24. quae de feniculo scilicet

accienda sunt. H.

t. Succus; Plin. Val. I. c.

H.

v. Quin et panis crustis subditur; Ut ammi, melanthium et anisum. *Dal.*

x. Stomachum dissolutum astringit; Stomachi feruorem extinguit. *Dal.*

Semen; Iisdem haec iterum verbis Plin. Val. I. c. Q. Seren. cap. 19. de digestione et stomacho medendo p. 136. H.

y. Ex aqua tritum sedat; Frigida potum. Dioscorid. *Dal.*

Nauseam; Plin. Val. I. c. has vires femini pariter Diosc. III. 82. foliorum decocto attrahit. H.

z. Pulmonibus; Plin. Val. I. c. H.

a. Ventrem fistit; Hippomarathon radice aut semi-

ne

dice sumitur, vrinam *b.* exciet, et tormina mitigat decoctum, lactisque *c.* defectu potum & mammas *d.* replet. Radix *e.* cum ptisana sumpta renes si purgat, siue 3 decocto succo, siue feminine sumpto. Prodest *g.* et hydropticis radix ex vino cocta. Item conuulsis. Illinuntur *h.* folia tumorigibus ardentibus *i.* ex aceto. Calculos *k.* vesicae pellunt. Geniturae abundantiam quoquo modo haustum facit. Verendis *l.* amicissimum, siue ad

1. excitat, et tor. mit. totum dec. V. ad tormina totum decoctum. Ch. 2. mammas replet radice cum ptisana sumpta. Renes. V. 3. decocti. Ch.

ne poto. *Dioscor.* *Dal.*
Ventrem) *Plin.* *Val.* I. c.

H.
b. Vrinam) *Dioscor.* III.
81. *Apul.* c. 124. *Vrinam mouet cibo datum, lac prouocat, etc.* Galenus item de fac. simpl. med p. 206. *H.*

c. Lactisque Id vero de hippomarathro *Diosc.* III.
82. De marathro satiuo, seu feniculo *Apul.* I. c. et Galen. de fac. simpl. med. VII. p. 206. Et de feminine quidem feniculi, *Plin.* *Val.* IV. 24. eum Hippocr de nat. mul. text 88. p. 405. qui parem hippomarathro quoque vim ac dotein asserit. *H.*

d. Mammas replet) Si satui coma, vel semen cum ptisana sumatur, aut si hippomarathri foliorum decoctum hauriatur. *Dioscorid.* *Dal.*

e. Radix) *Plin.* *Val.* IV.
24. et II. 37. *Radix feniculi eum ptisana decocta, et in cibo data, renum densitates relaxat: et eiusdem radicis succus ad cyathos duos in vi-*

nino potui darus mirabiliter virtutia sanat. *H.*
f. Renes purgat) *Renum doloribus prodest.* *Dal.*

g. Prodest) *Plin.* *Val.* IV.
24. *H.*

b. Illinuntur) *Plin.* *Val.* I. c. *Tumores, et quae ictu vel repentina indiguatione commota sunt, folia ex aceto trita dissoluunt.* *H.*

i. Ardentibus ex aceto) *Ex incendio factis, vel carbunculis.* *Dal.*

k. Calculos vesicae pellunt) *De Hippomarathro id Dioscor.* *Dal.*

l. Verendis amicissimum) *Tamentibus, ulceratis, pruriginosis Dal.*

souendum radice cum vino cocta, siue contrita in oleo illitum. Multi tumoribus et fugillatis cum cera illinunt. Et *m.*¹ radice in succo vel cum melle contra canis morsum vtuntur, ² et contra multipedam ex vino. Hippomarathron ad omnia vehementius. ²⁰ Calculos *n.* praecipue pellit. Prodest *o.* vesicae cum vino leni, et seminarum menstruis haerentibus. Efficacius in eo semen, quam radix. Modus in vtroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. ³ Petrichus *p.*, qui Ophiaca scripsit, et *q.* ⁴ Miction, qui rhizotomumena, aduersus serpentes nihil hippomarathron efficacius putauere. Sane *r.* et Nicander non in nouissimis posuit.

XCVII. Cannabis *s.* in siluis primum nata est, ⁵ nigrior foliis, et asperior. Semen *t.* eius extingue

t. radicis succo. V. *2. vel. V.* *3. Petridius*
Gr. et Al. *4. Mycon. Ch. Miction* *Gr. et Al.*
5. Sic ex MSS. H. nigrior et foliis asperior. Ch.
nigriore folio, et asperiore, Gr. et Al.

m. Et Plin. Val. I. c. hoc ipsum refert de semine; de radice Diosc. II. 81. H.

n. Calculos Diose. II. 82. Galenus I. c. H.

o. Vesicae cum vino leni) Stranguriae. Diose. *Dal.*

Prodest) Diocorid. I. c. Στραγγυζεις λατων. H.

p. Petridius qui ophiaca scripsit) Scribendum Petridius, non Petridius, vt supra ostensum est, ex Nicandri interprete et antiquo exemplari. *Pint.*

q. Et Miction qui Rhizotomumena) Scribo Miction, non Miction: et Rhizotomi-

ca, non Rhizotomumena, ex Nicandri interprete, in Theriacis Mictionem citante in Rhizomicis. *Dal.*

Miction) In MSS. R. Colb. et Ch. Miction: male. Vide auctorum indicem. Mictioni interim Diose. suffragatur I. c. H.

r. Sane) Nunc legitur in Ther. p. 43 aduersus serpentes Ἡ τοι ἵππεις μαργάρης πολυαυξέα είσαν. Aut magnas grandis radices hippomarathri. H.

s. Cannabis) In vetusta inscriptione sepulchri Patavini legitur Canaberum simplici

guere genituram virorum dicitur. Succus *v.* ex eo vermiculos aurum, et quodcumque animal intrauerit, eiicit, sed cum dolore capitis. Tantaque *x.* vis ei est, ut aquae infusa, coagulare eam dicatur. Et *y.* ideo iumentorum alio *z.* succurrat pota in aqua. Radix *a.* contractos articulos emollit in

plici n. Ea sic habet: *Inferendi, in area humandi, se-peliendique ius potestasque esto, ut huic areae, quam ego definii, et a fronte maceriam duxi, et titulum posui, ultra eam aream et maceriam in fronte in agro versus late P. X. retro usque ad Canaberum haec areae cedet, in qua pedatura neque tumulum fieri volo, ut habeat ea area et a latere accessum suum.* Brisso-nius cap. 16. Lib. II. *Dal.*

Cannabis) Diose. III. 166. Κέννωβις ἀγρία . . . τὰ Φύλλα ἔχει ὄμοια τῇ ἡμέρᾳ, τραχύτερα δὲ καὶ μελαντερα. H.

t. Semen) Diose. III. 165. de sativa cannabis Galenus quoque de fac. simpl. med. VII. p. 184. H.

v. Succus ex eo vermiculos aurum) Cannabis recentis decoctum expressa valide herba, pisatores terrestrium lumbricorum cauer-nulis effundentes eos statim euocant. Eiusdem suc-cus, aut decoctum, tinea-equorum ventri inhaeren-tes eiicit et necat. Del.

Succus) Ex recenti semi-

ne, inquit, Diose. et post eum Galen. ll. ic. sunt qui succum exprimant, ad au-rium dolores, ex obstruc-tione, ut mihi quidem vide-tur, ὡς εὐοί δοκεῖ, natos, accommodatum maxime. At Plin. Val. I. 10. et Marc. Emp. cap. 76. 80. hunc Plini locum summa fide trans-scribunt, et suo defendunt calculo. H.

*x. Tantaque vis ei est) Quum Plin legisset cannabis silvestris virgas esse althaea similes, oscitanter et inco-gitanter cannabis tribuit, quod althaea proprium est, ut aquam spissat, quod antea traditum est (c. 21. *Dal.*)*

Tantaque) Quam ipse vim experimento non didicit, timide profert, nec audet asseuerare. Cautē id quidem. H.

y. Et) Aluum fistit iu-mentorum, quum est con-citatio: quoniam vim spis-sandi habeat, et desiccandi. H.

*z. Aluo succurrat) Con-citatae. Diose. *Dal.**

a. Radix) Diose. III. 166. H.

aqua cocta: item podagras, et similes b. impetus. Ambustis c. cruda illinitur, sed saepius mutatur priusquam¹ arefcat.

XCVIII. Ferula semen anetho simile habet. Quae ab uno caule diuiditur in cacumine, femina putatur. Caules d. eduntur decocti, ² commendanturque musto ac melle, stomacho vtiles. ³ Sin e. plures sumpti, capitibus⁴ dolorem faciunt. Radix f. denarii pondere in vini cyathis duobus, bibitur aduersus serpentes. Et ipsa radix imponitur. ⁵ Sic g. et torminibus medetur. Ex h. oleo autem et aceto, contra sudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus i. ferulae aluum⁶ soluit fabae

¹. inarefcat. V. ². condiuntur. V. ³. sed. V.
⁴. dolores. Gr. ⁵. Semen tor. Diosc. ⁶. fit. V.

b. Similes) ΕπιΦορας, inflammations et tumores. H.

c. Ambustis cruda illinitur) Inflammationes mulcet illita, et tumores discutit. Diosc. Dal.

d. Caules) Vide quae dicta sunt XIX. 56. H.

e. Sin) Sic pariter Diosc. III. 91. H.

f. Radix) Medulla, Diocor. Dal.

Radix) Q. Serenus c. de serpentium morsibus: Aut ferulae radix potatur in imbre Lyaei. Diosc. l. c. non radicem aduersus serpentes, sed medullam commendat.

Vol. VI.

Nicand. quoque in Ther. p. 43. H.

g. Sic) Hoc de poto semine, Diosc. l. c. H.

h. Ex olco autem et aceto) Sudores ciet, cum oleo perungo corpore. Diocorid. Dal.

Ex) Plin. Val. III. 9. Radix item ferulae ex oleo et aceto perunctione sudorem minuit. H.

i. Succus) Sistere congruentius forsan diceret: nam coeliaci medullam epotam prodeesse scribit Diosc. l. c. nisi succus expressus e ferula, medullaque ipsa, disparates habent facultates. H.

X x

bae magnitudine deuoratus. E k. viridi ¹ medulla vuluis vtilis, et ad omnia ea vitia. Ad l. sanguinem sistendum decem grana feminis bibuntur, in vino trita, vel medulla. Sunt qui comitialibus ² morbis dandum putant Luna quarta, sexta, septima, ³ ligulae m. mensura. Natura ferularum mu-
raenis

- 1. *medulla vultui vtilis est, et ad omnia eius. M.* Et
viride merulla vultuis vtile est, etc. Ch. Et viridi ramusculus, vtilis est ad Gr. et Al. 2. *bis dandum*
potent. Ch. 3. *lingulae. Ch.*

k. E *viridi ferula ramuscus*) Herm. Barbarus, E *viridi ferula musculus*, subiicit, tanquam ex Dioscoride, apud quem est ἐντεριών insuper esse codices notat, in quibus *medulla* scribatur, non *musculus* neque *ramuscus*. Vere ille quidem vtrumque: quamvis Dioscorides alium ei *medullae* tribuat, quam hic Plinius. Verba Lib. III. 91. Τέττα χλωρεῖ ὄντος ή ἐντεριών πινόμενη αἷμοπτοικάς καὶ κοιλιακές ὡφελεῖ. At Plinii in membranis, Chifletianus, Et *viride merulla vultuis vtile est*: Quatuor nostri, vt fere ex alio notant: E *viridi medulla vultui vtile est et ad omnia eius vitia*: Vossianus antiquior: E *viridi medulla vultuis vtile est ad omnia ea vitia*. Scribendum censeo: E *viridi medulla vultuis vtilis est ad omnia earum vitia*. Nisi et-

iam vtile malis retinere, vt *Triste lupus stabulis*. Gron.
E *viridi*) Vide N. et Em. N. XL. (hic adi.) E *viridi*). Libri haec tenus editi. Et *viridi ferula ramuscus vtilis est ad omnia ea vitia*. R. I.
2. Colb. I. 2. Et *viride medulla vultui vtile est ad omnia ea vitia*. In Ch. *vultuis*: vnde nos satis feliciter, vt remur, *vuluis effinximus*. Vocibus deinde istis, *omnia ea vitia*, quae MSS. omnes editique conspirante consensu exhibent, ante dicta mobrorum genera signari intelligimus. H.

l. *Ad sanguinem sistendum*) Ad cruentas exscretaiones medulla pota confert, nari bus indita sanguinem erumpentem sifit. Diosc. Dal.

Ad) Haemoptoicis medullam epotam prodesse scribit Diosc. III. 91. Galenus similiter de fac. simpl. med. VIII. p. 213. H.

m. *Ligulae*) MSS. R. Colb. Chi.

raenis infestissima est: tactae siquidem ea moriuntur. Castor radicis *n.* succum et oculorum claritati conferre multum putauit.

XCIX. Et *o.* de carduorum satu inter hortensia diximus: quapropter et medicinam ex iis non differamus. Siluestrium *p.* genera sunt duo, vnum *q.* fruticosus a terra statim: alterum *r.* unicaule crassius. Vtrique folia pauca, spinosa, muricatis cuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos, celeriter *s.* canescentem, et abeuntem cum aura: scolymon Graeci vocant. Hic *t.* antequam floreat contusus atque expressus,

XX 2

illito

Ch. lingulae. Sed utrumvis dixeris, nihil interest. H.

n. Radicis succum) Sagapenum, quod imo caule ad radicem vulnerato fluit. *Dioscor.* *Dal.*

o. Et de) Lib. XIX. 43.
H.

p. Siluestrium genera sunt duo: vnum fruticosus a terra statim: alterum unicaule crassius) Hoc μονοσελεχὲς et μονόκαυλον Theophrasto, illud θαυμῶδες ταῖς ἔργοις. Immemor ergo Iui Plinius fruticosum huic, pro fructuoso posuit. Fructuosa est ebenus, quam θαυμῶδες δένδρον ideo vocat Theophrastus. Vide *Salmas.* p. 1031. b.

q. Vnum fruticosus) Scolymus Theophrasti, qui infra describitur Lib. et c. 22. *Frutex est numquam cubitali*

altior, etc. *Dal.*

Vnum) Scolymos est Theophrasti de quo XXII. 43. Eryngium item luteum Monspeliensium, visum a nobis in horto Regio, quale a Lobelio delineatur in Obff. p. 478. H.

r. Alterum unicaule crassius) Scolymus Dioscoridis. *Dal.*

Alterum) Cinara haec hortensis aculeata, Dioscoridis σπόλυμος III. 16. Forte Theophrasti πάντος, VI. 4. *P. Artichaut.* Adstipulatur etiam Anguillara, part. 8. p. 136. H.

s. Celeriter canescentem) Marcore candicantem, ob id γῆρα, γηράμας, et γηράματα Graeci, ut pappos Latini vocant. Rhodig. c. 7. VI. *Dal.*

t. Hic) Plin. Val. IV. 16. et Marc. Emp. c. 6. p. 46. *üsdem*

illito succo alopecias replet. Radix cuiuscumque ex aqua decocta ¹ poteribus *v.* sitim facere narratur. Stomachum *x.* corroborat: et *y.* vuluis ² (si credimus) etiam conferre aliquid traditur, ut *z.* mares gignantur. Ita *zz.* enim Chaereas Atheniensis scripsit, et Glaucias, qui circa carduos diligentissimus videtur. ³ Mastiche *a.* cardui odorem *b.* commendat oris.

C.

i. potionibus. M. potioribus. Ch. *2. sic. Ch.*

3. manducatus carduus. Gr. et Al.

iisdem verbis: *Herbam cardui agrestis in mortario usque ad levitatem terito: succoque eius expresso locum alopeciae nouem diebus oblinito: sed bis per dies singulos perunctione renouata.* H.

v. Potoribus) Plin. Val. IV. 16. de carduo: Radix ex aqua cocta, cupiditatem bibendi potoribus subministrat. Columella, L. de cultu hor. torum, qui decimus operis est, p. 353. Hispida ponatur cinara, quae dulcis Iaccho Poranti veniat, nec Phoebo grata canenti. H.

x. Stomachum) Si non audiis sumatur, inquit Plin. Val. IV. 16. H.

y. Et vuluis) Transscripsit et istud Plin. Val. I. c. vbi Glauciam pariter laudat auctorem. H.

z. Ut mares gignantur) Medicorum vulgus Chamaeleontae, id est, silvestris cardui florem, ad conceptus

efficacissimum esse putat. Dal.

zz. Ita enim Chaereas Atheniensis scripsit, et Glaucias qui circa, etc.) Breuius in antiquo exemplari? Ita certe Glaucias scripsit qui circa, etc. Reliqua superfluunt. Pint.

a. Manducatus carduus odorem commendat oris) Lege: Mastiche cardui silvestris odorem commendat oris. Salmas. p. 228..

*Mastiche) Vide N. et Em. N. XLI. (paulo post) Mastiche cardui, tenuior ille est, et quodam modo lateus succus, quem cinarae radix, vbi defloruit ac durescit, scarificata emittit, ut et experientia docet et Theophr. conceptis verbis admonuit Hist. VI. 4. Mastiche) Interpolatores sic prius ediderunt, *Manducatus carduus.* At in MSS. R. I. 2. Colb. I, 2. etc. *Mastiche**

C. (XXIV.) Sed c. ¹ discessuri ab ² hortensiis, unam compositionem ex his clarissimam subteximus, aduersus venenata animalia, incisam d. lapide versibus e. in limine aedis Aesculapii. Serpyllif. duūm
XXIII dena-

1. Sic ex MSS. em. Hard. bortensibus Gr. et Al.

2. Sed discessuri, in Ch. non legitur.

Masticha carduis. Errorem auctore Plinio altero Val. corrigimus, ita scribente IV. 16. *Masticha carduorum odorem oris commendabilem reddit.* H.

b. Odorem commendat oris) Radix illita, et decocta, in vinoque pota, totius corporis et alarum graueolentiam emendat. Dal.

c. Sed discessuri ab horren-
sibus) Sic Gelenius, quum legeretur, ante discessum. Acad. Gud. Vossiani tres: *hortensis.* Scribendum *hortensis.* Sic enim solet. Lib. XIX. 6. *Hortensis omnibus fere singulæ radices et cap. 8. Beta hortensiorum leuissima est.* Lib. XXI. 15. *ba- zin hortensem.* Sic enim Voss. Chiflet. Pintiani, vbi vulgo *hortensianam* L. XXII. 24. e. *floribus coronamentisque et hortensiis.* Lib. XXVI. 8. de crethmo: *speciesque est batris hortensiae.* Sic plane Voss. vt et Chiflet. vbi etiam editum *hortensis.* Gron.

d. *Incisam lapide versibus in limine aëdis Aesculapii)* Academ. Gud. Men. in limi-

ne dei Aesculapii. Andegau. versibus limine dei *esculapii*; et super τὸ limine notatum, vel line. Modestius, quam postea, tentatam veterem scripturam agnoscere licet, quae superat in sanctiore: *versibus et lincolea esculapii.* Hinc illud *limine natum* quod ignorauit Plinius. Forte scribendum: *incisam la- pide versibus vi. in aede Ae- sculapii.* Gron.

Versibus) Quos recitat Galen. de antid. II. 14. p. 922. ex Eudemo medico. Sunt omnino sedecim. H.

e. In) Apud insulam Coum in templo Aesculapii inquit Plin. Val. III. 57. H.

f. Serpylli duūm denariorum pondus: *opopanacis et militi, etc. digeruntur in pastillos vi- etoriati pondere*) Vides denarium pro drachma, victoriatum pro tribus obolis. Sic et Lib. XXI. cap. 22. et XXIX. cap. 1. Sic c. 4. et 6. et 10. Lib. XXX. c. 14. et 15. Sic duas sextas denarii, pro duobus obolis. Vi- de

denariorum pondus: opopanacis, et ¹ mei g., tantumdem singulorum, trifolii pondus denarii: ² anesi, et feniculi seminis, ³ et animii, et apii, denariorum senum singulis generibus, erui farinae duodecim. Haec tusa cibrataque vino ⁴ quam possit excellenti, digeruntur in pastillos, victoriati ponde-re. Ex his singuli dantur ex vini mixti cyathis ternis. Haec theriaca ^h. magnus Antiochus Rex aduersus omnia ⁵ venena vsus traditur.

^{1.} milii Gr. et Al.

^{2.} anethi Gr. et Al.

^{3.} ita

et V. seminis et anisi, et am. Gr. et Al.

^{4.} quan-

tum.

^{5.} venenata. Ch.

de Gronouium de festert.
p. 195.

Serpylli) Galenus l. c. recitatis Eudemi versibus, medicamenta quae iis continentur, ita breuiter colligit: Μήνον ἑίςης, ἐρπύλλου, σποπάνανος, ἀνά < β'. Τειφύλλου σπέρματος. < α'. Ανίσου, μαραθρου, ἄμυνεως, σελίνου σπέρματος, ἀνά ὁξύβαφου. Ἀλεύρου ὁροβίνου λεπτοτάτου ὁξύ-
βαφα β'. Οίνου παλαιού εἰς ἀνάληψιν ὅσον ἔξαρνε. Ἀνάπλαστε τροχίσκους, καὶ ξήρανε ἐν σκαι, καὶ δίδου τριώβολον μετ' οίνου κού-
θων γ'. Quae totidem ferme verbis Plinius habet; modo tantum medicamentorum paululum discrepante. H.

g. Milii) Mei, ex Gále-
no L. II. de antidotis. Huius

remedii alia descriptio est apud Plinium medicum Lib. III. c. pen. Chiffletius.

Et mei) Ita ex Galeno modo laudato rescrisimus: quum prius milii perperam legeretur. Plin. Val. III. 57. infuse mel pro meo de-siderat: et pro ammi amyllum, Lib. IV. 38. H.

b. Magnus) Eo nomine secundus, Syriae regum quintus, Antiochi Θεός siue Epiphanis pater. Hunc Philometora Eudemus vocat iis versibus, quibus haec theriacae compositio continetur: Ἰησιν μάθε τήνδε πρὸς ἐρπετὰ, ἦν Φιλομήτωρ Νικῆτας πείρα πέντε
Αντίοχος. Hoc cape praesidium ad serpentia, quod Philometor Vsu praecipuum repperit Antiochus. H.









